Bibliothèque numérique
medic@

Galien / Theodoricus Gerardus (éd.).
Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri undecim, Theodorico Gerardo Gaudano interprete

Parisiis : Apud Simonem Colinaeum, 1530.
Cote : 46

BIUM

(c) Bibliothèque interuniversitaire de médecine (Paris)
Adresse permanente : http://www.bium.univ-paris5.fr/histmed/medica/cote?00046x01

Moreau Msd. Paris.

CLAVDII GALENI PERGAMENI DE SIMPLICIVM MEDICAMENTORVM FACVLTATIBVS LIBRI VNDECIM, THEODORICO GERARDO GAVDANO INTERPRETE.



BIBLIOTHECA DE PARIS, 14 PRIMATIALE ANTIQUE

PARISIIS
APVD SIMONEM COLINAEVM.
1530.

QBIUM



©BIUM

ILLVSTRISSIMO VIRO, DOMINO IOANNI AB HANGESTO, EPISCOPO ET COMITI NOVIODVNENSI, PA-

tricioque Franciæ, Ioannes Sturmius S. P. D.

SAepenumero eorum admiratus ſum induſtriam, qui ſtudioſorum cauſas eò noſtris temporibus, in ſumma omnium deſperatione, reduxerunt, vt nunc ferè priſtino loco videantur eſſe reſtitutæ. Diuturnum enim his & difficile bellum aduerſus odioſiſſimam Barbarorum turbam hactenus extitit. Conflictatum vtrinq; neq; raro neq; leuiter eſt, diuq; in ancipiti ſtetit belli fortuna: hinc ſcilicet prudentia feliciter quidem, ſed non ſine magna ſuorum iactura propugnante: illinc tumultuante multitudine, ſolicitantibus diuitijs, & vndiq; inuidia grauiter cum calumnia vrgente. Sedenim iuuit Deus partes meliores, & hominum acerbitates reſpexit, ſuperiorumq; ætatum damna præſenti rerum felicitate penſauit. Magnam laudem retulerunt literarum proceres: quos in hoc deus eſſe voluit, vt ſaniore iudicio tractaretur Chriſtianorũ ſtatus. Horum iam pars mortua, Chriſto viuit, & cæleſti fruitur hoſpitio: pars adhuc ſuperſtes, & recreatur anteactis, & expectatione futurorum, optatiſſimæ mortis deſiderio tenetur. Satis nunc ferè debilitatæ ſunt Barbarorum copiæ: & ſi quid reliquũ eſt, propter præſentẽ tamen hominum perſuaſionẽ deſinet eſſe moleſtũ: qui nobis libenter cedũt, quòd ipſe rerum exitus oſtendat q̃ neceſſarius ſit artiũ atq; linguarum vſus. Silent igitur canes, & ſe cohibent in locis alienis, fortaſſe ſæuituri rurſus, ſi quid veteris potẽtiæ, ſiqua occaſio cõtingat. Etenim ne nunc quidem prorſus euanuit hæc peſtis: adhuc ſeſpe tẽpeſtatis aduerſæ fouet, ſiquãdo ſuo more hominum res vaſtare poſſit. Veruntamen eò nunc noſtra felicitas redijt, vt ſæpe in doctorum congreſſu oriatur temporum collatio, dubitentq; an poſt Ciceronis ſeculum fuerit vnquam vllum doctius. Quamobrem & mihi talia conſideranti, videtur hæc ætas magnam ſuo prouentu ſtudijs ſpem dare ſynceræ eloquentiæ, iucundiſſimæ tranquillitatis, ſummæq; prudentiæ. Sunt enim magna adiumenta cum è librorũ copia, quam nobis res typographica ſuppeditat: tum ex doctiſſimorũ ingeniorũ admiranda fœtura. At nihil ex omni parte beatum eſt, neq; vllus tam felix, quem nõ aliquãdo perturbet fortunæ mutabilitas. Video magno ſuo periculo bona ſtudia laborare, dum quidã laudis ambitione, aut auaritię ſtimulis moti, multa inepte ſcribunt, quidam etiã exemplo vitæ, magno ſunt dehoneſtamẽto humanitatis cœtui. Hic inuectiuis ſtomachatur inutiliter, ille apologijs impotenter repugnat. eſt alius qui in auditorũ corona clamat ridicule, nulla demulcẽs auditores vtilitate. itẽ alius (quod omniũ eſt pernicioſiſſimũ) apud viros principes, quibus cordi eſſent literæ, ſermone ſtulto & geſticulationibus ineptis ſe turpiter dat, & magnũ ſtultitiæ documentum præbet. Perditur his literarum authoritas: & paucorum vitio fit, vt earum amor in alijs refrigeſcat, in alijs non accendatur. Si hic ambitionis & auaritiæ affectus apud homines ſtultos deſineret, meliora eſſent quæ hodie eduntur in vulgus, & principes haberemus magis fauentes: qui vt tum fouerent ſtudia, ita etiam in rebus adminiſtrandis eorum qui hæc prudenter ſecuti eſſent, vterentur prudẽtia. Sed rebus ſuis prudentiſſime Chriſtianiſſimus Franciæ Rex cõſuluit, cuius iam aula plena doctorum virorum eſt, & qui ſtudijs magnam excitauit

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 3 sur 277

expectationem, olim optimarum artium & disciplinarum domicilio promisso, nunc autẽ viris doctissimis in hoc delectis & ordinatis, vt ne quid dubij possit esse reliquum. Faxit Christus vt nobis hic vir quamdiutissime seruetur incolumis, q̃ iampridem pacis cõmoditate vniuersum orbem mirabili gaudio perfudit, & hoc instituto suum imperiũ tranquillum præclarum & beatum reddet, reliquasq̃ nationes impensissime iuuabit: omnibus ad hæc principibus ornamẽto erit, & exemplo. Repeto hæc apud te vir clarissime, non q̃ tibi inaudita & incognita putẽ, sed quòd te scio maximopere promouere bonorum studia, & mirifice delectari si huiusmodi identidem tibi cõmemorentur. Facis autem melius q̃ Athenienses in Harmodij decantata passim cantilena. Nam hæc illis Tyrannicidarũ mortis memoriã non sine cõmiseratione renouabat: te vero rei pulcherrimę & vtilissimæ cõsideratio, summa cum voluptate lenit exhilarátq̃. Prædicãt de te plerique tãtum illũ erga studiosos amorẽ: & tuo iure omnium laudes mereris. Volui huius rei indiciũ publice edere, vnde etiã tu intelligas quãta sit bonorũ de te æstimatio, quãq̃ ignotis sis admirationi, qui ex aliorum prædicatione tuas laudes silentio præterire non possunt. Cape igitur, o vir amplissime, excellẽtissimi medici opus vtilissimũ, summáq̃ cura meditatũ: & tuo patrocinio nitatur. Bonã operã nauauit Theodoricus Gerardus in vertẽdis his Galeni libris: atq̃ vtinam neq̃ hæc diligẽtia ipsi defuisset esse salutaris. Vix enim his primũ celeriter versis, mors præuenit, ipsumq̃ magno literarũ dãno continuò occupat. Quanquam nõ eò translati erãt, vt ederentur, (nõ enim tãtũ sibi tribuebat) sed vt suis priuatim studijs cõsuleret. Habuit autẽ eum morẽ, vt si quem græcæ facũdiæ bonæ notæ scriptorẽ legeret, eodem labore latine etiam interpretaretur. Etenim prudẽter sibi persuadebat, nõ satis diligenter legi, quod non recte intelligeretur: nec se posse intelligere, quod vix vertendo assequeretur. Quàm velim vt hoc exemplũ studiosi imitarẽtur. nã hoc modo & circũspectiores fierent, & minor esset pessimorũ librorũ copia. Transtulit præterea in sermonẽ latinũ & alia multa huius authoris, quæ ipse moriẽs amicorũ fidei cõmendauit, quæ vel antè versa nõ erant: vel si erant versa, at certe infeliciter & barbare. Porrò tametsi tantũ nobis in hoc amici opere restituẽdo effectũ sit, quantũ scilicet licuit in imperfecto, & in lectione propter occupationes subsultanti, consiliũ tamẽ erat, haudquaquam sinere hominis diligẽtissimi labores interire, atq̃ id curare, ne quid pereat publicæ vtilitati: quandoquidem & optima fide versum est, & latine, quod hactenus inter manus fuit barbarissimũ. Sunt autẽ necessarię omnino hę translationes huic seculo, q̃ quidã senes ad græcam linguã accedũt, quidam infeliciter operã impendũt, atq̃ his adiumẽtis opus habent. Antiqui interpretes etiã hoc nomine cõmendandi sunt, q̃ scripta illis erant exẽplaria, & multa habuerũt bene, quæ nunc typographorũ imperitia & negligentia sunt corrupta, vt ex illis etiã in integrum authorẽ restituere liceat. Nisi hæ causæ essent, malim in vniuersum interijsse interpretationes, atq̃ nullam indoctis occasionẽ contemnẽdi optima relinqui, qui vana dictitãt Græcorum studia, quòd omnia latina facta habeant. Sed valeãt tam inepta iudicia, neq̃ bonorum vtilitates interrumpi sinamus, & pro se quisq̃ nitatur esse commodo mortalibus. Tu vero perge vt cœpisti, vir illustrissime, rei vt honestæ, sic etiam vtili esse fautor & adiutor. Vale.

Lutetiæ Cal. Sept. Anno 1530.

SIMPLICIVM MEDICAMĒTORŪ his libris à Galeno traditorū index alphabeticus. Prior numer⁹ paginā indicat, secūdus versū.

A

Abrotonum 126 29
Absinthium 139 17
Acacia 131 32
Acalephe 131 42
Acantha ægyptia 132 22
Acantha leuce 132 16
Acanthion 132 13
Acanthos 132 9
Acetum 181 14
Achrades 137 4
Acinorum uuæ nuclei 143 19
Aconitum 132 35
Aconitum 132 39
Acorum 132 29
Acte 132 42
Adarcion 263 20
Adeps, & pinguedo 249 39
Adiantum 131 3
Ægilops 131 16
Ægyrus 131 24
Adzoon 131 10
Æra 131 19
Æs ustum 226 1
Æris & ferri squamma 220 26
Æris flos 226 6
Ærugo 219 1
Agarici radix 130 32
Agerantum 131 1
Ageratus 214 5
Agnos 128 42
Agrostis 129 35
Agrostis esculenta 129 40
Alabastrites 215 2
Alcyonia 263 27
Alectorides 260 40
Alga 200 8
Alga 143 3
Allium 192 14
Alisma 145 1
Alysson 133 25
Aloë 133 7
Alsine 133 32
Althea 146 33
Altercum 198 33
Amygdala 134 40
Ami 133 41
Ambrosia 133 49
Amarantum 134 1
Amaracon 133 36
Alumen fissile, rotundum, & humidum 224 17
Amomum 135 15
Ammoniacum 135 11
Amorge 134 6
Ampelos agria 134 23
Ampelos hemeros 134 27
Ampelos leuce 134 29
Ampelos melæna 134 37
Ampeloprason 134 14
Amurca 134 6
Anagallis 135 18
Anagyrus 135 24
Anatome uiuorum si à regibus fiat in hominibus morti condemnatis, nihil graue committi. 229 5
Anchusa 130 5
Anchusæ ibidem 15
Andrachne 135 39
Androsaces 135 36
Androsæmum 135 30
Anemone 136 6
Anethum 136 11
Anisum 136 32
Anthemis 136 28
Anthillis 136 23
Antirinum 136 36
Antispodium 223 38
Aparine 139 40
Aphace 139 33
Aphrolitrum 217 16
Aphroselinus 213 3
Apium 190 1
Apocynum 137 7
Aquis in salsis prouenientia 263 16
Arabius 215 1
Arbutus 164 36
Arcenthus 137 30
Arctium 137 33
Argemone 137 12
Arrhenicum 217 11
Arisarum 137 14
Aristolochia 137 16
Arnoglossum 137 43
Artemisia 138 22
Arum 138 16
Armeniacum 216 43
Asarum 138 27
Asclepias 138 30
Aspalathos 138 32
Asparagus 138 37
Asphalton 264 39
Asphodelus 139 15
Assius 214 10
Astaphis 139 10
Asplenum 138 43
Aster atticus 139 6
Astragalos 139 1
Attalus rex 228 35
Atractilis 139 19
Atramentum scriptorium 221 19
Atramentum sutorium 224 38
Atraphaxys 139 22
Atriplex 139 22
Auellana 158 44
Auena 131 16
Auricula muris 133 32 & 178 11
Auripigmentum 217 11

B

Balanos 140 3
Balaustium 140 29
Balsamum 140 24
Batrachium 141 10
Batus 140 41
Bdellium 141 20
Bechium 141 31
Beta 195 40
Betonica 161 21
Bitumen 264 29
Bitumē proueniens in mari mortuo 264 44
Blitum 141 39
Bolbos emeticos 142 3
Brassica 167 4
Brassica agrestis 167 18
Brassica marina 167 26
Brathy 142 21
Bretanica 142 38
Bryon, aut splanchnon 143 6
Bryon thalattion 143 3
Bromus 142 43
Bubonium 142 5
Buccina, & purpuræ 255 33
Buglossum 142 10
Bulbus satiuus 141 42
Bulbus uomitorius 142 3
Bunium 142 14
Buphthalmum 142 17
Bupreſtis 261 40
Butyrum 234 37

C

Cacalia 157 1
Cadmia 119 15
Calamintha 155 34
Calamus odoratus 156 26
Calamus phragnites 156 35
Calx 224 23
Canabis 157 6
Cancanus 157 1
Cancri usti 259 15
Canna 156 35
Cantharides 261 28
Capparis 157 18
Capnios 157 10
Caput leporum 252 29
Caput mænidum 252 25
Caput saurarum 252 31
Carcini usti 259 15
Cardamomum 158 12
Cardamum 159 4
Caries lignorum 189 34
Carya 158 27
Carnis consideratio 246 in pro-

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 5 sur 277

æmio, &, 248. 39
Caro viperæ 246. 17.
Caron. 158. 18.
Carpesium. 159. 4.
Caseus. 234 4.
Casia. 158. 21.
Castorium 253.30.
Caucalis. 159. 1.
Cauda equina. 153 20
Cecis. 161 29.
Cedrus. 159 20.
Cenchrum. 159. 13.
Centaurium maius 160 9
Centaurium minus. ibidem 25.
Cepa. 168. 44.
Cera. 162. 11.
Cerasus. 161. 1.
Ceratonia. 161. 1.
Cerebrum leporis. 252. 34.
Ceruleus. 220.22.
Cerussa. 226. 23.
Cestrum. 161. 21.
Chalbane. 200. 15.
Chalcanthos. 224. 38.
Chalcitis. 225. 36.
Chalcos cecaumenus. 226. 1.
Chalcu anthos. 226. 6.
Chamæcissos. 200. 23.
Chamædaphne. 145. 29.
Chamædrys. 200 18.
Chamælea. 200. 25.
Chamæleon. 200. 30.
Chamæleuce. 200.28
Chamæmelum. 136. 28.
Chamæpitys. 200. 38
Chamæsyce. 201. 1.
Chelidones vstæ. 260. 14.
Chelidonium. 201. 6.
Chole 235. 29.
Chondrus. 201. 17.
Chondrila. 201. 14.
Chrysocome. 201. 27.
Chrysocolla. 226. 10.
Chrysocolla medicamẽtum ex vrina pueri. 238. 37.
Cyamos. 169. 8.
Cyanos 220.22.
Cicadæ. 260. 19.
Cicer. 149. 25
Cici. 162 9.
Cichorium 190. 5.
Cicuta. 170.36.
Cimices. 261.24
Cinnabari 220. 1.
Cinamomum. 162. 14.
Cinis. 196. 4
Cynocrambe. 137. 7.
Cyparissus. 170. 5.
Cyperus 170. 21.
Circæa. 162. 19.
Cypros. 170. 27.
Ciseris, pumex. 212. 12.
Ciseris. 220. 3.
Cissos. 163 14.
Cisthus. 162. 23.& 37.
Citrago. 175. 36.
Cyminum. 169.42.
Cynosbatus. 170. 1.
Cytisus. 170. 34.
Clematis. 163. 33.
Clinopodium. 163. 29.
Cnicus. 163. 45
Coagulum. 235. 12.
Coagulum phocæ. 235. 25.
Coclearum caro 249 20
Coccymelea 164 10
Cocccos baphicos 164 5
Coccum cnidium 164 3
Colla, aut gluten 164 23
Colocynte 164 26
Colocynthis 164 31
Comarus 164 36
Commi 164 39
Conia 164 43
Conia 220 15
Conion 170 36
Coniza 165 3
Conos 170 36
Copros 239 42
κοπρoφάγος ignominiosius vocabulum q̄ vel fellator, vel cinædus 228 14
Coriandrum 165 13
Coriannon 165 13
Coria vetera 255 20
Corydos 260 24
Corion 165 13
Coronopus 166 23
Cornua cerui, & capræ 252 39
Cornus 166 43
in Corpore prouenientia 239 33
Costus 166 25
Cotyledon 166 36
Crambe 167 4 & 18
Crambe thalattia 167 26
Crania 166 43
Crateogonos 167 31
Crethmon 167 32
Crimnon 167 44
Crinos 168 3
Crithe 167 35
Crocus 168 36
Crocodilium 168 30
Cucumis 190 39
Cucumns agrestis 191 3
Cucurbita 164 26
Cupressus 170 5
Cuminum 169 42

D

Damasonium 145 1
Daphne arbor 145 20
Daphne herba 145 25
Daucus 145 7
Dauci semen 145 14
Diasmyrnon collyrium 230 27
Dictamnum 145 32
Dioscoridis Thyites 213 11
Diphriges 217 39
Dipsacos 145 35
Dorycnidium 145 37
Draco marinus 262 12
Dracuntium 145 41
Dracunculus 145 41
Dryopteris 146 11
Drys 146 15
Dulcis radix 144 1

E

Ebenus 146 42
Ebiscus 146 33
Ebulus 132 42
Echinus combustus 258 41
Echinus herba 150 30
Elæa 147 2
Elaphoboscus 148 20
Elatine 148 18
Elleborus. quære helleborus
Eleliphacos 148 38
Elenium 148 23
Elymus 149 5
Elæon 147 6
Elxine 148 39 & 149 3
Empetron 149 9
Enula campana 148 23
Ephemerum 150 22
Epimedium 149 16
Epimelis 149 20
Epithymum 149 13
Equorum lichenes 255 15
Erebinthus 149 25
Erebinthus agrestis 145 35
Erice 149 38
Erinaceus combustus 258 41
Erinacei terrestris caro 249 10
Erpylus 149 41
Erysimum 149 44
Erythrodanum 150 7
Eruangina 181 42
Eruum 181 38
Eupatorium 150 15
Euphorbium 150 19

F

Faba 169 8
Fel 235 29
Fenum grecum. 196. 32
Fera regia. 228. 30
Fermentum. 151. 16
Ferri & æris squamma. 220. 26

Ferula. 179. 30
Ficus. 194. 4
Ficus arbor. 194. 20
Filicula. 146. 11
Filix. 187. 8
Flos æris. 226. 6
Fœniculum. 174. 33
Folium malabathri. 200 13
Fuligo. 172. 35
Fumus. 157. 10
Fungus. 178. 4

G

Gagates. 214. 21
Galbanum. 200. 15
Galla. 161. 29
Galactites. 215. 9
Gale. 261. 1
Galenus in his libris nihil fere scribit quod nõ sit expertus. 227. 22
Galeni mundities. 228. 11. ac religio ibidem 42. & pag. seq.
Galerita. 260. 24
Gallinæ. 260. 40
Gallium. 143. 11
Garus. 265. 21
Genista. 193. 8
Gentiana. 143. 16
Gigarta. 143. 19
Gingidium. 143. 24
Gypsum. 217. 27
Gypsum κεκαυμένον, hoc est deustum. 217. 36
Gladiolus. 180. 24
Glaux. 143. 34
Glaucium. 143. 29
Glichon. 143. 37
Glycyriza. 144. 1
Glycysida. 144. 12
Glœos. 143. 43
Gnaphalium. 144. 39
Gongilis. 144. 43
Gramen. 129. 35
Granum gnidium. 164. 3
Granum tinctorium. 164. 5
Grossi. 180. 35
Gummi. 164. 39

H

Hæma nycteridos. 230. 39
Hæma peristeras. 230. 9
Hæmatites. 215. 9
Hales. 216. 33
Halme. 265. 24
Halos achne. 264. 35
Halos anthos. 264. 31
Hedera. 163. 14
Hediosmos. 151. 22
Hedysarum. 151. 35
Hælurorum caro. 249. 16
Helleborus. 148. 33
Hemerocalles. 151. 35
Hemionitis. 151. 43
Herigeron. 152. 1
Heryngium. 152. 3
Herpylus. quere erpylus.
Hidrõs. 237. 13
Hios. quere Ios.
Hippocampus. 261. 10
Hippomarathrum. 153. 30
Hippuris. 153. 20
Hirundines vstæ 260. 14
Hominis ex partibus medelæ. 228. 5
Hordeum. 167. 35
Hyacinthus. 198. 19
Hyænæ. 262. 28
Hydnon. 198. 25
Hydropeperi. 198. 28
Hydrargyros. 224. 32.
Hyoscyamus. 198. 33
Hypecoon. 199. 1
Hypericum. 198. 40
Hypoglosson. 199. 3
Hyssopum. 199. 6
Humanarũ carnium esus. 229. 30

I

Iaspis viridis. 212. 35
Idæa radix. 153. 5
Iecur lupinũ. 253. 26
Iecur canis rabidi. 253. 5
Iecur caprinum. 253. 11
Iecur lacertæ. 253. 17
Ios. 153. 16
Ios. 219. 1
Intestina terræ. 261. 18
Isatis. 153. 32
Isopyron. 154. 1
Itea. 154. 7
Iudaicus lapis. 213. 19
Inglans. 158. 44
Iuncus lænis. 195. 23
Iuncus quadratus. 170. 21
Iuniperus. 137. 30
Ixos. 153. 9

L

Lactis consideratio. 232. 18
Lactuca. 152. 38
Lampsane. 171. 9
Lana hysopera, hoc est succida. 256. 43.
Lagopus. 171. 2
Lapathum. 171. 12
Lappa minor. 137. 33
Lapidum consideratio. 211. 20
Lapides qui in spongijs reperiuntur. 212. 18
Laserpitium. 191. 15
Lathyris. 171. 4
Laurus. 145. 20
Lichen. 171. 22
Lemonium. 171. 18
Lemniũ sigillũ quomodo fiat. 204 45. ac ibidem pag. seq. Galeni sedulitas in rei veritate perquirenda.
Lentes 199. 8
Lenticula palustris 199 13
Lentiscus 195 5
Lentisci flos 195 15
Leontopetalon 171 31
Lepidium 171 34
Lepis 220 26
Letalium medicamentorum non esse tradendam peritiã 228 43
Leucacanthon 171 40
Leucas 171 37
Leuce 172 14
Leucoion 171 44
Libanotides 172 28
Libysticum 173 4
Librorum horum de simplicibus velut quidam epilogus 227. 8. & deinceps.
Lychnis 173 38
Lycion 173 20
Lycoctonum 132 39
Lignys 172 35
Lilium 168 3
Lini semen 173 7
Linospermon 173 7
Linozostis 173 11
Lysimachios 173 33
Lithargyros 220 39
Litrum 264 29
Lixinium 164 43
Lixinium ex cinere 220 15
Lolium 131. 19
Lonchitis 173 15
Lotos 173 40
Lotos 174 2
Lumbrici 261 18
Lupinus 152 14
Lupinus agrestis 152 30

M

Macer 174 11
Magnes 214 42
Maiorana 133 36
Malache 174 21
Malabathrum 194 19
Malua 174 21
Malus 176 38
Malus armenica 177 13
Malus persica 177 8
Malum granatum, siue punicum. 188 39
Malus medica 177 16
Mandragoras 174 27
Marathrum 174 33

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 7 sur 277

©BIUM

in Mari prouenientia 263 16
Marsi viperas venantes 247 34
Marrubium 186 30
Mastiche 174 44
Mecon 176 7
Mecon ceratitis 176 27
Mecon heraclia 176 35
Medicamẽta multa à multis medicis tradi vel impossibilia, vel possibilia quidem, sed vitæ hominum noxia 229 2
Medicamentorum pernicioſorum ac letalium exhibitio non tam mala quàm per literarum monumenta in posteros traductio 229 18
Medicamentorum adstringentium facultas qualis sit, in proœmio IX libri 202
Medulla 252 4
Medion 176 2
Meiurana 189 31
Melanthium 175 8
Melan graphicum 221 19
Melanteria 221 16
Melea 176 38
Melea armenice 177 13
Melea medice 177 16
Melea persice 177 8
Melitites 215 9
Mel 175 25
Meline 149 5
Melilotum 175 22
Melissophyllon 175 36
Menta 151 22
Mercurialis 173 11
Mespilum 175 41
Metallica medicamenta 216 10
Meum 177 26
Milax læa 177 34
Milax trachæa 177 31
Milium 159 13
Misy 221 22
Molibdena 222 14
Molibdos 222 25
Mœly 178 40
Morea 177 36
Morus 177 36
Mustela 261 1
Mustelæ caro 249 14
Mutulorum caro 249 17
Muscus 143 6
Myagros 178 2
Myelos 252 4
Myle 178 8
Myos œtis 178 11
Myrrha 192 24
Myrrha beotia 192 34
Myrrhine 178 30
Myrrhis 178 26
Myriophyllon 178 24
Myrice 178 13
Myrtus 178 30

N

Napy 179 35
Narce 262 4
Narcissus 179 36
Nardu stachys 179 16
Nardus celtica 179 23
Nardus orea 179 27
Narthex 179 30
Nasturtium 158 4
Nepita 155 34
Nerium 180 5
Neuras 180 1
Nymphea 180 9
Nitrum 221 7
Nitrum 264 29
Noctuæ sanguis 230 32
Nucleivacinorum vnæ 143 19
Nuces 158 27

O

Ocimoides 201 41
Ocimon 201 37
Oë 180 27
Oenos 180 31
Olea 147 2
Oleum 147 6
Olynthi 180 35
Olyra 180 40
Olostium 180 38
Onagron 180 43
Onobrychis 181 4
Onœnis 181 8
Onosma 181 1
Opercula purpurarum 256 40
Ophites 212 31
Opus, siue succus 181 26
Orchis 182 1
Orchis serapias 182 9
Origanus 181 33
Orobanche 181 42
Orobos 181 38
Oryza 181 44
Ossa 255 3
Osiris 182 15
Ostracites 212 24
Ostracon 223 24
Ostrea 255 44
Ostrea 255 28
Onorum facultas 257 10
Oxyacanthos 181 19
Oxos 181 14

P

Pœonia 144 12
Paliurus 182 22
Palma 199 31
Panaces asclepium 183 2
Panax chironium 183 5
Panax heraclium 182 34
Panicum 149 5
Pancratium 182 18
Papauer 176 7
Papauer cornutum 176 27
Papauer herculeum 176 35
Papyrus 182 28
Pardalianches 132 35
Paronychia 183 7
Pastinaca 193 11
Peganon 184 25
Pellis ouina 255 11
Pentaphyllum 183 13
Peperi 183 24
Peplium 183 20
Peplos 183 17
Periclymenos 183 34
Peristereon 183 43
Persea 183 31
Petasites 184 1
Petroselinum 184 4
Peucedanum 184 11
Phaci 199 8
Phacos 199 13
Phalangites 199 19
Phaleris 199 16
Phasiolon 154 1
Phycos 200 8
Phycos 224 36
Phyllitis 200 11
Phyllon malathrus 200 13
Phlomus 199 22
Phocæ coagulum 235 25
Phœnix 199 31
Phorbion 200 1
Phrygius 213 41
Phu. 200 5
Pili vsti 257 7
Picea 185 10
Pycnocomum 187 14
Pinguedo & adeps. 249 39
Piper 183 24
Pira siluestria 137 4
Pyrethron 187 21
Pyrites 213 25
Pyros 187 25
Pirus 136 43
Pissa 184 33
Pisselæum 184 44
Pistacium 185 1
Pytia 235 12
Pityides 185 5
Pitys 185 10
Pityocampe 261 44
Pityusa 185 19
Pix 184 33
Plantago 137 43
Platanus 185 22
Plumbago 222 14

©BIUM

Plumbum 222 25
Polemonium 186 9
Polygalon 186 1
Polygonatum 186 4
Polygonon 185 32
Polypodium 186 27
Polium 186 13
Polium minus 186 18
Pompholyx 223 28
Populus alba 172 14
Portulaca 135 39
Potamogeton 186 24
Poterium 180 1
Prasium 186 30
Propolis 186 38
Prouenientia in corpore 239 33
Prunus 164 10
Pseudodictamnum 201 32
Psychrotrophum 161 21
Psyllium 201 34
Psimythium 226 23
Psoricum 226 31
Ptarmice 186 42
Ptelea 187 1
Pteris 187 8
Pulegium 143 37
Pulmo agninus, & porcinus. 253 2
Pumex 220 3

Q

Quercus. 146 15

R

Radicula 187 38
Radix rhodia 188 32
Ranæ vstæ 261 7
Rapum 144 43
Renes scincorum 254 38
Resinæ 188 8
Rha 187 42
Rhamnus 187 34
Rhaphanis 87 38
Rhetinæ 188 8
Rheum 187 42
Rhypos 245 3
Rhypos 189 9
Rhodia rhiza 188 32
Rhodos 188 26
Rhododaphne 180 5
Rhododaphne 188 35
Rhœa 188 39
Rhus 189 3
Robur 146 15
Rosa 188 26
Rosacei vsus in capite perforato 230 23
Rubia passina 150 7
Rubus 140 41
Ruta 184 25

S

Sabucus 132 42
Sabina 142 21
Salamandra 262 1
Sal 263 44
Sal vstus 264 24
Salis flos 264 31
Sales 216 33
Salina 239 11
Salix 154 7
Salvia 148 31
Salsugo 265 24
Sampsychon 189 31
Sandarace 224 1
Sandix 224 4
Sanguis 229 20
Sanguis columbæ 230 9
Sanguis crocodili 232 9
Sanguis humanus 229 40
Sanguis noctuæ 230 32
Sanguis suillus 229 27
Sanguis vespertilionis 230 39
Sanguis viridium ranarum 232 2
Sagapenum 189 22
Sapphyrus 213 1
Saprotes ξύλωρ 185 34
Sarcocolla 189 37
Satyrium 189 41
Scandix 191 38
Schinos 195 5
Schœnos læa 195 23
Scilla 191 42
Schinu anthos 195 15
Schistos 215 31
Scolymos 192 1
Scordium 192 7
Scoria 224 6
Scorodum 192 14
Scorodoprasson 192 17
Scorpioides 192 20
Selinon 190 1
Seminalis 185 32
Semper viuum 131 10
Senecta serpentis 255 9
Sentis canis 170 1
Sepia 256 29
Serum lactis 233 6
Seriphum 190 11
Seris 190 5
Serpyllus 149 41
Sesamoides 190 25
Sesamoides album 190 29
Sesamon 190 21
Seseli 190 18
Syca 194 4
Syce 194 20
Sicyos 190 39
Sicyos agrios 191 3
Sideritis 190 32
Sielon 239 11
Silphium 191 15
Similium vsus 230 1
Symphyton magnum 194 39
Symphytum petræum 194 20
Sion 191 24
Sisaron 191 27
Sisymbrium 191 30 & 34
Sison 191 21
Smilax 192 22
Smiris 215 5
Smyrna 192 24
Smyrna boice 192 34
Smyrnium 192 36
Solanum 197 43
Sonchus 192 44
Sorbus 180 27
Sordes 189 9
Sordes hominum 245 3
Sparganium 193 6
Spartum 193 8
Spica nardi 179 16
Spina alba 132 16
Spina vulgaris 132 9
Splanchnon 143 6
Spodium 223 28
Spondylon 194 44
Spongia 265 4
Sponte nascentium medicamentorum quæ combusta sunt, calidiora arbitrari oporteat, an frigidiora. in proœmio I X libri 202
Spuma salis 264 35
Squamma æris & ferri 220 26
Stachys 193 16
Staphilinus 145 7
Staphilinus 193 11
Stercus 239 42
Stercus anserum & ciconiarum 244 1
Stercus bubulum 242 34
Stercus caninum 240 7
Stercus caprinum 241 38
Stercus columbinum 243 14
Stercus crocodilorum terrestrium 244 39
Stercus gallinaceum 243 25
Stercus hominis 228 9
Stercus humanum 240 26
Stercus lupinum 241 9
Stercus murium 244 29
Stercus ouillum 243 5
Stimmi 224 13
Stypteria, & strongile, & hygra. 224 17
Styrax 193 44
Stœbe 193 19
Stœchas 193 27
Stratiotes 193 35

Strigmenta balneorum 143 43
Struthion 193 39
Succus 181 26
Sulfur 218 32

T

Tamarix 178 13
Tela aranei 255 18
Telephium 196 27
Tellinæ ſaſſæ 261 15
Telis 196 32
Tephra 196 4
Terminthos 195 33
Terra Samia 207 26
Terræ differentiæ 203 30, & 204 29
Terræ lotio 207 16
Terebinthus 195 33
Teſta 223 24
Teſticulus canis 182 1
Tettiges 260 19
Teucrium 196 1
Teutlon 195 40
Thalictrum 152 6
Thapſia 152 9
Thelypteris 187 8
Theion 218 32
Theriaca 248 1 & deinceps.
Thermus 152 14
Thermos agrios 152 30
Thlaſpi 152 33
Thymum 153 1
Thridax 152 38
Titanos 224 23
Tithymalli 196 36
Torpedo 262 4
Tragacantha 197 15
Tragion 197 18
Tragoriganum 197 25
Tribolos 197 27
Trychnon 197 43
Trichomanes 197 41
Trifolium odoratum 176 2
Trigle 262 12
Triticum 187 25
Triphyllon 189 41
Triphyllum 197 35
Tripolium 197 33
Tuber terræ 198 25
Tuſſilago 141 31

V

Ventermergi 253 20
Veratrum 148 33
Verbaſcum 199 22
Vinum 180 31
Viola 153 16
Viperæ caro 246 17
Viperæ dipſades 247 32
Viſcum 153 9
Vitex 128 41
Vitis agreſtis 134 23
Vitis alba 134 29
Vitis nigra 134 37
Vitis ſatiua & culta 134 27
Vlmus 187 1
Vmbilicus veneris 166 36
Vngues caprarum, & aſinorum 254 42
Volucrum maius 183 34
Vrina 238 7
Vrina humana 238 12
Vrtica 131 42
Vua 139 10
Vulpes 262 28

X

Xanthium 180 18
Xiphion 180 24
Xyris 180 20
Xenocratis medici immundities 228 per totum

Z

Zeia 150 33
Zyme 151 16
Zingiber 150 36
Zythus 151 12

©BIUM

In libros simplicium medicamentorum galeni

Circa tria potissimum versatur medicus tempus tres corpora signa et causas atq; sub his medicamenta tum simplicia tum composita intelligere debemus Cuius cum sint alia salubria alia insalubria sint et alimenta Simplicia vocat galenus, ea medicamenta que talia remanent qualia nativa producta sunt nec vel parum variata aut composita sunt aut demutatione aliqua adulterata Neq; statim talia sunt dicenda a facultate simplici sed vt nec dictum est. Commendatur ger vt his maxime capitibus. Plantis seu stirpibus, radicibus seminalibus, herbis, succis, et his que de simplicium medicamentorum scribit galenus

Plantarum seu stirpium Alie arbores, Alie frutices, Alie herbe et Theophrastus addit sussrutices, que et Dioscorides probat Ratione plantarum partes quedam similares sunt quedam dissimilares. Similares sunt quatuor. Humor, Nervus, Vena, Cavo. Humor quidam, aliis est liquor quibusdam aque similis lacteum Cavo In plantis est id lignosum quod diuisibilis est In humidum diuisibilem. Nervus hic est longitudinis Vena longior est nervo rotundiorem quidem habet Et ger duo sunt velut fibre quedam. Plantarum partes dissimilares quedam prime quedam secunde vocatur Prime sunt Radix. Caulis, frondes In arbore dicitur Ramus et surculus qui est velut germen tenerum quotannis emittentes. Secunde sunt hec Cortex, Lignum et materia sine alio nomine Cor sunt medulla In medio plante Harum dicte sunt plantarum partes que vere partes sunt. Alie sunt que non sunt vere partes sed velut partes, ut nec hic folium, pediculus, flores, thimoli, mustum, semen, fructus simul facti non sunt vere partes sed vita vulgo dicitur

Animalia aut tota intelliguntur Aut partes (et hec aut similares aut dissimilares) aut excrementa sub quibus comprehende que ex excrementa vocatur qualia sunt ova et lac mel et ceva

Mineralia vero et terrena recipere intelliguntur. terre multiplices, vt sarna, bolus armenus Lapides et Metalla et eorum partes

Que de simplicium scribuntur maxima sunt tenere causas substantie triplices sunt salsa et eorum partes adurens, spongia, Nitrum, Alcyonium, Aspalatus etc

Et hactenus tractantur simplicia a galeno quatenus venire possunt In usus Eorum et aliquare naturam possunt Id quod fieri nequit sine arithmeticis sed nec de sunt, sine facultatibus et item his sine temperamentis de quibus duobus disserit admodum galenus. Porro facultas est causa quod agens aut faciens aliquid facies facultates quod prime calefactrix. frigidum humor, siccativa Alie secunde que nascuntur ex primis Vt ego calida attenuat, exsiccantes, detergentes, aperientes, emolliens. purgandi Repercussiue, refrigerantes et his quibusdam similibus modis. Alie tertie que ex secundis enascuntur et primis vt astringentes facultates, et [illegible] et equalitatum et inequalitatum. Restat hab sunt et alie que occulte proprietates vocantur reperiuntur sola arguit et methodo non agentes et ge a loco substantia agere dicuntur vt ij polypodium quercinum educat aliquam bilem; Nabarbarum, fluxum stomacum retinet. Adde ij fac. prime vocati quinq; ordinibus (gradus appellat) aut limites Sabunt primum. secundum. tertium, et quartum

Medicamenta aut simplicia sunt aut composita. Simplicia vo aut sunt tantum medicamenta aut medicinalia sine alimenta medicamentosa vt ex textu galeni de compos. deprehendi potest

Medicamentorum aliud temperatum est aliud intemperatum Temperatum est velut statua quod ad motum gerat nec valeant humectat aut siccat. Que ab ea recedunt intemperata sunt ita et ger aut in 1° 2° 3° aut 4° gradu calefac. refrig. humectat vel siccat. Perfecta. Simplicium quedam sunt que in corpus non alterantur sed corrumpunt illud Quedam vo alterantur quia et corrumpuntur sed hec alterantur non tamen corrumpunt

Cum facultas sit habeat simul vansa effitiens ad effectum et vt potentia ad actum simplicia autem sit potentia que nudi educatur ad actum ipsum effectus non vel ipsi fiat in subiecto, a quorum subiectum in quo explorari debeant facultates subiectum autem est homo multiplex sane et varius ipsum igno si fieri possit explorentur facultates in temperatis locis et locis sedo in mentes. sexto in aegris. Itaq; cum duo sint regressus medicamentum et subiectum, quo rendus est iudex et arbiter qui exploret vires ingenio in passum et obstruet, literaq; discimat. Sed quisnam futurus est ille iudex et arbiter? Certe non alius q sensus Nam cum ille intellectus esse non possit cui epsteia intellectiua aut ratio (que duo intellectui debentur) sensus iudex erit ad quem experientia et optimet et referatur que sensu et sensus singulorum est. adhuc unusquisq optimus est iudex eorum que novit sensus, sensibilium vt intellectus intelligibilium. Sed sensus me omnib erit arbiter! Non same sed talium tactus Ne adhuc quidi tactus sed quibus presertim qui tactus est aliqua re parta Est igitur sensus quidem iudex. Verum dubitabit aliquis. Est ne intellectus frugalius in explorandis facultatibus? Minime. Plurima enim polliet sed vt antecedens iudex aliquis At quo modo primum telum iudicium dirigiet et fundabit? Nimirum rationando et distinguendo inter ea que vel per se vel a causa et per accidens agunt. Quidem propria ab im// propriis et dubitia ab ijs que naturaliter possunt. Ceterum ne nichil omittamus quod ad iudicium de medicamentis simplicibus pertinet, Quo tandem approbatore et cupide Galenus lydio debeat sensus dictus intellectus in perpetuo inquirendo et agnoscendo facultatibus? Similia per omnia efferre. Si enim medicamentum quidam corpori applicatum per se ipsum idem, simile ac unum efficiet, inde tale iudicandum erit, sin minus, retra Verum que auertunt iudicium a recto iudicando, sunt argumentatio et doctrina que adueniunt medicamento Credet enim sensus inesse medicamento per naturam aut propria, que due tria tamen possunt et impropria. hec porro omnia distinguens sensus. intellectus adiutus. de simpl medic facultatibus iudicabit. Prop. liber. de fac. simpl. medic.

Quinq; priorib libris docet galen quo modo in vniuersali oporteat explorare omnes omnium medicamentorum facultates tum primas tum secundas, tertias vsq et quartas. Hoc vero et 5as debet explorandas sane in particulari, potissimum in ijs que secundum rem plausibilem Do et domino vsq ad finem vndecimi libri, De minoribus et secundo corporibus agit ad posremum autem de ijs que magis media magis plane magis minoralia sunt. Dissertis et ea plane pauca sunt. Aquatilia a plerisq dicuntur q in mari, paludibus, aut omnino in aquis nascuntur. Adde q in eis libris galenus ordinem resolutorium secutus est qui sit ab vniuersalibus ad particularia procedit

+ Desino in 4 libro vsq ad finem vndecimi de natalitz et ouat gelatz atq; remedijs

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 12 sur 277

CLAVDII GALENI PERGAMENI DE SIMPLICIVM MEDICAMENTORVM FACVLTATIBVS LIBER PRIMVS,

Theodorico Gerardo Gaudano interprete.

Quid dicatur medicamentum, & quid facultas: & quomodo hæc quidem actu, illa vero potentia exiſtat.

Caput I.

QVantum conferat ſimplicium medicamentorum exacte facultates cognoſcere, quámq; neceſſariũ ſit tum ad variorum cõpoſitionem, tum ad inuẽtorum opportunum vſum, non habeo nũc oſtẽdere. Nam id partim in opere de medicamentorum cõpoſitione, partim in curandi methodo mõſtrabitur. Verum quod deinceps ad temperamentorum ſequitur tractationem, id in præſentia dicetur, vbi videlicet prius vocabulorum quibus in hoc vtemur libro, ſignificata definierimus. Medicamentũ, omne id dicimus quod naturam alterare poteſt: ſicuti (puto) nutrimentum, quicquid ſubſtantiam augere. Refertur enim vtrunq; ad aliquid. Porro medicamentũ ſimplex & ipſum per oppoſitionem ad compoſitum nuncupatum eſt. Eſt autem id, quod ſecundum naturam ſuam ſyncerum eſt. At facultas, cauſa quædam eſt effectrix. Eaq; partim actu ſiue energia eſt, alia in futuro tempore. Actu quidem, vt calefaciendi in igne, refrigerandi in glacie. In futuro autem, vt calefaciendi in pyrethro, & caſtorio, & ſimilibus: refrigerãdi, in altercо, mãdragora, & id genus. Sanè quandam eſſe facultatem, in purgatorijs quidem medicinis purgatoriam, vomitorijs vomitoriam, ſternutatorijs ſternutatoriam, bechicis (hoc eſt quę tuſſim vel ſedant vel cient) bechicam, & vnoquoq; in opere peragendo, quæ denominetur ab eo quod ipſa efficit, ferè non eſt qui ambigat. At quæ ſit huius facultatis eſſentia, quidam certe non poſſe cognoſci exiſtimarunt: quales ſunt Sceptici philoſophi, & qui inter medicos vocati ſunt Empirici. Sed & qui noſci poſſe arbitrantur, inter ſeſe diſſident. Quidam enim ad magnitudines & figuras corpuſculorum ac meatuũ, quos ὄγκους καὶ πόρους appellitant, referunt. Alij ad caliditatem, frigiditatem, humiditatem, ac ſiccitatem, pro ſua videlicet vtriq; prima elementorum conſtitutione. Siquidem & nos in libro de elementis ſecundum Hippocratem, ex calido, frigido, ſicco, & humido, cum aliorum omnium corpora, tum animantium conſtare oſtendimus. Has effectricium facultatum eſſentias tum in alijs omnibus, tum in medicamentis ſtatuimus. Sic enim in tertio de Temperamentis demonſtratum eſt. Ac qui volet quæ nunc dicenda ſunt aſſequi, in eo tractatu ſe prius exerceat oportet: quippe quum illic quæ vniuerſim ac in genere de medicamentis nouiſſe cõueniat, expoſita ſint: nec hic toto vtiq; in genere quicquam noui dicemus: verum quæ illic generatim ſunt ſcripta, ea hic ſpeciatim elaborabimus.

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 13 sur 277

Quo pacto quamcũ iudicare facultatem oporteat. Cap. II.

IN primis quidem ac maxime ſumendũ eſt iudicandæ facultatis experimentũ ab ea re ad quam dicitur. Siquidem nõ protinus ſi hominẽ refrigeret cicuta, & ſturnũ refrigerabit. aut ſi ſturnũ nutriat, nutriet & hominẽ. Eadem ratione neq; ſi hominem purget veratrũ, cõtinuò purgabit & coturnices. neq; etiam ſi hos nutrire valeat, conſequẽs ſtatim eſt vt & homines. Proximũ eſt vt quod ex accidenti eſt, diſtinguatur ab eo quod primario ac per ſe. Nam aqua frigida calorem quãdoq; reuocat, cutẽ refrigerãdo, cõtrahendoq;, ac cõdenſando. Ad id enim caloris cõſequitur reuocatio: velut in tertio de Temperamẽtis oſtẽdimus. Rurſum calida quoq; ipſa ſæpenumero refrigerat, excalfacientẽ nimirũ humore digerendo. Nam ſi his adamuſſim diſtinctis, ad inquirẽdæ facultatis explorationem acceſſeris, haud facilè, mea quidem ſentẽtia, falli queas. Cæterũ à nullo alio deſumi iudicium, quam ab eo ad quod dicitur, id quidem perfacile eſt: nõ videlicet an inſecta animalia oleum interimat, neq; an pingue aut lentũ aut læue ſit conſyderãtes, quum calfacere aut frigefacere, aut humectare aut ſiccare corpus humanum valeat, inquiritur: eundẽ in modũ neq; an colore ſit rubro roſa, neq; an albo ceruſſa: ſiquidem neceſſarium non eſt, quicquid rubrũ ſit, eſſe calidum: neq; quicquid albũ, eſſe frigidum: ſed an admota corporibus noſtris primario ac per ſe excalfaciant, ac non interueniente quopiam, neq; ex accidente. Ac ſi ita quidem, facultate eſſe calida, vt ſi refrigerẽt, frigida. Nam, per deos immortales, vndenam dicere poſſumus an calidũ ſit facultate albũ piper, granum cnidium, cnicus, calx, & veratrũ album? aut vnde quòd frigidus ſit ſamius aſter, terra ſelinuſia, ceruſſa, nix, & lac, quum omnia ea coloris ſint cãdidi, & viribus vel maxime pugnent? Atqui pugnantiam, ſenſus diiudicat. Siquidem niuem applicatã protinus ac primo ſtatim occurſu frigidam percipimus: & quoad tangatur, magis ſemper magiſq; frigefacere ſentimus. Videmus porro ipſam neq; durare neque ſeruari poſſe ſi vel leuis calor occupet. At calx neque primo occurſu refrigerare percipitur, & vſq; dum applicata manet, perſpicuò magis ac magis excalfacit. Ex quo conſtat, ex eo quòd ſemper vnum idemq; efficiat quoad nos contingit medicamen, propriam eius iudicandam eſſe facultatem.

Quo pacto diſcernatur quod ex accidente quid faciat, ab eo quod propria facultate. Cap. III.

ETenim quod ab initio ad finem vſq; dum applicatum eſt, magis ſemper calfacit: id non ex accidente, ſed ex ſua natura eſt tale. Sic etiam quod à principio ad finem vſq; refrigerat, ex ſua facultate eſt frigidum, non ex accidente. At ſanè ſi nihil moratus, atque ex poſteriore ac poſt ablationem, facultatem eius expendere voles, ſæpenumero fallêris. Ac forte nonnunquam aquam frigidam, nõ frigidam modo, ſed & calidam poſſidere facultatem dices: vbi videlicet frigefacere ſemper dum nos cõtigerit apparebit, frigidam: vbi vero calorem reuocabit, calidã. Quare hęc indiſcriminata relinquẽda nõ ſunt, dandaq; inſuper opera vt quodcunq; medicamentum in iudicium vocare velis, (id quod in libris de Temperaturis monuimus) omnis ſit expers alienæ tum frigiditatis, tum caliditatis: ne videlicet natiuam eius facultatem adſcititia qualitas adulteret. Ad hæc, quæ & ipſa præcepimus,

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 14 sur 277

nutrimentum à medicamento distinguito, atq; ea vtraq; ad aliquid dici memento: tum circa eandem sæpe substantiam consistere, velut & id quoq; mostrauimus: nec secius, quòd quædam tota substantia in sese mutuo & agant, & patiantur: quædam vero vna duntaxat, aut duabus qualitatibus. Super hæc, alia itidem esse tenuia, siue tenuium partium, (Græci λεπτομερῆ vocant) alia crassa, siue crassarum partium, (παχυμερῆ Græci nominant). Tenuia quidem, quæ facilè in tenues cõminui partes possint: crassa, quę contrà. Atq; vt semel dicam, omnium meminisse distinctionum oportet, quas in tertio de Temperamentis posuimus, vt secundum illas, medicamentorum speciei facultas explorari valeat.

De aquæ facultate. Cap. IIII.

EStò sanè prima nobis in contẽplationem proposita aqua, quòd nimirum ea & cõmunissima hominibus omnibus sit tum sanis, tum ægrotis: & ad vitam maxime necessaria. Primumq; eucrato siue temperato corpori applicator ipsa neq; frigida insigniter, neq; calida. Deinde ijs qui natura sunt intẽperati. Tertio qui affectu aliquo tenentur. Nam hoc pacto exacte in omnibus propriã eius facultatem perpenderis. Igitur temperato admota plusculo tẽpore, ipsum omnino refrigerabit. Intẽperato vero, citius quidem refrigerabit id quod frigidius natura fuerit, tardius vero quod calidius. Semper autem omnia refrigerabit, etiamsi non multis deinceps diebus, sed vel vna quis hora, aut pluribus ea vtatur. Nec enim talis in vllo omniũ calorem reuocare poterit. Nam quæ summe frigida est, si quadrato ac iuuenili corporis naturæ pauculo tẽpore adhibeatur, caloris molietur reuocationem. Sin aliter vtaris, semper refrigerabit. Quinetiã si ijs quoq; qui simplici laborant morbo, eiusmodi admoueatur aqua, hos etiã manifestò refrigerabit. Nam simplex sit affectio oportet, quemadmodum vtiq; in tertio de Temperamentis definitum est: quò videlicet quæ adhibetur, ex sua natura refrigeret, non ex accidente quopiam: quippe quum frequenter vbi compositus fuerit affectus, aliud primario medicamẽtum efficiat, aliud ex accidente eueniat: velut in phlegmone. Est enim ea affectio calidæ copiosæq; fluxionis soboles. At quę modice excalfaciunt pharmaca, quum superfluitatẽ euacuant, protinus, opinor, & quod affectum est, frigidius efficiunt: verum quum simplex vnaq; fuerit affectio, quod ex accidente sit, in ea prouenire non potest. Ergo si hac ratione expendas, aqua potabilis vtrobiq; videbitur frigida. Non est tamen eadem aliarum aquarum quæ sulfur, bitumen, aut nitrũ qualitatibus suis referunt, facultas. Siquidem earum omnino nulla vbi alienæ tum caliditatis tum frigiditatis expers adhibita fuerit, frigefacere cõspicitur. Quinimò nec marinam ipsam prius quam adscititium frigus summũ acceperit, admodum refrigerare apparet. Nam si quis in potabili aqua totum diem innatet, vt etiam non admodum sit frigida, sed velut ex sole tepẽs, necessario tamẽ refrigerabitur. At mare complures iuuenum interdum pertulere non per diem modo totã, sed etiã adiũcta nocte. Ex quo liquet aquã, potabilem certe, & dulcem, secũdum naturã suã semper esse frigidam: mare verò nõ æque. Quòd si nõ semper in sermone adjciã potabilẽ, sed dicã simpliciter quantum ex se est aquã esse frigidam, haud calumniari oportebit, tanquã insufficiẽter & indistincte loquutum. Nam quæ exacte ac syncere aqua est, omnis alterius substantiæ mistione vacans, ea ex necessitate ex sua facultate est

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 15 sur 277

frigida. Siqua vero per bituminoſa, ſulfuroſa, nitroſa, aut aluminoſa loca diſtillans, ſubſtantiæ eius aliquid abſterſerit, ſecumq; traxerit, miſta iam ea eſt, non autē exacte aqua: velut ſi ipſe quoq; volueris aut ſalem aut alumen aut aliud id genus affatim aquæ miſcere potabili: ſicut ſane ſæpenumero facere cogimur in marinæ inopia, quando muriam facere volumus. Tunc enim ſalem aquæ indimus: ac tantum ipſa facultate iam diſſidet, vt ſi aqua dulcis, videlicet quæ neq; inſigniter aut calida aut frigida ſit, ſed velut ex ſole tepida, eryſipelati perfundatur, noxam omnino nullam hominis corpori ſit allatura. At ſi marinam aquam, aut muriā, aut id genus aquā miſtam, bituminoſam videlicet aut ſulfuroſam admoueas, vſq; adeo hominē offenderis, vt partem ipſam ſis aduſturus. Aqua igitur ipſa ex ſeſe frigida eſt facultate. Porrò ſi extraneā caliditatē adeptam corpori humano perfundas, putabis forſan ſimplex quoddam & naturale adhibitū medicamen: at ea quodā vtiq; modo compoſita eſt, aut igneæ eſſentiæ partem aliquam nacta, aut certe omnino ipſam qualitatē. Vt enim ſi ſalem illi miſcueris, ex cōfeſſo fuerit cōpoſita: ſic multo magis ſi igneam aut eſſentiam aut qualitatē adieceris, compoſitā quodammodo effeceris. Eſt porrò etiam aqua limoſa quadantenus compoſita, velut eſt aqua Nili, & quæ in Aegypto eſt. Sed ea per fictilia vaſa percolata, planè pura efficitur. Oportet autem non ſemel aut bis terve percolare, quando ne ſic quidem forſan adamuſſim puram queas efficere: verum quando qui aquæ infertur limus, omnem effugerit ſenſum, ſatis tunc eſt vt queas dicere, tales, vt ad vſus eiuſmodi, puras eſſe aquas.

Quo pacto iudicemus aquam puram. Cap. V.

VIdicātur autē hæ tribus ſenſibus, nempe guſtu, viſu, & odoratu. Guſtu pura eſt, ſi nullam offerat qualitatē, ſed ad vnguem qualitatis expers appareat. Viſu, quum ſyncera fuerit, ac planè perlucida. Sic nec odoratu vllam præ ſe ferre qualitatem debet, vt ſunt quædam extremæ prauitatis, quæ aut aciditatē aut acrimoniam aut ſalſedinem aut putredinem aut aliud indicibile aliquod vitium præferunt. Igitur aqua quæ abſq; his eſt omnibus, vt ad naturā certe, ne ipſa quidem adamuſſim ſyncera fuerit, ſicut nec aliud vllum elementorū ſenſibiliū: ſed vt ad ſenſum & vſum ſyncera eſt. Talis ergo, vt eſt propoſitū, ſecundum ſuā naturā frigida eſt. Quippe ſi valde excalfactam non modo aquam, ſed vel mandragoram vel altercum vel cicutam vel meconium admoueris, non ſolum excalfeceris, ſed etiā vſſeris corpus humanum. Omnia itaq; quæ examinānda veniēt medicamina, omnis extraneæ valentiſq; tum caliditatis tum frigiditatis aliena ſunto, nedum aqua.

Demonſtratio qua oſtenditur aquam frigefacere ex cerati quod ex ea conficitur, effectu. Cap. VI.

POrrò quòd aqua omnis dulcis perſpicuò frigefaciat, hinc quoque didiceris. Ceratū humidum ſi ex aqua frigida ſubactū accurateq; madefactū calido affectui imponas, protinus ipſum frigefacies. Oportet autē quam plurimum admiſcere ipſius aquæ: mixtioq; hoc maxime modo optime perficitur. Ceram quantum fieri maxime poteſt puriſſimam, oleo liquatæ, humidum facere ceratum oportet: deinde refrigeratum, ac deſpumatum, ſordibuſq; purgatum, in mortario

manibus ſubigere,aquam affundendo frigidam,quãtum nimirũ ceratum accipere valet,ac nõdum aqua ſupernatat. Id refrigerat & eos qui in febre vruntur,ſi hypochondrijs ſuperponatur:& omnem phlegmonen:ſimiliter herpetes quoq;,& carbunculos,tum eryſipelata,& phygethla,ac breuiter omnes morbos calidos. Ergo ſi non aquam dulcẽ ſed marinam aut muriam illi admiſcẽs in vno prædictorũ quouis vti volueris,non paruã continuò differentiam conſpicies:quippe quum id medicamentum adeò nullam propoſitarum affectionum amplius refrigerabit,vt inſuper accendat potius. Adeò multa eſt diuerſitas potabiliũ aquarum,& muriæ,ſiue quæcunq; aut nitrum aut chalcanthum aut miſy aut chalcitin,aut vt ſimpliciter dicam, quæ calidorum natura medicamentorũ guſtu aliquod referunt. Inimicæ enim ſunt omnes calidis corporum noſtrorum affectibus. Ex quo claret has omnes facultatibus eſſe calidas,ſolam vero aquam potabilem frigidam.

Quòd aqua potabilis humida ſit. Cap. VII.

AEterum quòd hæc quoq; propoſitarum omnium aquarũ ſola ſit humida,planè ex eadem diſces methodo. Nam vlcera quæ ſupra modum ſqualida ſiccaq; ſunt,ſi hac irriges,ſtatim admodum humida molliaq; reddes,cum aliæ aquæ vniuerſæ vlcera deſiccent. Tum piſcatorũ vlcera adeò videtur ſicca,ac ſi forẽt ſalita. Contrà eorum qui in balneis verſantur,humida apparẽt,ac mollia. Quin ſi imbutum linamentũ vlceribus imponere libeat,humida quidem à potabili,ſicca vero à muria marinaq; reddi cõperies. Aquæ quinetiam aluminoſæ,quales ſunt in Italia vocatæ Albulæ,cum alijs vlceribus idoneæ ſunt,tum vero quæcunq; fluxionibus tentantur,ea perfacilè deſiccant. Sic nec cæterarum aquarum vlla humectare poteſt,quòd videlicet non ſint exactè aqua,ſed miſta & adulterata,accepto nimirũ aut alumine,aut chalcite,aut ſale,aut id genus aliquo. Quocirca earum nonnullæ vlcera quoq; exaſperant,nempe quæ acres admodum ſunt & mordaces. Quinetiam ſitienti dulcis aqua remedio eſt,cæteræ vero acerbiorem etiam ſitim relinquũt. Tum aqua inter cutem laborantibus aduerſiſſimum eſt & poculum & lauacrum aquæ dulcis: ſalſarũ vero ac nitroſarum & ſulfuroſarũ bituminoſarumq; omniũ ſanè perutile. Imitari autem potes ſicut marinam,ſic aliarum quamlibet,ſubſtantia videlicet admiſta quæ in quaq; vincere conſpicitur. Nam ſulfure in aquam dulcem indito,ſulfuroſam effeceris:alumine,aluminoſam:ac eodem modo aliarum vnamquanq;.

Quòd aqua aduentitium calorem nacta,ſemper quidem humectet,non autem ſemper calfaciat:verum in ipſo quidem perfuſionis tẽpore calfacere,poſtea vero frigefacere conſueuerit. Cap. VIII.

HAec ergo propria aquæ natura humida eſt & frigida. Porro aliũde calorẽ adepta,excalfacit quidem & humectat quibus eſt admota: verum haud ſimiliter ambo ſimul præſtare poteſt. Summe nanq; humectat ſeu tepida ſit,ſeu tẽperata,ſeu etiã calidior. Sũme autẽ non calfacit,niſi quæ extremè ferueat. Quod dico,in tẽperata primum exploremus natura. Igitur ſi huic aquam afferas temperate calidam,eaq; vel laues,vel partẽ aliquam identidem perfundas:in ipſo quidem perfuſionis tẽpore calidiorem ſimul & humidiorẽ efficies. quòd ſi deinde quieſces,nec

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 17 sur 277

corpus frigidæ vſu poſtea cõtrahes, conſtipabis ac denſabis, paulopoſt ſeipſo frigidius relinqui conſpicies: quippe cum corpus rarefactũ tranſpirante immoderatius calore natiuo, frigidius efficiatur. Non tamen ſicut frigidius poſtea calidę vſus corpus deſtituit, ita & ſiccius. Quãquã profecto videri id poſſit, tum ob ſpiramentorũ raritatẽ, tum ob corporis mollitiem, tum ob ſubſtantiæ fuſionẽ, pluſculũ ſiquidem in ijs affectibus euaporetur neceſſe eſt. Atqui vapor humor eſt extenuatus. Verum non ita habẽt rei veritas. Nam mollities quam calidæ aquæ lotionibus acquirunt corpora, ſolius humiditatis propriũ ac inſeparabile ſignũ eſt, in animantis videlicet corpore: velut in opere de Temperamẽtis eſt demonſtratũ. Sanè indicio eſſe poteſt vlceratarũ partiũ caro, quæ id ipſum perſpicuò oſtẽdit, vt quę in iſtis ex aqua calida perfuſionibus mollis atq; algæ ritu fluida efficitur. Quãquã ſanè corpus illiuſmodi affectionibus inanitur, vt minus tunc in ſeſe habeat humoris quàm antea. Videriq; venia digni poſſunt, qui per calidas lotiones, atq; aquæ moderate calidę perfuſiones ſiccari corpus exiſtimãt. Nam ſimilis horum eſt error, atq; illorũ qui credunt ſenes adoleſcẽtibus eſſe humidiores. Pluribus nanq; ſenes excremẽtis redundant, ſed genuinæ (quæ πιφυκότα μόρια nuncupant) organicæq; partes adoleſcentibus magis ſunt humidæ: vti in ſecundo de Temperamẽtis monſtrauimus. Perinde ſe res habet in perfuſionibus, ac lauacris, omniq; adeò ex aqua calida irrigatione. Siquidem humores qui in vaſis alijſq; cõmunibus ſpatijs ſũt, exhauriũtur omnes: at ipſa vaſorũ corpora, & vniuerſum genus carnoſum ſeipſo fit humidius. Atq; hanc ſolam facultatem nunquã aqua deponit. Neq; enim quum feruẽs corpora exurit, quæ vſta ſunt redduntur ſicca, vti quæ ab igne ſunt aſſa. Rurſum nec quum ſummã adepta frigiditatem per diem totum aut etiam lõgiori tẽpore parti cuipiam perfunditur, eam ſicciorem efficit, tametſi rugoſa atq; admodum exilis relinquitur. Verum hæc eueniunt quòd qui in vaſis alijſq; ſpatijs eſt humor, exhauſtus ſit: at partes genuinæ ſolidæq; nulla ſui parte ſicciores euadunt. Huiuſque ſemper meminiſſe oportet. tum toto ſermone perpetuò obſeruãdum, ex euidenter apparẽtibus colligẽdam cuiuſq; medicamenti facultatem, ac ſemper ad quod quid dicitur calidum, frigidum, humidum, aut ſiccum, ad id eſſe æſtimandum.

Si à rebus exteris de medicinarum facultate colligi quid oporteat, ex ignis cum illis cõmercio faciendum eſſe iudicium. Cap. IX.

POrrò ſi quis velit ex ſuperabundanti à rebus externis probationes ducere, ne id quidem prohibeo: verum animum diligẽter aduertat conſulo. Nam admodum lubrica res eſt, nec paucos obtinet fallendi modos. Sed hãs in conſequentibus ediſſeram. Cæterum quod ſolum quis ſumpſerit, vt id quod iudicium ſubit medicamentum, aut excalfacere, aut refrigerare probet: id in ignis commercio contactuq; conſpicitur. Neq; enim vſque adeo abſurdum eſt, quod facilè in ignẽ vertitur, id calidum facultate putare. Memoria enim, opinor, tenemus omnia huius vocis facultate ſignificata, quæ in tertio de Temperamentis definiuimus. Vnũ igitur ex ijs erat, quod ex propria eius quod diceretur, materia foret, tale eſſe facultate: vt ſi quid facilè in ignem vertitur, id facultate eſſe ignem, non actu ſcilicet. Nam hoc facultate, ex aduerſo diuiditur huic, actu. Alterum vero, per ſe, huic ex accidente. Hanc ergo iudicij rationem conſyderare ac diſtinguere conuenit.

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 18 sur 277

Quot & quæ prædefiniri oporteat vt liceat ex alicuius affectione quæ ad ignẽ est, quo pacto aduersum nos id ipsum afficiatur, colligere. Cap. X.

AT quibus consiliũ est tutò à rebus extraneis ad corpora trãsire animaliũ, videre primum debẽt an tenuis sit essentiæ, an crassæ, quod explorãdum venit. Secũdo an sibi continuũ, densumq; ac solidum, an interuallis interceptum, ac rarũ. Quocirca his immorãdum prolixius est. Videtur enim id quoddã esse principium ac velut elementum multam considerationem postulans.

Quòd quæ subtiliorũ sunt partiũ, promptius propriã exerant actionẽ, quàm quæ crassiorum, tametsi eandẽ cum illis facultatẽ obtineãt. Cap. XI.

IGitur eorũ quę in cõfesso est facultate esse calida, nullum omnino apparet nos excalfacere prius q̃ in tenuia sit cõminutum. Nam si quis piper solidum cuti inspergat, nullam planè caliditatẽ percipiat. eadem ratione si quis vel linguæ imponat, aut deglutiat, aut alio pacto vtatur integro, haudquaquã diligenter trito, & cribrato, ac nõ adeò cõminuto vt pollinẽ tenuitate referat. Nam quod pollinis instar cuti inspergitur, excalfacit, ac maxime si affricueris. præterea quod linguæ admotũ fuerit, aut in vẽtrẽ deuoratũ. At quod solidũ integrũq; imponitur, nec cutẽ calfacit, & linguæ ventriq; exiguũ duntaxat caliditatis sensum mouet. Itaq; quum tenuium esse partium dicãtur quæ facilè in tenues partes cõminuuntur, solidarum crassarumq; partium quæ contrà: tum dura viscosaq; ægre ac difficulter aut omnino in tenues cõminui non possint: fragilia vero, & quæ citra viscositatẽ mollia sunt, prompte in tenues soluãtur: hinc constare arbitror, multa esse facultate calida, ac facilè accendi, verum nos haud facilè excalfacere. Nam ignis, vt qui omniũ est tenuissimus, simulq; calidissimus: & in profundum facilè penetrat, & cõminuit, extenuatq;, atq; in suã deniq; naturã conuertit, vndequaq; scilicet cõtingens, & quod cõtigit exuperans. At nostra caliditas supra quàm q̃ crassæ sit essentiæ, & halituosa, insuper infirma est, vt non facilè mutet quod cõtigit. Ostensum est autem in tertio de Temperaturis (quo sine, quæ hic dicũtur, assequi est impossibile) nullum eorum quæ nos excalfacere apparent, perinde vt ignẽ posse calfacere, verum vt materiam accendi facilem. Siquidem mutationis principium à nostra caliditate accipiẽtia, vt calami aridi ab igne, nos contrà recalfaciunt, & velut partes fiunt quædam caloris natiui, sicut illi ignis. Nam quod prius erat calamus, id nunc fit ignis, vt mutantis ipsum ignis essentiam adaugeat. Monstrauimus autẽ quædam vbi vel leuem fuerint mutationem adepta, secũdum naturam deinde suam ad plurimã mutationem procedere. Quamobrem mirandum non est si quædam medicamenta primæ quidem mutationis principium à nostro calore nacta, inde iam pergãt eum quoq; qui mutabat superare. Nam cum corporis cuiusq; proprietas alia habilis sit ad suscipiendum calorem, alia inhabilis, fit vt paria principia nõ sequatur par incremẽtum. Quinetiam q̃ corpus admodũ exile facilius alteratur, mutaturq; ab eo cui admotũ est: quod autẽ grandius est, nõ nisi tẽporis spatio, ac vix tãdem etiã sensibilẽ alterationem sustinet: id cum nõ modo à physicis naturã scrutãtibus sit demonstratũ, sed cuiuis etiã homini rei ipsius experientia notũ: satis magnum affert testimonium ijs quæ modo dicebamus. Quippe si piperis particulæ à nobis accipere debent mutationem, eoq; accipiãt facilius, quo fuerint minutiores: mirãdum non est si eas tanto citius excalfacere experiamur, quanto accuratius in minimas fuerint cõminutæ.

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 19 sur 277

Medicamẽta parẽ etiã ſortita tum facultatẽ, tum conſiſtentiã, quãto rarioribus applicentur corporibus, tãto ocyus actionẽ ſuam exercere. Cap. XII.

QVinetiam quod extima cutis ſuperficies calloſa ſit duraq; & frigida, ~~tum~~ quod ſub ea eſt, quanto profundius ſubeas, tãto ſit calidius, nemo ambigit. Huic ſanè rationi ſi duo etiam principia in alijs à nobis tractationibus demonſtrata adiecero, ita denique vniuerſum poſſis colligere. Alterum quidem ad demonſtrationem principiorum, ſiue lemmatum, ſiue axiomatum, ſiue propoſitionum, ſiue vtcunq; nuncupare libebit, in commentarijs de Temperamentis demonſtratum eſt, cutem videlicet omnem in primo ſtatim ortu ſibi eſſe continuã, at temporis ſpatio perforari, ac plurima nanciſci ſpiramenta, ritu cribrorũ. Altera vtiliũ ad ratiocinationẽ propoſitionũ eſt, corpus vniuerſum expirabile eſſe, ac inſpirabile, vt inquit Hippocrates. Fuſius autẽ de hac dictum eſt in libro de vſu pulſuũ, vbi demonſtrauimus arterias vbi ſe dilatantes vndiquaq;, & per omnes meatus attrahunt, non aërem modo halitumq; attrahere: ſed quicquid etiam trahi facile, ac tenue ſit, ad ſpiritalis eſſentiæ motum impetumq; expedite conſequi. Quibus ſic ſe habentibus, multæ venæ arteriæq; mutuis in ſeſe oſculis aperiuntur. Tum ad cutis meatus, eiuſq; ſuperficiem, ac meatuum perforationes haud pauca pertingere venarum arteriarumq; oſcula exiſtimandum eſt: nihiloq; ſecius ad extimã ſuperficiem peruenire oſculis. Tum quicquid piperis ad exactiſſimum redactum fuerit pollinem, ſimul cum ambiente aëre ab arterijs attrahi, ipſumq; protinus à calore natiuo alterari, idq; tum ob paruitatem, tum ob ingenitã vt à calore alteretur aptitudinem. Siquidem haud aliud illi erat facultate eſſe calido, quàm facilè poſſe incaleſcere. Quod ſi ſemel id illi inſit, mirum nõ eſt, per omne corpus tempore perlatũ, ipſum recalfacere: ac proinde primum maximeq; ab id genus medicamentis incaleſcere partes quas primũ contigerint, deinde quæ his ſunt proximæ & continẽtes: ac ſic deinceps tertio quartoq; loco, pro ſitus videlicet vicinitate, cum ea quæ primo incaluerat, incaleſcere. Hæc ſcientifica conſtant demõſtratione, non tamen ijs ſatis credibili, qui in primis non fuerint exercitati. Oportet enim in ijs quæ de Elemẽtis ſunt ratiocinationibus eſſe verſatum, atq; in cõmentarijs de Temperamẽtis, & vſu pulſuum: & ante hæc omnia in demonſtrãdi methodis peritũ. Sanè paucis datum eſt omnia percurrere. Verum his quidem ſuffecerit (mea ſententia) in euidentibus duntaxat verſari, paucis attactis cõmunibus rationibus ſiue epilogiſmis. Itaq; cauſam quamobrẽ non excalfaciũt corpora humana ea quæ craſſa adhibentur, etiamſi natura ſint calida, ijs duntaxat qui aſſequi valeant, dictam eſſe reputent, ſibiq; ſatis eſſe perſuadeant, quod euidenter ſenſibus apparet. Apparet autẽ euidenter craſſorum omniũ nullum prius quàm ad vnguem cõminuatur extenueturq;, neq; ipſum à corpore noſtro quicquam perpeti, neq; rurſum in nos poſſe agere. Nec enim ſolũ in pipere, napy, canchry, cæteriſq; omnibus quæ nos excalfaciunt, ita ſe res habet, ſed æque item in facultate frigidis. Nam ſi quis radicis mandragoræ corticẽ in magnas partes cõfractam cuti imponat aut illinat, plane nihil efficiet. at ſi admodum ſit cõminuta, refrigerare poteſt. Sic etiã papaueris ſemen, & cicutæ (tametſi hoc ſit omniũ refrigerantium valentiſſimum) antequam exacte cõminuantur cuti noſtræ impoſita, planè ſunt imbecilla. Ne te ergo magna teneat admiratio quod calami aridi, piliq;, tametſi accendi promptiſſimi ſunt, non tamen nos cõtactu excalfaciãt:

κατὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς γένεσιν
à prima generatione

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 20 sur 277

quippe qui planè à noſtro calore mutari nequeant, vt ſic recalfaciant: quòd videlicet pollinis ritu cõminui non valeant: quandoquidem calamus indicus, quem & odoratum appellitãt, quum tundi, cribrari, ac planè magis quàm qui apud nos naſcitur cõminui valeat, clare nos excalfacere conſpicitur: ſicut vno ore omnes qui ætate nobis maiores ſunt medici confitentur.

Quòd corpora rariora citius ab igne accẽdũtur, q̃ quæ ſunt ſpiſſiora. Cap. XIII.

PRorsùs cõſiderandum eſt (quemadmodum propoſui) non ſolum craſſarum ſit partium an tenuium, explorandorum medicaminũ ſubſtantia: verum etiam rara ne an ſpiſſa denſáve. Voco ſanè rarum, cuius partes ſpatijs inanibus interceptæ ſunt. Intelligẽtibus videlicet nobis ac ſemper recordantibus quo pacto dicatur ſpatium inane ab ijs qui vnitam eſſe dicũt ſubſtantiam: non quemadmodum Epicuro & Aſclepiadi eſt viſum. Imò aëre plenũ eſt in raris corporibus ſpatium inane. Vbi ergo eiuſmodi ſpatijs multis corpus fuerit diſtinctum, facilius quàm ſpiſſum accenditur, etiamſi quod ad caliditatis frigiditatiſq; attinet temperiem, ſimiliter illi ſit affectum. Nam qui in ijs ſpatijs continetur aër, cum ſit ad patiendum promptiſſimus, primo ſtatim ignis occurſu accenditur atq; inflammatur: vnà vero ſecum corpus vniuerſum accendit, vnamquamq; eius partem nimirum occupans. Ergo ſi parua corpora, cingente ea circũquaq; flamma, prompte accenduntur, (nam id clare conſpicimus) non ſine ratione corpus rarum celeriter accẽditur, vtpote quũ profundas eius partes omnes flamma contingat. Sic itaq; calamos aridos ignis celeriter exurit, tametſi minus ſint alia ſubſtantia calidi: idque ob meatuũ multitudinem, quos aër quidem prius occupabat: vbi vero ignis contigit, flamma depaſcitur. Aër enim accenſus, flamma eſt: terra vero, carbo. Porro quòd aëris plenos meatus multos aridus calamus obtineat, ſummum argumentũ eſt ipſius leuitas. Nam ſiccum natura corpus leue eſſe alioqui nequeat. Eundem in modum pumex, & ſpõgia ſicca, atq; omnia adeo quæcũq; fiſtuloſa ſunt, multumq; vacui obtinẽt, põdere ſunt leuia. Sic ſanè & calamus non eò duntaxat quòd ſiccus eſt, ſed quòd plurimi aëris eſt particeps, prompte accenditur. At à noſtro corpore ægre proinde calfieri poteſt, quòd eſſentiæ ſit craſſæ. Quando igitur medicamenti cuiuſpiam ex ignis commercio temperiem colligentes, ſcrutari ſtatuimus an aduerſum nos eodem modo ſe gerat, ſubſtantiæ eius reſpiciẽda conſtitutio eſt. Nam ſi tenuis quidem ſit, ſed continua: eandem & in nos naturã oſtendet, quam prius in ignem. Sinautẽ rara ſit & craſſa, fieri poteſt vt ab igne quidem perfacilè alteretur, non tamen à calore noſtro, ac proinde nec nos recalfaciat.

Aquã tenuium eſſe partiũ, nec vnquã nos ex ſua natura excalfacere. Cap. XIIII.

POſteaquam igitur hæc eum in modum definita ſunt, rurſum ad ſermonẽ de aqua redeamus. Nam quòd tenuis ſit eſſentiæ, argumento eſt, q̃ promptiſſime per pilos & veſtimẽta perfluat. Nam propter humiditatẽ, mollitiemq; quæ nihil habeat adiũctũ viſcoſitatis, diuiſiles partes obtinet, & quæ facilè in minimas poſſint diſtrahi. Talis quum ſit, tamẽ neq; nos ex ſua natura calfacit, neq; proprium eſt ignis nutrimentum, imò omnino contrà aduerſatur, & diſſidet, atq;

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 21 sur 277

extinguit,vt quod illi sit aduersissimum. Nec mirum est si cum igne,natura tum calidissimo,tum siccissimo,pugnet aqua,quę frigida est & humida. Cõiectura quidem igitur ex ignis sumitur cõmercio quo pacto quodq; medicamẽtum in calore frigoreq; se habeat: non tamen protinus existimandum tale ad nos videri,nisi tenuium sit partium,& spissum. Sic oleum tametsi facilè in flammam vertitur,non tamen admodum celeriter neq; manifeste nos excalfacit,nimirũ lenta crassaq; substantia sua tenaciter ijs inhærens quę primùm cõtigit: proindeq; longissimè omnibus perdurat quibus fuerit illitum,scilicet nec ab ambiente facilè aut extenuari aut digeri potens,nec introrsùm in corpus prompte trãssumi. Aqua vero econtrario & celerrimè in halitum soluitur,atq; expedite digeritur. Proinde etiam si in idem vas coniectam aquam oleumq; decoquas, prior tamen aqua absumitur. Sic item si lithargyro,aut cerussa,aut id genus aliquo cum aqua diligenter commisto simul ambo decoquere voles,priorem digeri aquam experiere.

Non simpliciter quod citius ab igne accenditur, id ad nos quoq; apparere calidius. Cap XV.

NOn ergo simpliciter quod citius accenditur, protinus ad nos apparet calidius. Siquidem ante ostensum est,vt calefacientiũ aliud simpliciter erat calidum, vt ignis: aliud exuperãtia calidum, velut qui in nobis est calor: sic eorũ quæ facultate sunt calida,aliud esse eiusmodi,vt ad id quod primo & absolute est calidum: aliud vero vt ad id quod per exuperantiã dicitur. Quamobrem non absolute ab ea quę aduersus ignem est in iudicium venientium medicaminum dispositione,ad nos transire expedit,sed adiecta limitatione proposita.

Non quod citius à frigore congelascit,eo quod tardius,absolute frigidius existimare licere, sed inter ea quæ parem sortita sunt consistentiam. Cap XVI.

EAdem hæc limitatio itidem necessaria est quãdo ex eo q; quid facilè conglaciatur,frigidum esse colligimus. Nam in ijs quæ eandẽ habent aut tenuitatem aut crassitudinẽ cõsistentiæ,quod ocyus à frigore congelatur, temperamenti est frigidioris. Nam si alterũ sit tenuius,puta exempli causa vinum: alterum crassius, vt oleũ: non est necesse aut citius aut magis cõcrescere quod est frigidius. Verum si quanto alterum est frigidius,tanto alterum quoque crassius sit,similiter ambo concrescent. Cæterum magis concretum videatur,ipsa videlicet cõsistentiæ duritia,quod fuerit essentiæ crassioris. Nam rationabile est,reor,similiter congelatorum quod crassioris fuerit essentiæ,itidem fieri durius. At si vel alterum plus sit frigidius quàm reliquum essentiæ crassioris,aut contrà non frigidius quidem alterum,sed alterum crassioris essentiæ: haud etiam pari tempore hæc congelascere est possibile: verum quod plus est frigidius quàm alterum essentiæ crassioris,minori temporis spatio: quod vero minus est frigidius quàm reliquum essentiæ crassioris, maiori. Sic magis minusque alterum videri durius,id pro excessus portione euenire est necesse.

Quo differat congelatio à refrigeratione Cap. XVII.

HAec ergo memoriæ mandare oportet: tum quòd non idem sint cõgelari & refrigerari, & quod illud maxime à refrigeratione proueniat. Nam refrigerari est frigidam accipere qualitatem. At cõgelari est duresçere præ frigore. Ergo quęcũq; corpora tenuis sunt essentiæ, quum facilè perpetiantur, prompte tum incalescũt, tum refrigerantur: at non æque prompte congelantur: vt aër, & ignis. Nam hic planè non congelatur: ille autem, nempe aër, non perinde vt vitrum, vt pix, vt cera, resina, bitumen: tametsi bitumen sit vel calidissimum: verum essentiæ eius crassities ac terrenitas, ad congelationis celeritatem adiuuat. ac si tetigeris calidum etiamnum, planè tamen congelatum reperias: sicut (puto) & plumbum & stannum non aliter concreta sunt etiamnũ feruentia. Sic aquam Hippocrates quæ celeriter & incalesceret & refrigeraretur, semper esse leuissimam retulit. Nam quãto tenuior fuerit, tanto pati promptior est. Atqui quę tenuior est, minimum habet limi terrestris. Non ergo absolute nec temere ex materię passionibus ad ignẽ, conijcere eius ad nos facultatem oportet, verum adiunctis limitationibus suprapositis. Quare nec æque securum est hoc iudiciũ quàm id quo ad nostrum corpus quid examinamus. At qui hoc etiam vlterius transeunt, planè in multis errorũ periculis versantur. Quanquam id faciunt medicorum cõplures, alij omne quod viscosum est, calidum asserentes, alij quicquid adstringit, nõnulli quicquid est dulce, quidam vero etiam quod austerum acerbumve est Sunt autem qui singulis illorũ contraria defendant. Sed qui in istis errores committantur, postea narrabo. Nunc autẽ præsentẽ sermonem consiliũ est absoluere, nempe vt si quis ex ignis cõmercio materiã iudicare volet, nõ absolute, neq; citra limitationẽ id faciẽdũ, neq; perinde ad ignem & hominem habere quicquid iudicatur, putandum. Nam aqua igni aduersissima est, vt quæ facultatem sortita sit frigidam & humidam. Muria vero, marina bituminosaq; & sulfurosa aqua, non æque: quippe quum id genus omnes ab aqua ad calidius recesserint. Verum de sponte natis aquis (græci ἀυτοφυῆ vocant) vel hæc sufficiant. Siquidem vbi medicaminum vniuscuiusq; quorum qualitates accipere aquam ostẽsum est, sermonem sigillatim tractabimus, si nunc aut obscurius quippiam aut imperfectius sit dictum, id tunc adijcietur. Sed ad reliqua nunc liquidorũ medicaminum transibimus: inter quæ vel maxima est controuersia de aceto, alijs frigidum, alijs contrà calidum adstruẽtibus: nonnullis calorem quidem quendam illi concedentibus, sed quendam etiam auferentibus, velut qui acetum vinum esse mortuum asserunt. Nam hi propriam vini caliditatem perdidisse quidem, verum ex putredine assumpsisse aliam quandam contendunt. Atq; ego sanè non multum abest quin illorum laudem sententiam, in eamq; prompte accedam, proq; hac assertione atq; opinione pericula omnia subeam, si quam machinam aut artem inuenire queam sicut in lacte contrariarũ partium separationis, ita hic quoq;. Nunc autẽ quòd lac vniuersum nõ sit homœomeres & similare, neq; vndequaq; sibi idẽ, clare mõstrat coagulatio, excogitata videlicet multis hominibus ratione qua partes caseosæ à serosis separari possint. Atqui neq; tale quid repertũ est, neq; manifestò demõstrare possis quòd quantum eius est tenue, atq; exacte humidũ, refrigeret: quod vero secundum fecis substantiam in eo defertur, velut in vinis, calefaciat. Nam ea solùm ratione aperte quis probauerit ex contrarijs ipsum partibus cõsistere, sicut

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 23 sur 277

lac. Sanè in omnibus liquoribus quos exprimẽdis fructibus cõficiunt, crassum defertur quippiã, quod tẽporis spatio subsidit. Fex vocat in vino, in oleo autẽ amurca. Sed & in omnibus alijs ineſt quod illis proportione reſpondet, tametſi propriũ nomẽ ſortitũ non ſit, quod velut fex eſt in illis. Vtiq; & in aceto eſt eiuſmodi quippiam: & forſan ipſum eſt quod caloris eſt particeps. quod vero frigoris, id quod tenue eſt. Fortaſſis vero & in ipſo tenui exiguũ quiddam defertur multo tempore præparatũ, alterius naturę quàm ipſum ſit totũ. Nam quod maiori parte frigidius ſit quàm calidius, liquidò ijs apparere arbitror qui vere facultatẽ eius expẽderint.

Perperam multos cauterij inſtar acetũ pronunciaſſe calidum. Cap. XVIII.

NEc ſatis mirari queo, qua ratione ducti quidam, vſq; adeò calidũ eſſe acetum pronunciarint, vt cauterio ipſum aſſimilarent. Nam hac, inquiunt, ratione ſanguinis eruptiones (αἱμορραγίας græci vocant) reprimit. Primùm enim tãta caliditas ſenſum noſtrum non fugeret: deinde ad illorum calidorum imaginem omnino vtique cruſtam efficeret, calidis medicinis ſimiliter. Nam id planè conſpicimus, vbi per ea ſanguinem ſiſtere ſtatutum eſt, cruſtam relinqui haud exiguã. Siquidem niſi cruſtam effeceris, ſanguinẽ haud repreſſeris. Nam ea velut operculum fit corporibus ſanguinem profundẽtibus. Proinde ſanè etiam cauteria planè candentia illis applicare cõſueuimus, cõpertum nimirum habentes, quæ non ſunt eiuſmodi, prẽterquam quòd nihil proficiant, inſuper lędere, ac ſanguinis profluuiũ iritare. Nec ſanè ignis ex ſua ratione, aut quòd calfaciat, ipſum ſiſtere poteſt: verũ idcirco, quia cum vrit quę contigerit, quod ex vſtione reliquum eſt, operculum ſubiectis partibus relinquat, id quod græcis appellari conſueuit ἐσχάρα, latini autem cruſtam vocant. At acetum haud perinde vt cruſtam facientia medicamenta, ſed potius vt adſtringentia citra cruſtam, ſanguinis fluores cohibet. Itaq; hac quidem ratione non excalfacere, ſed refrigerare putetur. Præſtat tamẽ, vt & ſuprà monuimus, à talibus coniecturis recedere, vtpote quę iudicium ad ſenſum haud referant, neq; ex propè poſitis aut vicinis, ſed è lõginquo & lõgis lẽmatis ſiue ſumptionibus rationẽ colligunt. Aperiam autẽ copioſius illarũ abſurditatẽ in libris ſequẽtibus.

Qua methodo cognoſcere liceat an calidum ſit acetum. Cap. XIX.

NOs autem ſecundum methodum ſiue rationẽ ab initio poſitam vim eius experiemur, primum in ijs quibus inculpata conſtat ſanitas: mox in intemperatis: deinde & in ægrotantibus. Itaque ſpongiam aut lanam aceto madentem cuiuis ſani corporis parti ſuperponemus: deinde, vt ante eſt poſitũ, protinus rogabimus, idiotas ſcilicet, atq; ex plebe aliquem (nam illorum in iſtiuſmodi incorruptum eſt iudicium, quia nulli videlicet dogmati ſeruiliter ſunt addicti) nũquid calorẽ, an frigus percipiant. Id verò ſatis conſtat, quòd illud nec ſumme frigidum nec calidum admouebimus. Nam & de hoc ſuprà verba fecimus. Sanè ſi tale fuerit quod applicatur acetũ, potiſſimum ſi non admodum inueteratũ, neq; extreme acre, manifeſtum principiò frigus percipient, itidem & poſt vnam, duas, treſve horas: poſtea verò, poſt ſublationem ſcilicet, ſenſim naſcentis in parte caloris phãtaſiam ac opinionem habebunt. Porrò ſi vehementer acre acetum extiterit, & hoc

©BIUM

etiam refrigerari ſe principio dicent, celeriter tamen recurrentem calorem ſentient, non autē longo poſt tēpore, velut in recentiore ac non valde acri aceto. Ex quibus cōſtat omnino frigidum quidem eſſe acetū, ſed quendam etiam obtinere calorem, qui acrimoniæ ratione per accidens ſpatio temporis mediocriter corpora excalfaciat: tametſi id non vbiq; ſed in quibuſdam dūtaxat poſſit efficere. nā laxis ac doloris expertibus tumoribus neq; protinus neq; poſtea caloris ſenſum aceti vſus cōmouet: mordicatio tamen in illis quædam percipitur, ob quam ſæpenumero ijs qui diutiſſime vtuntur, tenuis quidam recurrit rubor. Itaq; neq; primario neq; proprio ordine excalfacere videri poſſit, ſed acrimonię morſu iritare. Porro quādoquidem à ſanis corporibus ad affectus ſemel delapſi ſumus, ſuggeramus quę in calidiſſimis & frigidiſſimis affectibus efficere queat. Ergo ſi quis ab illita thapſia vratur, ardor aceto reſtinguitur. Id quod, cui libitum eſt, experientia diſcere licet: velut nos profecto fecimus in nobis ipſis, quo accurate medicamēti potētiam experiremur. Illitis ergo multis in locis tibijs, vbi poſt quatuor quinque ve horas inflāmari cœpiſſent, huic quidem parti acetū, illi aquam inſperſimus, alij vero oleū, alij roſaceum inunximus, & alijs atq; alijs alia atq; alia, quæ aut acrimoniam hebetare, aut calorē refrigerare creduntur: ſed eorum omnium acetum compertum eſt efficaciſſimum. Quocirca manifeſtum eſt, non eo quod acrimoniā ac mordacitatē obtundat, ſicut oleū & roſaceū (nam id præſtare hæc poſſunt) ſed quia refrigeret, tale eſſe. Quippe ſi excitatas à thapſia phlegmonas aliter ſanare non liceat, niſi aut refrigerando, aut morſum ſiue acrimoniam obtundendo, nec alterum præſtare valeat, conſequitur vtique neceſſario reliquā vim ſanaſſe. Alias porro calidas paſſiones omneis, phlegmonas puta, herpetes, phygethla, eryſipelata, carbunculos, aliàs plus, aliàs minus refrigerare conſueuit. Quapropter niſi vehementia illi atq; aſperitas facultatis moleſta ineſſet, haud alio ſanè vtendum ad refrigerandum foret.

Quibus rationibus ſint vſi tum ij qui ſumme calidū, tum ij qui ſumme frigidum eſſe acetum pronunciarunt. Cap. XX.

TAmetſi quidam reperiantur qui maximum id caliditatis eius argumentum conſtituunt. Non enim, inquiunt, neq; acre neq; mordax neq; aſperum neq; erodens foret, niſi affatim illi ineſſet caliditas. Nam ſicut frigidi eſt contrahere ac refrigerare, ita calidi ſecare atq; diuidere: id quod in primis efficere acetum valet: quippe quod ſecet atq; erodat non modo animantium corpora, ſed & grumos, callos, lapides, fictile, æs, ferrū, plumbum: ac tantum non velut ignis cuncta peruadat ac penetret, nec vlla poſſit ſubſtantia penetrationis eius vehemētiam aut ſuſtinere, aut illi reluctari ac reſiſtere. Nam ſubtile haud ſecus eſſe atque ignem, nō leui teſtimonio illi tactū eſſe: quin & guſtantibus ita videri: & per ſubtiliſſima veſtimenta promptius aqua perfluere: omniaq; exedere: vti paulo ſuprà diximus. Et quidnā obſecro aliud ipſum his verbis quàm ignē pronunciant? Non aliter quàm qui frigore grumos ipſum ſoluere contendunt, premendo videlicet, denſando, ac omnia vndequaque ſtringendo, aeſi quis digitis cōpreſſerit. Nam hi rurſum adeò excedunt, vt & niue frigidius ipſum adſtruant. Sed vtrorūq; caſtigāda immoderatio eſt. Neq; enim vt frigidum ſit, iam niue frigidius pronunciandū eſt. Siquidem niſi iuxta medium foret, ac longe ab extremorum vtroq; diſſitum,

non tanta incidiſſet de facultate eius controuerſia. Nam de cicutę aut mandragoræ viribus nemo ambigit, neq; de naſturtij, & canchryos: verum illa omnibus medicis in confeſſo eſt eſſe frigida, hæc vero calida. Eundem in modum altercũ & meconiũ frigida, piper & napy calida. ad hæc innumera ſunt alia quæ aut eſſe calida, aut frigida, vno ore medici omnes fatentur.

Quòd acetum neutrum eſſe dicimus vt ad ſumme calida, & ſumme frigida, quia neutrius extremorum eſt particeps. Cap. XXI.

ACeterum acetũ, ſicut vtiq; & roſaceum, neq; eſſe ſumme calidum, neq; rurſum ſumme frigidum, vel ex ipſa dubitatione ſatis conſtat. Neutrum enim horũ ſit neceſſe eſt. Siquidem quum neutra tripliciter dicantur, vti diuiſit Herophilus, partim amborũ extremorum participatione, partim neutrius, partim nunc illius, nunc huius: omnino & hæc aut aliquo ſignificatorum, aut aliquibus, ex neutrorum natura fuerint. Mihi ſanè magis videtur vtriuſq; extremorum participatione, & quòd nunc ſenſibiliter calfacere videatur, nunc rurſum refrigerare. Sic ergo neutra dici poſſint acetum & roſaceum. Quòd ſi quis ea neutra oſtendere conetur, quia neutrum participent: ne illi quidem etiam forte probabiles quædam rationes deerunt, ſed non erunt demonſtratoriæ ac ſcientificæ. Id me exacte compertum habere confido, & maxime de aceto. Nam quòd ſuæ vtriſq; ſint rationes probabiles, tum ijs qui frigidiſſimum demonſtrant, tum ijs qui calidiſſimum, non paruum indicium eſt ipſum vtriuſq; eſſe particeps. Admodum tamen difficile eſt rationi, contrariorum participationẽ concedere: cum non liceat ſubſtantiam eius aut ſoluere, aut ſcindere, velut in lacte facimus, & alijs cõpluribus, quæ omnia ſermonis progreſſus aperiet. Proinde euidentius magiſq; periculo vacans principiũ optamus aſſequi. Porrò vt mihi quidem videtur, indagãdum illud principium eſt ex naturæ tum tenuitate, tum craſſitie: de qua dictũ quidem ſuprà eſt: verum nunc quoq; copioſius de illa differere expedit: quãdoquidem & Plato de principijs longum haberi ſermonem oportere prodidit.

Quo pacto aërem dicamus tenuium eſſe partium, & nec omnẽ ignem eſſe tenuiũ partiũ: nec quicquid tenuiũ eſt partium, eſſe ignẽ. Cap. XXII.

IGitur nemo aërem nõ dicit eſſe tenuem, quòd videlicet in tenues facilè partes comminuatur, quòdq; per corpora denſiſſima expedite penetret: aut ſi ex alia re quapiam tenuitatis vocabulum illi attribuãt, clare nos doceant. Nec enim ex corpuſculis exilibus tenuibuſq; vt alterius ſectæ principes aſſerunt, & nos quoq; aërem conſtitui fatebimur. Nam continuus eſt, totuſq; vnus, nihil vſquã in ſe vacui continens. Porrò in eiuſmodi corporis natura tenuitas intelligitur ex ſola in tenuia diuiſionis celeritate. Verum ſi ea ratione ignis eſt tenuis, haud omnis ignis tenuis iudicabitur: quippe cum æs, ferrum, lapis, lignum, atq; adeò quicquid in carbonem verti poteſt, ſit ignis, non tamen quàm antea tenuius. Flammæ tamẽ, cum aliud ſint ignis genus, re vera tenues ſunt. Quocirca nõ omnis ignis eſt tenuis: neq; quicquid tenue, protinus & ignis fuerit. Siquidem & pruna ignis quidem eſt, ſed non tenuis: & aër tenuis, verum non ignis. Quid ergo tam in promptu habent

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 26 sur 277

haſce propoſitiones tum medici tum philoſophi paulominus omnes, omnẽ ignẽ eſſe tenuem, & quicquid tenue ſit, eſſe igneum? Nam ſi acrius quis attenderit, animumq; diligenter aduertat, haudquaquam dixerit prunam aëre tenuiorem. Memoria nanq; repetamus ambientis nos aëris puritatem in vehementi frigore & boreali conſtitutione, ipſamq; cum ferro componamus ignito. manifeſtò enim ex illiuſmodi exemplis cognoſcemus frigidum quid eſſe quod ſit exacte tenue, & calidum quod ſit craſſum.

Non omne quod mordax eſt, tenue eſſe, aut calidum. Cap. XXIII.

QVocirca haud concedendum arbitror quibuſdam qui acetũ ex tenuitate ſua mordacitateq; calidum eſſe colligunt. Nec enim quicquid tenue fuerit, id & calidũ eſt. forte vero nec quicquid mordax fuerit, & tenue. Verum in præſens id illis detur: tametſi adferre liceret niuẽ, boreã, aquam frigidam, nõ oculis duntaxat, ſed & vlceribus & raris corporibus omnibus mordaces: vti Hippocrates inquit, Vlceribus frigidum mordax. Verum etiam ſi quis & illud vt dixi concedat, quicquid mordax fuerit, eſſe tenue: non ſtatim & calidum cõceſſerit. Itaq; acetum non proinde quòd mordax ſit, calidum fuerit, ſed tenue, vti aër borealis: non tamen calidum.

Quomodo acetum obſcure videatur calfacere. Cap. XXIIII.

VNdénam igitur quibuſdam obſcurè cuiuſdam caliditatis ſenſus oboritur? Fortaſſis, vt ante dixi, ex cõtrarijs facultatibus cõpoſitum eſt, perinde vt lac. Forte vero caloris ipſius reuocatione. Poſſit autẽ, quum aſperum moleſtumq; habeat tranſitũ, dolorẽ inde ciere, atq; eum in locũ calidam elicere fluxionẽ. Siquidem id palàm eſt, partibus dolẽtibus quippiam influere. Verũ multũ influere nequeat: quãdoquidem acetum frigidũ eſt, & proinde id quod accurrit, repellens. At quod planè tenue eſt, id medicamẽti anſas effugiens, prẽterlabitur, atq; in parte figitur: haud etiam retrorſum, ſicut id quod craſſum eſt, repulſum. Sanè ad vnguẽ tenuis quidã efflorẽſcere rubor in partibus ab aceto iritatis cõſpicitur. Forte vero alia eſt cauſa, quæ cõprehendi nequeat. Nam ob id ipſum procul ordiẽdam facultatis explorationẽ prohibuimus, quia in naturalia incidere ꝓblemata neceſſe eſt, eaq; non leuibus ambiguitatibus perplexa. Atqui nobis nunc haud ſtatutũ eſt, ſicut ijs qui naturã rerũ ſcrutãtur, omnes omniũ rerũ cauſas exquirere, verũ medicaminũ facultates cognoſcere, quò & illis dextre vti, & boni compoſitorũ euadere artifices poſſimus. Nam q; ſit impoſſibile aut probe ipſum medicamẽtum cõponere, aut eo quod ab alio cõpoſitum eſt, idonee vti ante q̃ ſimplicium medicaminũ facultates pernoueris, abunde in libris tum de curandi ratione, tum de medicaminum compoſitione conſcriptis oſtenditur. Quum ergo is nobis in hac tractatione propoſitus ſit ſcopus: vbi primũ quod ab illis vtile eſt inuenerimus, à phyſicis problematis recedendum eſt, quæ innumeris dubitationibus ſunt intricata. quippe quum in qua in vniuerſum temperatura aciditas, dulcedo, amaritudo, ſalſedo, auſteritas, acrimonia, & aliarum qualitatum ſingulæ prouenire ſunt natæ, phyſici viri ſcrutari nituntur, hæſitationes tum plurimæ tum maximæ in oratione exiſtere aſ-

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 27 sur 277

ſolent. Has ego non ſecus vitandas cenſeo, quàm quędam præcipitia: cum præſertim ad manũ ſit via regia qua medicamenta iudicare liceat. Primumq́, quod paulo ante præcepi, perpendendum, nullam in ambiguo eſſe facultatem eorum quæ vehementer aut excalfaciũt, aut frigefaciunt: verũ de quibus ambigitur, neutra eſſe. Deinde pleraque vt ad ſenſum ſimplicia ex pugnantibus conſtare facultatibus. Non enim ſolum lac, ſed etiam ſulfuroſæ, bituminoſæ, nitroſæ, & quæcunq́ eius ſunt generis ſponte prouenientium aquarum, ex pugnantium facultatum miſtura naſcũtur. Siquidem aqua ex ſua natura frigida eſt & humida: bitumen autẽ, ſulfur, miſy, chalcitis, & eius generis alia, calida. Meminiſſe verò etiam oportet calidorum haud pauca craſſæ eſſe eſſentiæ: nec pauciora frigidorũ, tenuis: ac ſecundum hæc principia tutò de medicaminũ viribus pronũciare. Sat enim fuerit, tenue, refrigeratoriũ, exiccatoriumq́ acetũ dixiſſe, omiſſis ſuper illis, rationibus nimis phyſicis, quæq́ magis ad naturam rerum ſcrutantes attinent. Nam ex illorum ſcientia, quo pacto alijs medicamentis miſceri ipſum liceat, cognoueris.

Veteres medicos perperam indefinitam reliquiſſe facultatis eiuſdem generis medicamentorum qualitatem. Cap. XXV.

QVocirca non poſſum eos non culpare qui de viribus eius prolixa quędã nugantur & garriunt: magis etiam paulo minus medicos omnes quibus curę non fuit ſimplicium omniũ medicamentorũ in maioris minoriſque ratione vires diſcernere, ſatiſq́ fuit, hæc quidem, verbi cauſa, calfacere dixiſſe, illa vero refrigerare: tũ hæc humectare, iſta exiccare. Nec enim abſolute ſic nouiſſe expedit, ſed quatenus pſyllium refrigeret, quatenus ſolanum, aut ſtandix, aut ceruſſa, aut portulaca, aut lactuca. Tum quatenus excalfaciat caſia, quatenus cinamomum, aut amomum, aut cardamomum, aut maiorana. Sic & in humectantibus & exiccantibus pharmacis non ſat eſt generale ſolum nouiſſe, verum quid primum receſſerit à ſymmetro & medio cõtrariorũ facultatibus. deinde quid illi proximũ. tum tertiũ, quartũ, quintumq́, ſi fieri poteſt, receſſum ſiue ordinem planis limitibus diſcernẽtem definire oportet: quãdoquidẽ in tali facultatum notitia tũ artificialis ſimpliciũ vſus cõſtitutus eſt, tum à ratione proficiſcens ac methodo cõpoſitio. Facitq́ pręter hæc, vt quę cõpoſita iam ſunt, ritevſui accõmodare poſſis. Sanè id quidem difficultatis atq́ laboris pleniſſimũ eſt, multamq́ poſcẽs tum diligentiã, tum vſum. Nam ab experiẽtia auſpicari in id genus omnibus neceſſe eſt: velut iam propoſitũ eſt: tũ tutò ac diligenter colligere, ab ambiguis quæſtionibus cauendo. Eoq́ mirari quiſpiam poſſit eos qui talia exquirunt, quum illos implicantes ſeſe quæſtionibus ſcriptisq́ animaduertat: quemadmodum conſueuit Herodotus.

Perperam ſuperioris ſeculi homines à cõpoſitis medicamẽtis orſos eorũ quæ in illa ingrederẽtur ſimpliciũ pharmacorũ iudicaſſe facultates. Cap. XXVI.

SIquidem ab omni vetuſtiſſima compoſitorum medicaminum hiſtoria orſi, ad expendenda quę in illis ſunt ſimplicia tranſeunt. Ac quoniam his, exempli cauſà, calfacientibus medicamẽtis admiſtum inuenitur acetum, proinde & ipſum eſſe calidum contendunt. Neq́ enim an recte admiſtum fuerit, conſtare poteſt

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 28 sur 277

prius q̃ eius seorsum vim perspexeris. Neq; si id detur, etiã nota est cõponendorũ medicaminũ ratio, per quã iudicãtes inueniemus qua ratiõe multis excalfaciẽtibus medicamẽtis vnũ admistũ sit frigidũ, aut certe refrigerãtibus quod calfaciat. Porrò vbi etiã latẽtes affectus memorãt ad quos cõgruere videãtur, ac deinde dogmaticis opinionibus paralogismos cõnectunt, ex quærẽdis quærenda, ex obscuris obscura inuicẽ colligentes: tum profecto vel maxime alijs suas produnt ineptias ac nugas.

Quòd & Empiricis cõtradicẽdi præbeãt occasionẽ qui citra iudiciũ ac discrimen & simpliciter cõpositis omnibus facultatibus fidẽ habẽt. Cap. XXVII.

NAm quòd ex æquo cõpositis facultatibus omnibus fidẽ habeant, tanquã fieri non posset vt pars magna earũ errore nõ vacaret, perperamq; esset cõposita: talia iactãdo, Empiricis reprehẽsionis locum ipsi exhibẽt. Dicent enim, arbitror, sicut sanè dicunt, frustra nos primas effectrices q; cuiusq; medicaminis facultates exquirere: quum ab experientia inuẽta iam antea sint tum cõpositorum tum simpliciũ medicamentorũ innumera: quibus & ipsi fidẽ habent qui frustra primas facultates exquirũt. Quippe si particulares eorũ vsus omnes cõperti sint, eosq; vnanimiter omnes prædicẽt, cæterũ de causis ob quas agũt, nondũ conueniãt: liquet non ex primarũ facultatũ notitia, medicamentorũ tum vsum tum cõpositionẽ esse inuenta, sed ea cõposuisse experiẽtiã: at rationẽ nihil aliud q̃ probabilitatẽ cõsequi. Hęc atq; eiusmodi alia multa, qui experiẽtiã ac vsum profitẽtur medici, rite in illos dicere videbũtur, qui omnibus quomodocũq; cõscriptis pharmacis fidẽ habere nõ verẽtur, causas tamen interim titulis viriũ ac promissis eorũ aptare nitũtur. At ego nec illud quoq; in illos addere grauabor, Herodotũ alias sectas omnes prauas reputantẽ præter eã quæ spiritibus omnia tribuit (πνευματικὴν Græci vocãt) Metrodorũ omnes præter Asclepiadeã, & Zenonẽ præterquã quæ ab Herophilo inuẽta est, & Hermogenẽ præter eã quæ Erasistratum authorẽ habet, & aliũ atq; aliũ omnes damnantẽ extra suã: de cõpositis tamen medicamẽtis citra iudiciũ atq; experimẽtum scriptis omnibus fidẽ tribuere, siue à sectæ suæ hominibus sint scripta, siue diuersæ, siue etiã à quopiã ex plebe. quin vero etiã causas subinde reddere conãtur ꝓbabiles medicamentorũ pessima ratione compositorũ, & (quod hoc est mirabilius) etiã si nullũ eorũ quæ laudant, fecerint periculũ, sed alijs duntaxat credant: quemadmodũ quũ quidã nuper mirificas multa q; podagrici medicamenti laudes iactasset, atq; eo etiamnũ loquẽte forte fortuna adueniisset podagricus quidã, qui tã mediocriter laborabat, vt incedere etiã posset, nosq; iussissemus in illo primũ præberet experimẽtum: ille acquiescẽs pedi pharmacũ imposuit. At vir ille noctẽ totã insomnẽ egit, ac postero die tãtũ abest vt cõmode sicut antea incederet, vt ne gestari quidem posset. Adeò citra vllã explorationẽ ac temere tum alijs quidẽ fidẽ habẽt, tum alios alij sciẽtes ac spõte fallere gaudẽt. Porrò etiãsi omnes medicamentorũ quæ memorant, cõpositiones ꝓbe essent cõparatę, verũtamen speculationis eorũ vsum ijs quę factitãt euertũt. Aiũt enim ad præparãda medicamẽta cõposita, eaq; rite vtenda, simpliciũ facultates inspici ac cõsyderari: inq; eorũ testimoniũ tantũ nõ omnes veterũ citant, Erasistratũ, Herophilũ, Philotimũ, Dioclẽ, Praxagorã, & ipsum etiã Hippocratẽ. Porrò vbi ad explorãda ea accedũt, ita nobiscũ agũt, ac si omnes perspectas iam haberemus facultates cõpositas. Atqui, inquiet, opinor, ad eos quispiã, Quo pacto nõ frustra simpliciũ quæratis facultates, si omnes cõpositorũ iam noscitis? nam si cuius

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 29 sur 277

gratia ſimpliciũ facultates inquiritis, id iã nouiſtis, ſuperuacaneũ eſt illas exquirere. Cęterũ ſi vel hoc quoq; quis illis cõcedat, ſaltẽ id quod & ſupra poſitũ eſt, quo pacto perferat, quũ pugnãtia cũ rebus apparẽtibus, plixis rationibus adſtruere conantur?

Senſus haud contemnendos eſſe tanquã ad explorandas ſimpliciũ medicaminum facultates ſint inſufficientes. Cap. XXVIII.

SIquidem in quendã etiã iam incidi tãtę ſtupiditatis hominẽ, vt cõtemnendos eſſe ſenſus exiſtimaret. Quem cum rogaſſet quis num ipſi piper albũ videretur calidũ, itaq; vt par erat, annuiſſet, rurſumq; alter percontaretur vnde id ſciret, ac ille reſpõderet tale apparere: merito ab ijs qui præſentes erãt ridebatur, qui quod diceret, nõ intelligeret. Ipſum enim hoc apparere, fidẽ haberi ab illo ſenſui indicabat, quem paulo ante tanquam fallacẽ contempſerat. Nam, per deos, vnde ignẽ ſcimus calidũ? aut quo ſyllogiſmo docti, aut qua demõſtratione perſuaſi? Tum, vnde glaciem frigidã eſſe didicimus, q̃ ex ſenſu? Ac poſtea reperiãtur qui hoc neglecto phyſicis pblematis libros impleãt. An nõ illo ex genere eſt, quã ob cauſam acetũ terram fermẽtat? Licet enim nobis dicere q̃ nos lateat, ſicut taliũ problematũ pleraq;. Si vero quis prompte dicat quia aut calidum ſit aut frigidũ, (vtrunq; enim dicunt) in ambiguas obſcuraſq; rationes ſeipſum conijciet.

Vtrum in oxycrati potu acetum admiſtum ſit duntaxat vt aquam deducat, an etiam vt ipſum quoq; refrigeret. Cap. XXIX.

MEcum certe probe actũ putem ſi quæ ſenſui apparentibus vicina ſunt, atq; in propinquo poſita, exacte inuenire poſſim, diſcernẽs in eis ac ſeparãs quod ex ſe eſt, ab eo quod ex accidente prouenit: velut æſtiuo tẽpore oxycrati potu quidã planè refrigerantur, atq; expertes ſitis permanent. ſed nondũ cõſtat an id aceti gratia eueniat. pauculũ ſiquidẽ eius copioſæ aquæ miſtũ, nõ calidũ, ſed q̃ ſie ri poteſt maxime frigidũ ebibũt. nã dixerit forte quiſpiã, quia tardiuſcula ſit aqua, & plurimũ tẽporis moretur in hypochondrijs, nec deorſum cocedens, nec in corpus ſe diffundẽs, idcirco illi acetũ miſceri tãquã in omnẽ partem ferẽdę futurũ vehiculũ. Sic etiã ſi cũ vino bibatur aqua, ſitim efficacius extingui, q̃ ſi ſola, ſcilicet vino ipſam ad diſtributionẽ promouẽte. Itaq; refrigerationẽ, ſitiſq; ſanationẽ ab aqua prouenire, vt quæ frigidæ naturę ſit & humidæ: cæterũ adminiculo eſſe, ac velut alas illi ad omnes corporis partes permeãdas addere tum vinũ, tum acetũ, quæ ipſa nequaquã frigida ſunt & humida. Siquidẽ præſtare, ſic ſola exhiberi potius, q̃ cum aqua: quãdo ea facilẽ præ tenuitate in corpus digerãtur, & ab hypochondrijs recedant. Porrò quoniã ſemel in hũc ſermonẽ deuenimus, nihil obſtat quo minus omnẽ exacte perficiamus. Nam q̃ fieri poſſit vt & aquã acetũ deducat, nec tamen ipſummet refrigeret, & nõ deducat ſolũ, ſed etiã refrigeret, certo certius eſt. Verum vtrũ cum veritate coniunctũ ſit, id cõſyderationem poſtulat. Diſtingui autẽ id poſſit, ſi cui exhibeas acetũ & vinũ vtrunq; ſeorſum & per ſe. Apparet enim a vino homini ſemper ſitim increſcere: ab aceto vero epoto interim quidem augeri, interim verò ſedari.

Quæ ſit ſitis cauſa. Cap. XXX.

OVippe cum & ſitis duplici ratione prouenire ſoleat, partim humoris inopia, partim caloris copia. Quamobrẽ mirũ videri nõ debet ſi priorem quidem ſanare nequeat, alteram poſſit. Siquidem humectare nequit: at refrigerat nõ inſtrenue. Quapropter neq; à ſicca diſpoſitione proueniẽ-

tem ſitim, neq; à calida & ſicca, vnquam ſanare queat epotum acetū. At ſiquādo in vnum coëant humiditas atq; caliditas, eiuſce quidem ſitis optima medela acetū eſt. Rara ſanè eiuſmodi affectio eſt, in aquæ inter cutē affuſionibus (περιχύσεις Græci vocant) nonnunquā proueniēs, cōgeſta nimirū in ventre ſalſi humoris copia. tum etiā ſi quibus pituita ſalſa vētri illita inhæſerit. At qui aliter ſiti premūtur, puta in febribus ardentibus, & aduſtis omnibus, quiq; æſtate laborant, ac in graui æſtu, cōpoſita ijs eſt affectio, ex caliditate videlicet & ſiccitate: quare non iniuria cōpoſita illis medela eſt acetū, vt quod ſtrenue refrigeret, & quouis expedite permeet: & aqua, quæ ſupra q̄ quòd refrigeret, omniū ſit vel humidiſſima. nihil eſt enim aqua humidius.

Medicamentum quod in iudicium venit, non miſtum, ſed ſimplex eſſe oportere. Cap. XXXI.

QVemadmodum ergo haud ſatis ſecura eſt procul à ſenſu ducta de explorādo medicamēto ratiocinatio, ita nec ipſius alteri cuipiam permiſti vſus. Siquidem ipſum per ſe ſolum quod iudicandum venit, expendere oportet tum in ſanis corporibus, ijſq; tēperatis & intēperatis, tum in morbo alicui obnoxijs. In tēperatis quidē, velut ſupra poſitum eſt. In intēperatis, ſicut dixit Hippocrates, naturis picrocholis, hoc eſt quæ amaræ bilis ſucco abundant, vtiliſſimū eſſe acetū, qui vero tēperaturam ſortiti fuerint melācholicam, aduerſiſſimū. Porrò in morbo aliquo affectis, ſi ſimplex fuerit, in ſimplici exploretur affectu. Sin miſtū alicui, neceſſe eſt quod cōmiſcetur, temperatura ſit medium, ſicut in aqua & cerato ſuperius declaratum eſt. Rationabile quippe arbitror, quod nulli diuerſi temperamenti ſit miſtum, ſed q̄ fieri queat medio coniunctū, ipſum eorū quæ perficiuntur, cauſam exiſtere. Nam ſimplici cerato quod neq; calfaciebat neq; refrigerabat, aqua admiſta frigida, refrigerauit: quippe quæ tēperiem habebat frigidā. Quòd ſi excalfacientiū quippiā eiuſmodi cerato cōmiſcuiſſes, profecto calidū id medicamētum euaſiſſet: quemadmodum in affectibus cōpluribus ſæpenumero euphorbium aut caſtorium temperauimus. Sic ſi acetū ſimplici adamuſſim cerato cōmiſceas, cerato ipſo longe frigidius medicamen effeceris, tanquā nimirum quod admiſtum eſt, ſit frigidum. Eritq; tibi id remedium vel optimū ad eryſipelata, phlegmonas, herpetes, carbunculos. Sin autē quod miſtū eſt, tanquā ſimplex expendas, (nam id etiā moliuntur) longe maxime hallucinaberis. Nam vlcerū glutinatorium nō acetū ſed oxycratum dicēdum eſt, aliam multo naturā ab aceto obtinēs. Siquidem quemadmodū carnē producere nequit ærugo, ſed ceratū exiguum quiddam habēs ærugīnis: ad eundem modum neq; acetū conglutinat, ſed aqua aceti pauxillum accipiēs. Ipſum verò per ſe ac ſyncerū acetū vlcera quæ glutinationē deſyderāt, mirum in modum exaſperat, vtpote tenuitate erodens, ac dolorem excitans. Quamobrem haud merito nec cōuenienter talia dictitant, nec melius item faciunt quum ignotis ignota cōnectunt.

Quòd neq; adſtrictoria omnia conglutinent, neq; conglutinatoria item omnia adſtringant. Cap. XXXII.

QVippe quum nihil ſeorſum de glutinādis, aut carne implendis, aut cicatrice obducēdis vlceribus demonſtrarint, ex inductione tamen colligūt, adſtringētia omnia dicētes glutinatoria. Oportet autē non ex inductione, ſed per demonſtrationē in genere talia accipere; quemadmodū nos

facturi ſumus in curãdi rationis cõmentarijs. Imo abſolute quiduis tale dictũ, non modo indemonſtratũ eſt, ſed etiã falſum. Neq; enim chalcitis, neq; galla, neq; malorum punicorũ putamina, neq; omphaciũ, neq; alumen, multoq; minus æs vſtũ, neq; æris ſquama, neq; miſy, vlcera glutinare poſſunt: aliaq; innumera ſunt inter adſtringentia, quæ glutinare nequeãt. Porrò ſi quis nõ hoc, ſed glutinatoria omnia adſtringentia dixerit, proferẽtur & hic quoq; nõ pauca quæ citra adſtrictionẽ conglutinẽt. Neutra igitur vera oratio eſt ſi ſimpliciter atq; indiſcrete efferatur, tum ea quum dicunt adſtringentia omnia vlceris glutinatoria: tum ea quum aiunt, quæcunq; glutinantur, adſtringentiũ beneficio glutinari. Porrò multo ſane etiã magis tum abſurda, tum falſa de ſenſu afferũt, quum mordacia, acria, amara, ſalſa, ad hęc quę molliſſimas, iucũdiſſimaq; ſortita ſunt qualitates, adſtringere dictitãt: tanquã guſtus nõ ad ſenſorium pertineat quod adſtringit, ſed ex illorũ impoſitione atq; arbitrio debeat accipi. Malum enim granatũ, & malũ verbi cauſa meſpilum, & pirorũ quædam genera, & myrta, & ſorba, vinumq; tum amynæũ, tum marſum, euidẽter nos adſtringunt. At triticum, & zea, & milium, Herodotum forſan adſtringebãt, aliorũ autem omniũ neminẽ. Sexcentos enim quandoq; ſuper his ſum percontatus, & in primis ſuper amylo. nam & ipſum adſtringere ait Herodotus, ſicut & piper, quod nec ipſum vllum omnino aliorũ hominũ qui ſyncere & incorrupte qualitates expendunt, adſtringit. At Herodotus cuncta cõfundere nõ eſt veritus, aitq; & quę acerrima ſunt facultate, & quæ ſumme rodũt, & quę molliſſima ſunt ac mitiſſima, omnia adſtringere. tãquã in hoc, vt quoſdã ſenſu defraudet, victoriã ſtatueret. Verũ nõ ita ſe res habẽt, quum ea vel maxima futura ſit prauitatis dictorum eius probatio.

Quòd non omnia adſtringentia refrigerent. Cap. XXXIII.

QVin vero & Aſclepiades Metrodorus, tãquã illũ etiã ſuperare contẽderet adferẽdis de ſenſu mẽdacijs, cũ alia, tum reſinã & bitumen calfacere nos denegat, atq; adſtringẽtia omnia refrigerare dictitat: quum ſi nihil aliud, ſaltẽ chalcitis, chalcãthos, & miſy, quæ valẽter adſtringũt, tãtam aſſecuta ſint caliditatẽ, vt nos etiã exurãt. Nihil eſt ergo mirãdum ſi prolixa quædã nugẽtur, ſeipſoſq; nõnulli fallant, quum de manifeſto apparẽtibus verũ fateri non audeant.

Perperam Herodotũ ac Dioſcoridem quæcunq; aut profluuijs aut dyſenterijs medentur, adſtringentia cenſuiſſe. Cap. XXXIIII.

TAmen ex eis quidam, puta Herodotus & Dioſcorides, ex medicamentis quæcunq; profluuijs aut dyſenterijs medentur, ea adſtringere colligũt: quãquã ne minimũ quidem habeãt adſtrictionis, imo prorſum cõtrà, rarefaciẽtia nimirũ ſint & laxãtia: quum alioqui quę adſtringunt, corpora cõtrahant, cõdenſent, cõſtipent, atq; conſtringãt. Nam ſemel ſenſibus pro nihilo habitis atq; contemptis, euerterunt confuderuntq; omnia: eaque quæ ſenſu cognoſcere erat, prauis adducti rationibus credere maluerũt. Nam adeps caprinus omnibus quę aut guſtu aut facultate ſunt adſtringẽtia, aduerſiſſimus eſt, velut etiã farina triticea, & amylũ, & innumera eorũ quæ vim habẽt tum emplaſticã, hoc eſt illinẽdi, tum mitigatoriã, atq; acrimonias hebetãdi, eaq; ratione ijs qui acria mordaciaq; per aluũ excernunt, auxiliãtur. Sanè eſto & oleum ex adſtringentiũ numero, quoniã ſæpius ijs qui grauiter mordicabãtur, infuſum profuit. Eſto vero etiam & cera, & adeps ſuillus, tum

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 32 sur 277

gallinaceus,& anſerinus,chondri tragiq; ſuccus.Nam hęc quoq; infundimus,& ceratum quādoq; ijs qui mordicātur,ſicuti & adipem caprinum.Verum efficacius auxilium affert caprinus,quia ſcilicet facilius & cōcreſcit,& inteſtinis inungitur,plurimóque tempore inhæret.Porrò ſiue ob craſſitiem ſiue aliam ob cauſam celeriter concreſcat,non eſt opus in præſentia inquirere,re ipſa euidenter apparēte.Verum quemadmodum quòd ocyſſime concreſcat,atq; inteſtinorū morſus obtundat,ex rei euidentia credibilius eſt:ſic ſanè etiam q nulla inſit aut frigiditas,aut adſtrictio.Atq; hi quidem ex obſcuris ratiocinātur de apparentibus:imò autem ſi verum fatendum eſt,ſeipſos potius decipiunt.At nos tāto decet magis ad ſenſum accedere,tantoq; diligentius perpetuò illi attendere,quanto plura in eo peccent ſophiſtæ omnes,falſaq; de eo aſſerāt.Rurſum ergo,vbi prius memorauerimus quæ idiotas non fugiunt,ipſiſq; haud ignota erant cum nondum cōtendendi libidine in ſenſus peruenīſſent contemptum,poſtea autē per ſuperuacaneam ſapientiam amiſerunt: ad id quod continuum orationi eſt,tranſibimus.

De proprijs ſenſus cuiuſq; ſenſorijs. Cap. XXXV.

VNaquæq; ſenſilium natura priuatim ſubiecta eſt,tactui quidem caliditas ac frigiditas,durities & mollities:albedo vero,nigredo, flauedo,rubor,atq; vt ſummatim dicā,vniuerſum colorū genus, viſui:amaritas,dulcedo,auſteritas,acerbitas,aciditas,ſalſedo,acrimonia,guſtui:planeq; demēs videatur,ſi quis guſtu colores iudicare tentet,aut ſapores viſu.Eodem modo de tactu cognoſcēdum eſt,reliquiſq; ſenſibus.Siquidem tactu iudicādæ ſunt differētiæ tangibiles,auditu audibiles,odoratu odorabiles.Quæ cum ſic ſeſe habeāt,audiamus quæſo Platonem guſtabiles differētias exponētem.Haud tamen animus ipſius phyſiologiæ attēdendus eſt.Nec enim nūc tēpeſtiue eius meminero,neq; in hoc viri teſtimoniū cito,ſed tantū vt dicā qua de re quòdq; nomen efferre Græcis mos eſt.Auſculta ergo differentē Platonem.Tenduntur à lingua venulæ ad cor,ſaporū nunciæ:in quas ſiqua ita inciderint,vt rariorem molliorēmq; carnis partē penetrantia,terreſtri ſua natura liquefacta,venulas cōtrahant atq; deſiccent,ſi quidem aſperiora ſint,acerba: ſin minus,aſpera auſteraq; nuncupātur.Cæterum,quæ eas abſtergunt,totamq; linguam abluunt,ſi quidem id ſupra modum efficiāt,ſimulq; aliquid abſumant,vt de natura aliquid colliquent,(qualis eſt nitrorum facultas)amara omnia appellantur.At quæ nitri virtute inferiora ſunt,ac moderata vtuntur abſterſione,ſalſa citra aſperam amaritudinem,& grata nobis magis apparent.Quæ vbi oris caliditati applicata,ab eoq; mollita & feruefacta,ipſum viciſſim recalfaciunt atq; accendunt,præq; leuitate ad capitis ferūtur ſenſus,ac quæq; obuia incidunt:talia omnia has ob vires acria nuncupata ſunt.Eadem verò iſta interdum à putredine attenuata,& anguſtos ingrediētia meatus,partēs inibi tam terrenas quàm quodammodo aërias,mutuo incurſu miſceri cōpellunt:cōmiſtas vero circunlabi alias,& alias ingredi,ingreſſuq; ſuo penetratas concauas circuntenſaſq; efficere,eaſq; humore circunfuſo concauo, interim terreno,interim liquido vaſcula aëris ex aqua concaua rotundaq; effici.Ac quæ ex puro conſtant,perlucida ſunt,& vocantur ampullæ:quæ vero ex terreſtri agitato elatoq;,ebullitio fermentatioq; nuncupantur.Harum affectionum cauſa acidum cognominatur.Omnibus vero quæ de iſtis dicūtur,affectio cōtraria ab oc-

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 33 sur 277

» casione nascitur contraria. Porrò vbi ingredientium constitutio in humidis fami-
» liaris linguæ habitui existit: quæ exasperata quidem fuerint, lenit: quæ vero præter
» naturam aut coierint constiterintq́, aut fusa laxaq́ fuerint, partim cõtrahit, partim
» laxat: omniaq́ quàm maxime ad naturæ statum reducit. quicquid eiusmodi est, iu-
» cundum suaueq́ & cognatũ est omnibus, violẽtarumq́ passionũ remedium ac me-
» dela: nominaturq́ dulce. His verbis Plato, quæ nos vocare solemus austera, quæ
acerba, quæ salsa & nitrosa, quæ amara, quæ acria, quæ acida, quæ dulcia, exposuit. Id
videlicet quod à nobis σύφορ siue adstringẽs dicitur, ipse austerũ nuncupãs. Nam sic
à vetustioribus Græcis appellari solet. Non tamen omnia in vnũ confundit, sicut ij
faciunt qui & piper adstringere dictitant, quum ex acrium sit natura: & acetũ, quod
ex acidis est: nec sanè etiã veriti dulcissimorũ quædam, adstringẽtium numero ad-
scribere. Ex quo fit, quum omnia confundant, vt protinus nec facultates inuenire
omnino valeãt. Omnis enim inuẽtionis demonstrationisq́ principia sunt quę sen-
sui atq́ intellectui euidentia sunt. At isti hæc ambo perturbãt, atq́ omnes in vnum
cõfundunt cum sensuum actus & passiones, tum multo etiam magis intellectus ac
rationis: nimirum haudquaquã in speculatione logica versati. Itaq́ operæpretiũ est
nugacẽ illorũ loquacitatẽ omnibus modis effugere, ne quid nobis quoq́ affricetur
vitij ex tam prolixa illorũ futilisq́ nugacitate. Porrò haud leue negotiũ est dedocere
ac transmutare eos qui ab illis vsque adeo peruersi sunt, vt & sensum contemnãt, &
nequaquã in speculatione logica se exercuerint, planeq́ rudes sint rationũ quas de
natura philosophi consyderant. Omnino enim saltem vel id didicissent, quæ in illis
sunt ambiguitates, fugiẽdas esse, cauteq́ obseruãdas: tum sensibus magis super sim
plicium medicaminũ facultatibus, q̃ rationibus haud satis integris confidendum.

De proprijs linguæ sensorijs. Cap. XXXVI.

ὅτι ἐγχωρεῖ μεταδιδάξαι

VErum tales dedocere ac velut transformare est impossibile. At
aliorũ tamen gratia, nimirũ quos conatus noster iuuare poterit,
resumenda est diligenterq́ definienda tota de pprijs linguæ sen-
sorijs oratio. Nuncupatur igitur tum à Theophrasto tum ab
Aristotele tum à Mnesitheo medico gustãdi facultas græce χυμὸς
(nos saporẽ dicimus) secũda syllaba ab μ litera incipiẽte. At ex
humido siccoq́ consistẽtia, eorũ videlicet quæ à calore cõcocta sunt, χυλὸς (nos succũ
dicere possumus) à litera λ secũda incipiẽte syllaba. Tãetsi ab ætate illis maioribus
nõ modo Atheniẽsibus sed & Ionibus vtrũq́ per μ literã scribi cõsueuerit. Siquidẽ
& apud Platonem & apud Hippocratẽ veteresq́ comicos sic scriptum reperitur.
Vocetur autẽ in præsenti quidem opere, clarioris doctrinæ gratia, gustatoria facul-
tas, siue qualitas, siue vtcunq́ cuiq́ appellare libet, per literam μ, χυμὸς (nos saporem
nominabimus). Humor autẽ incrassatus tũ in animãtibus, tũ in plãtis, χυλὸς, secũda
syllaba à litera λ incipiẽte. (nos, vt diximus, succũ vertemus). Sciendũ ergo sapores
qui tum in vnoquoq́ animali ac plãta, tum in terra inueniũtur, plurimos esse, nec fa
cilè specierũ numero cõprehẽsibiles: cæterum differẽtias gustabiles alijs octo visas,
alijs numero septẽ, nonnullis autem & his quoq́ pauciores. At Plato in Timæo in
suprapositа dictione primũ duos sapores memorat eiusdem speciei, sed in ratione
maioris ac minoris differẽtes. Eorum alterũ austerũ, alterũ acerbũ nominat. Fuerit
autẽ austerus, quẽ nos σύφοντα (adstringentẽ voco) nũcupamus. Porrò acerbus, huius

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 34 sur 277

intentione prouenit: velut & ipſe Plato ſignificauit. Atq; hos ſanè pro vna ſpecie numerabimus. Altera eſt eorū quæ illis oppoſita ſunt, nitroſorū videlicet, ſalſorū, & amarorū. Et in his quoq; amarus ex nitroſi prouenit intentione. Salſus vero, aut nitroſo imbecillior, aut adſtrictionis quoq; aſſumēs aliquid. Deinde à Platone acris expoſitus eſt, mox acidus, poſtremo dulcis. At à Theophraſto additus eſt vnctuoſus, ſiue pinguis, à Platone quidem in ſermone de proprijs linguæ ſenſorijs prętertus, verum paulo ante plantarū ſuccis aſſcriptus, vbi vinoſum ab oleoſo & melleo diſcernebat. Porrò in illo ſermone vnū adiecit ſucci genus vna appellatione cōprehenſum, nominans. vbi autē ad guſtus ſenſoria tranſijt, protinus dulcem memorauit. Nihil enim retulerit dulce an melleū dicas, velut nec pingue an oleoſum. Omiſit autem pinguem, vt qui ad guſtum nihil attineret.

Qua differat adſtringens ab auſtero & acerbo. Cap. XXXVII.

EXponere quidem hęc exacte eſt impoſſibile, quandoquidē nec aliā vllam ſenſoriam paſſionē: verum ei qui eodem ſenſu cōmunicat, licet ſuggerere. Ergo ſi quis aut cydonia aut mala aut meſpila aut myrta guſtauerit, pculdubio cognoſcet aliū nobis ab his in lingua moueri ſenſum, aliū ab adſtringētibus corporibus. Nam quæ adſtringunt aut refrigerāt, introrſum pellere contactā noſtri partem ex omni parte apparēt, idq; æquabiliter, velut pellentia, ac ſtipantia, cōtrahentiaq;. At auſtera in pfundū etiā ſubire videtur, atq; aſperū quendā inæquabilemq; mouere ſenſum, tanquā reſiccantia, & humorē omnē corporū ſenſiliū depaſcētia. Ex quo fit vt alia ſit paſſionū proprietas, quæq; haud facilè lucideq; explicari poſſit, tum ab adſtringētibus nos corporibus, tum ab auſteris ſaporibus. Sed quiuis tamen facilè quod dico cōprehenderit. Porrò quādo quod linguæ noſtræ admotū fuerit corpus, valide deſiccat, contrahit, & in multā profunditatē vſq; illā exaſperat, ſicut pira ſylueſtria immatura, & corna: eiuſmodi omne acerbū appellatur, ab auſteris intētione duntaxat diuerſum. At quod nos adſtringēs vocitamus, haud temere à Theophraſto dictum reperias. Videtur autē idem ſignificare quod auſterū, aut certe cōmune eſſe genus tum huius, tum etiā acerbi. Quæcunq; vero linguā dum contingunt non contrahūt, neq; conſtipāt, velut adſtringētia, imò cōtrà planè agere apparēt, nempe detergētia & abluentia: etiā ſi adſtringentiū quippiam adiunctū ſit, hæc omnia ſalſa cognominamus. At quæ his etiā magis detergunt, adeò vt etiā moleſte exaſperent, amara nominātur. Porrò quæ mordicāt roduntq;, idq; cum valida quadā caliditate, acria vocātur. ſin hæc abſit, acida. cæterū hæc fermētandi quoq; vim obtinēt. At quę velut inungūt atq; implent, ac in ſtatū ſuum reſtituunt exaſperatas ac veluti eroſas linguæ particulas, hęc ſi cū voluptate manifeſta cōtingāt, dulcia: ſin hac ſine, pinguia vocitātur. Atq; hoc quidem pacto, quātum in me fuit, res explicatu longe difficillimas verbis exponere ſum anniſus. Miror autē qui tam prōpte omnia adſtringētia nominent, ſiue acria ſint, ſiue amara, ſiue dulcia, ſiue pinguia, ſiue acida, quum iam olim rebus ipſis impoſita ſint nomina, atq; affectuū ſenſibiliū non exigua in nobis differētia ſit. Præſtitiſſet fortaſſis, ſi quidem naturales ſcrutari rationes voluerunt, apparentia non euertere, nec appellationes cōfundere. Verum inquirere cuius temperamenti, aut diſpoſitionis, aut corporis cōſtitutionis, aut quomodocunq; nominare velint, ſoboles ſit adſtrictio, cuius ſalſedo, amaritas, aciditas, acrimonia, dulce-

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 35 sur 277

do,pinguitudo,quæ Plato,Ariſtoteles,ac Theophraſtus conati ſunt definire.Clarũ quippe eſt,ſi ex calido,frigido,humido,ſiccoq; coëuntibus omnia ſunt miſta,etiam dictarum quamq; qualitatũ ex horũ cõſtare miſtura. Itaq; ſi quemadmodũ dictorũ ſaporũ quiſq; ,pueniat,exponere conarẽtur,lubẽs equidem auſcultarem,gratiamq; haberẽ non exiguã. At ſi neq; hoc efficiãt,imò inſuper ſenſorias omnes differentias in vnũ confundant,vt parũ abſit quin corpora omnia adſtringẽtia nuncupent,ſane audire illos nolim,imò obſecrarem vt inanem contentionem relinquant.

Non ad totã rerum naturã iudicãdas medicamentorũ facultates,ſicut naturales philoſophi faciũt,ſed ad noſtram naturam. Cap. XXXVIII.

AT nos equidem in conſequẽtibus oſtẽdere conabimur cuius'nam temperamẽti ſaporũ quiſq; ſit ſoboles. In preſenti autẽ diſcipulos ad experiẽtiã acceſſuros id modo aſſueſcere velim,vt quod ad artẽ eſt vtile,ſeligãt,vbi iudicare velint quo pacto vnũquodq; nos medicamentorũ afficiat. Quippe nõ quale ex ſe ſit,& ad totã naturã, cõſyderamus. Nam hoc pacto neq; acetũ neq; marinã aquã nos exſiccare poſſe, aut ſiccã eſſe facultate dici manifeſtũ eſt. Siquidẽ vtrũq; illorũ actu eſt humidum. Verum ſi nos exiccare appareant,ſicca dicẽtur,ad nos videlicet & noſtrã naturã parẽ ſiccãdi poteſtatẽ obtinentia. Quinetiam & calida & frigida & humida eodem dicentur modo,vbi nos ſcilicet calfaciãt,refrigerent,atq; humectent,eaq; ad nos,nõ ad totã naturã,nec ex ſe. Atqui ſi huius duntaxat meminerimus,certiſſima omniũ erit iudicatrix experiẽtia. Quam qui relinquunt,atq; aliunde ratiocinãtur, non ſolũ falſa pro veris ducũt,ſed etiã tractationis vtilitatẽ deſtruunt. Proinde nobis propoſitũ nõ eſt,quale ex ſua natura quodq; ſit medicamentũ exquirere,verum quid in nobis efficere poſſit. Atq; hic primi libri finis eſto. At in ſecundo deinceps,oleo ac roſaceo in ſermone exẽplorum vice poſitis,prauas & inibi ratiocinãdi vias mõſtrabimus. Quibus quum medicorũ complures vtãtur,in primis quidem ſeipſos decipiũt,ſecumq; alios multos in errorẽ pertrahunt. Porrò vbi id erit abſolutum,ad tertiũ cõmentariorum trãſiens,quæſtiones logicas quæ vniuerſam de ſimplicibus medicamẽtis enarrationem antecedunt,explicare conabor:vt videlicet in quarto ipſas iam facultates omniũ definire liceat:quas ,ptinus à principio fuiſſem aggreſſus,niſi plena paralogiſmis atq; erroribus omniũ propè iuniorũ eſſent volumina. Quos prius extergere,atq; ex animis diſcẽtiũ delere oportet,ne quid veritati obſiſtat. Nam vt Hippocrates inquit,ſic etiã ait Plato,Non ſolũ impura corpora quãto plus nutrias,tãto magis lædas:verum etiã impuris animis ſi nutriẽtes ſermones offeras,nõ modo nihil proſis,verum etiã magnopere obfueris. Itaq; his de cauſis,tum etiã quia amicorũ pleriſq; viſum eſt vt iuniorũ medicorũ argueremus errores nõ tantum in congreſſibus quos quotidie cum illis habemus,ſed etiã hiſce cõmentarijs:neceſſe mihi fuit diutius prioribus iſtis duobus immorari,quò videlicet in tertio purũ animi auditorẽ nactus,quiq; veras aſſequi rationes poſſit,tum ea exponã quæ de huius ſpeculatiõis principijs nouiſſe oportet:tum deinceps omnes medicamẽti cuiuſq; facultates enarrem. Id autem fiet in vniuerſum,vt reor, libris vndecim,ea ferme magnitudine conſtãtibus,cuius eſt hic,qui eſt omnium primus. Qui quum conuenientẽ nunc nactus ſit modum,finẽ per hanc dictionẽ accipiat.

Finis primi libri.

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 36 sur 277

GALENI DE SIMPLICIVM MEDICAMENTORVM FACVLTATIbus liber secundus, Theodorico Gerardo Gaudano interprete.

Quòd sophistæ qui fidem sensibus abrogant, demonstrationis principia incertiora quam quæ demonstrantur efficiant. Cap. I.

PRolixa nobis vt sit de simplicium medicaminũ facultatibus oratio, limites suos excedẽtes sophistę efficiunt. Nam quum procul principia ducant, sensumq; pro nihilo habeant, seseq; in illa conijciant quæ philosophis etiam ambigua sunt, simul & ea quę ipsi ignorant, & ea quæ aperte cognoscuntur, subuertunt. Eaq; plerique eorum faciunt non modo naturalis speculationis, sed etiam logicarum methodorum imperitia, quibus vtatur necesse est quisquis demõstrare quid aggreditur. Itaq; quum nesciant tum ea quæ bene à physicis sunt inuẽta, tum etiam ea de quibus non iniuria illi dubitarunt: vtrisque tamen contraria asserere sæpenumero non dubitant. Sed, deum immortalem, age obsecro, si nunc ego sic orsus dicere, quòd cum quatuor sint elementa, aër, terra, aqua, & ignis, nulli tamen cõgenita sit albedo ac splendidus color extra splẽdorem & ignem: ac deinde citato Empedoclis ac nonnullorum physicorum aliorum testimonio, splendida corpora omnia plurimum in se ignis habere dicam, haud curans aut niuem, aut cerussam, aut glaciem, aut alia innumera tum splendidissima tum frigidissima inspicere, ac mox suggerente quopiam procedentem à sensu confutationẽ tergiuersatus, ad rationem accedi iubeam, ac per eam de rerum natura consyderandum, haudquaquã sensibus irrationalibus vniuersum committẽdum censeam: nunquid mentem habentibus insanire videar, haud intelligens vnde rationis desumpsissem initium? Nam mea quidem sententia, ex sensu & per sensum omnia id genus sumuntur axiomata, nempe solem esse splendidum, flammas subflauas, carbones plerosque flauos. Ergo si à sensibus recedendum est, nulla suppetet demonstratio neq; nobis eorum quæ modo diximus, neque Empedocli quum ait,

Vndique splendentem solem, calidumq; videre.

Quæ si vera sunt, perspicuum est multo ante illa fidem habendam sensibus. Imò, inquiunt, mortales quum simus, à sensibus auspicemur necesse est: verum illis haudquaquam perpetuò immorandum, sed ad partem diuiniorem accedendum, nempe rationem. Nam sensum & animantibus rationis expertibus inesse, rationẽ solam hominibus esse cum dijs communem. Atq; hi in longum orationem extendunt. Quinetiam ex illis quidam & Anaxagoram in testimoniũ euocant, qui niuẽ pronunciarit non esse albam. Hic, inquiunt, vir physicus excelsior ac supra sensum extitit, atq; eius contemnit phantasmata. Ad rationem ire pergit, eaq; duce rerum naturã scrutatur. At si me quod in mẽtem venit fari oportet, qui liber sim scilicet, & in tota adeò vita extra veritatem studuerim nihil: ad insaniæ extremum & vltra peruenisse illos arbitror, quos talia nugari nõ dispudet. Nam si quæ per sensus euidenter apparent, euertant: vnde sumant demõstrationum principia, non habebũt. Sin autẽ ab ijs tanquam à fide dignis exordiãtur, quo iure ijsdem postea diffident? Nam demõstrationum principia certiora sunt quàm ea quæ per illa demonstrãtur:

quippe quum iſta aliũde fidem mutuẽtur: demõſtrationũ verò principia nõ ſolum ipſa per ſeſe, verum etiã ad quærendorũ inuentionẽ quibus credatur idonea ſint.

Quòd abunde ſufficiat iudicandis medicamentorum facultatibus, quæ per ſenſum accipitur experiẽtia, iunctis duntaxat paucis epilogiſmis ſiue rationibus cõmunibus. Et quo pacto rationem experientiæ ſubſcribere oporteat. Cap. II.

EQuidem optarim nullas non res clare ſub ſenſus noſtros cadere, nec quicquam eſſe quod illos fugeret. Hoc enim pacto nihil dubium, nihil ambiguum aut anceps vſquam foret. Verum quoniã illos quædam effugiunt, rationem illis ſuperinducere conandum eſt, ſic tamen, vt non procul, vt illi factitant, nec cõfuſa & infinita colligamus: verum ante omnia nominum ſignificata diligenter definiamus, ne quis poſtea per æquiuocationẽ falli poſſit. Deinde, quod ex ſe quid agit, ab eo quod per accidens, ſeparetur. De quibus ſupra accurate diſſeruimus: ſignificataq́ eorũ quę facultate aut calida, aut frigida, aut ſicca, aut humida, aut quidquis aliud dicuntur, diſcreuimus. Tum quò pacto propriã cuiuſq́ medicamenti facultatẽ ab ijs quæ ex accidenti ſunt ſegregans inuenire quis poſſit, generatim quidem in tertio de temperamentis expoſitum eſt, atq́ in hoc tractatu membratim enarrabimus, ceu in primo iam libro cœpimus: vtq́ ibi in aceto & aqua, ita hic in oleo & roſaceo facturi ſumus, ſi modo prius oſtenderimus quantum delinquant medicorum nõnulli qui longe demonſtrationũ ducunt principia. Nam quid oportuit olei aut roſæ reſpexiſſe colorem, quãdo rebus ipſis varie vti liceat, nec in ſanis ſolum corporibus, ſed & ægrotantibus? quippe cũ ipſas per ſe roſas, aut ſuccũ earũ expreſſum corpori tum ſano, tum ſimplici affecto morbo, vt ſupra diximus, liceat imponere: atq́ oleo miſcentes, corporibus aut valenter refrigeratis, aut excalfactis applicare, ſiue affricando, ſiue perfundendo, ac irrigando: tum in corpus quoq́ aſſumere, idq́ aut ſuperne per os, aut inferne per ſedem: ac ſic tandem quid ad vnũquemq́ vſum proueniat, inſpicere. Nam hoc ſanè nomine medicamẽtorũ omniũ vires contemplamur, vt ſit quo vti liceat, hypochondrijs aut capite mordicatione afflictis, aut refrigeratis, aut exulceratis, aut phlegmone occupatis, aut id genus aliud perpeſſis, tum ipſis, tũ alijs omnibus corporis partibus. Ergo quum tam perſpicua ſimul ac compendioſa adſit via ad ea quæ inquirimus, etiam ne colores æſtimabimus, aut odores, aut conſiſtentias, aut formas medicamenti cuiuſq́? perinde factitantes, atq́ ij qui ex imagine aut ficta aut picta cognoſcere quempiam volunt, quum ipſum aſpicere non denegetur quem agnoſcere cupiunt.

Quòd neq́ à colore, neq́ ab odore, neq́ à cõſiſtentia, aut cõglaciatione, neq́ à duritate, neq́ à leuitate ratiocinari de medicinarũ facultate oporteat. Cap. III.

ATque hac vtique parte non leuiter peccare mihi videntur: multo etiã magis cum inconcluſa atq́ indemonſtrata nugantur, demonſtrãdi rationis planè imperiti. Nam donemus ignem aut flauum aut rubrũ eſſe, aut vtcunq́ voluerint: nec enim refert: quid ergo id facit ad hocvt omne rubrum ſit calidum? Nam omnis ignis, verbi cauſa, ruber dicẽdus eſt: at omne rubrum ignem dicere, ridiculum

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 38 sur 277

est,multoq; etiam plus si omne rubrũ calidũ quis dixerit. Nam si principio assumptũ esset in oratione,omne calidum esse rubrũ:licuisset fortassis mutua axiomatis cõuersione rubrũ omne calidum cõcludere.licet non obscure & illic peccetur. Nam quæ mutuo conuertuntur(quod ἀντιστρέφειν vocant)orationes,vere de se mutuo dicuntur. Veruntamen propinqua ea fuerit deceptio. Atqui quoniam nec illud orationis initio assumptum erat,nempe omne calidum esse rubrum:haud licet mutua cõuersione omne rubrũ calidũ esse colligere. Tribus ergo modis in sermone peccat qui aiunt rosas temperatura calidas,quòd sint rubræ. Primum,quòd non demonstrata hac propositione,omnis ignis rubet:cõuertere ex hac aliam,videlicet,omne rubrum est ignis,tanquam veram,conantur. Secundo,quòd nesciunt propositiones quæ ex mutuo veris conuertuntur(λόγους ἀντιστρέφοντας vocant)non autẽ simpliciter conuertentes(ἁπλῶς στρέφοντας nominant)esse veras. Tertio,q; etiam si mutuo conuerterentur,non tamen omne quod colore sit rubro,calidum esse,ex mutua illa cõuersione sequatur,sed alia eiusmodi,rubrũ omne esse ignem. Porro quòd talia in rẽ præsentem non modo sint inutilia,sed etiam palam falsa,cuiuis notũ est. debemus enim non an omne rubrum sit ignis,sed quòd calidum sit,ostendere. Nam si quicquid rubet,ignis fuerit:erit nimirum & rosa nobis ignis. Cæterum logicas methodos ignorãtes medici primum in hoc maxime peccant,quòd propriis finibus excedant:nimirum quum sufficiens sit experientia,iunctis saltem paucis quibusdam epilogismis,medicaminum vires exquirere. Deinde tam fœde in rationibus hallucinantur,ac pueri modò speculationem logicam ingressi. Eisdem erroribus tenẽtur qui ex odoribus medicaminum facultates conijciunt. Nec enim quicquid bene redolet,calidum est:(quod quidam dictitant,haud intelligentes quo pacto inaudire oporteat quę ab Aristotele & Theophrasto super hac re sunt prodita,ea quę nos in quarto harum commentationum definiemus) neq; quicquid calidum est, bene olet. Quinetiam neq; si quid graue olens est, calidum etiam fuerit: neq; si calidum, etiam graue olẽs. Sic nec si quis quicquid grauiter oleat,frigidum dicat:nec si quicquid frigidũ sit,grauiter olere:verum dixerit. Siquidem calidorũ innumera sunt, partim bene olentia, partim grauiter olentia, partim neutra. similiter quoq; frigidorum. Quanquã quid calida dico ac frigida? cum debeam dicere calfaciẽtia nos,ac refrigerãtia,quæ vtiq; inquirimus. Nec enim quod absolute calidum est,aut quod ad hoc expenditur,nunc consyderare propositum est: sed quod corpus humanum excalfaciat. Nec sanè etiam quod absolute frigidum,sed quod hominẽ refrigeret. Denuo ergo hic hallucinantur in homonymia,haud distinctis nominum significatis:tanquam si quis de cane terrestri disserens,ad marinum se oratione transferat, existimans vt animantis vtriusq; nomen, ita & naturã quoq; vnam esse. At nobis demonstratum aperte est in commentarijs de temperatura,(quos & hancce antecedere tractationem protinus in initio commonefecimus) aliud esse facultate calidum,aliud actu: & huius quod actu videlicet calidum est, aliud absolute dici calidum,aliud per exuperantiam,aliud ad symmetrum sui generis, aliud ad quiduis obuium collatum. Quin & hominem non absolute calidum,vt ignem,sed exuperantia calidum diximus. Siquidem maiorem in eo calidi portionem inesse, quàm frigidi. Ergo & quæcunq; ad hunc dicuntur calida potestate, illum excalfacere dicuntur:facileq; de illis initur iudicium,& per experientiam expenditur,paucis indigens(vt suprà commonui)epilogismis. Quos cum sophistæ excedant,& tem-

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 39 sur 277

pus adulescentulorum frustra terunt,& sophismatis cauillisq; homines seducētes eorum soluēdorum imperitos,falsis eos dogmatis opinionibusq; implent. Debebant enim neq; colores memorare,neq; odores,imò neq; consistentiam,neq; leuitatem,aut asperitatem,aut eius generis quodcunq;. Nam quid refert oleum an lentū sit,aut læue,aut splendens,aut liquidum, aut pallidum, aut pingue, aut lubricum, ægreq; corporibus illitum exsiccari possit? Quippe quum ex nullo omnium eiusmodi colligere possis ipsum esse facultate aut calidū,aut frigidum,aut humidum, aut siccum. Siquidem ex genere splendentium,leuiumq; & lentorum,partim sunt quæ planè nos calfaciant,partim quæ refrigerēt,tū alia quæ exsiccent, alia item quæ humectent,non tantū in oleo,sed & in alijs omnibus. Neq; in vllis adeò accidētium reperire est quicquam quod solidum perpetuumq; sit,vt in eo generalem cōstituere propositionem liceat.

Quòd sophistæ rationibus haud vsi sint scientificis ad ea lemmata siue sumptiones ex quibus perperam de medicinarū facultatibus colligūt, sed aut ex inductionibus,aut ex exemplis. Cap. IIII.

NAm omitto quòd non scientificis in omnibus id genus sint vsi rationibus sophistæ ad inuenienda lemmata, sed ex inductione: & quod omnium pessimū est, quòd nec quæ sit inductionis natura,vnquam inspexerint. Quòsi quis eos prouocet,neque sequi audent: & si de demonstratione quis quid agat,increpant. Imò, quòd etiam deterius est, non ex inductione solum ratiocinari assueuerunt,sed nonnunquam etiam ab exemplis,tanquam rhetores. Nam qui frigidum esse oleum asserit proinde,quòd lentum sit vt pituita:is per exēplum cōcludit,par robur præbens demōstrationis,atq; is qui ipsum calidum cōtendit,quia lētum sit vt viscū. Nec secus is qui calidum dicit,quoniam facilè in flammā vertatur vti bitumē: atq; is qui frigidum probat,quòd facilè cogatur ac concrescat vt aqua. Nam differt,ex exemplo aut exēplis quid suadeas:an ex inductione. Siquidem qui ex exēplis fidem facit,vnū aut duo generis eiusdem adfert,aut certe planè paucula, pleriscq; scilicet præteritis. Qui vero ex inductione,omnia cōprehendere nititur quę per experientiam sunt cognita:nec quicquā præterire,quoad eius fieri potest,quod apertum vulgo ac perspicuum sit,studet,nisi quod occultum est, & paucis cōprehensum. Quamobrem violēta est,& vehementer persuadet quæ ab omnibus quæ experiētia sunt cognita,ducitur inductio:solisq; ijs mēdaciū perspici potest,qui in demōstratorijs methodis sunt exercitati. Quare nos de ea copiosius in demōstrationis libris disseruimus,ac forte etiam seorsum de ea librum componemus.

De oleo ad Archidamum. Cap. V.

PAlàm autem fiet nihilo secius & nunc quoq; inductionis natura, multoq; magis & exēpli. Nam omnia in summa percurrere statutū est quæ de olei facultate à medicis sunt prodita,eaq; probabiliter quidem,quòd ita viderētur: at non vere. ac primum illud quod à Diocle in Archidamo scriptū est,quòd Archidamus durescere vricę cutem ijs qui eo fricarētur existimarit: quapropter etiam siccā frictionem prætulit. Oleum enim accendi atq; exurere quum à frictio-

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 40 sur 277

ne incaleſceret, putabat, ac propterea admodum humorem exhaurire atq; ſicca-
re, non ſecus atq; ea aſſorum quæ vngi ſolent. Nam & ipſa magis dureſcere quàm
ſi citra oleum aſſaueris. Præſtat autẽ totam adſcribere dictionem Dioclis. Habet
autẽ ea hunc in modum. At cum oleo fricare nõ perinde probabat. Primum enim
inæqualem fieri eiuſmodi frictionem putabat, quòd manus laberentur ſcilicet, nec
æque carnem apprehendere propter pinguitudinem poſſent. Præterea dureſcere
atq; aduri cutem in illis magis qui ſic fricarentur exiſtimabat, quàm qui ſicca vte-
rentur frictione. oleum quippe accendi & vrere à frictione incaleſcẽs, quemadmo-
dum in aſſis quæ vncta ſunt, magis quàm non vncta, vbi oleo accẽſo incaleſcunt, &
valde exſiccantur, indureſcuntq;. Similiter quæ in oleo coquuntur, dura exuſtaq;
effici eandem ob cauſam. Ad hæc, quemadmodum ligna & coria & alia complura
quæ ex oleo fricantur, oleum intrò imbibunt, ita putabat & corpora. Quod quum
fieret, multa quæ ſolita eſſent cum ſpiritu effluere, ac foras prorũpere, tunc conclu-
di arbitrabatur: ceu cum cribris, linteis, lanæ, omnibuſque adeò per quæ percola-
ri quid aſſolet, perfunditur ac inungitur, non æque liquores fluere per ea valent.
Porrò vbi ea excretio intercepta eſt, quædam intrò recurrere, quædam aceruata in-
uicemq; implicita meatus opplere, retẽta ſcilicet ab oleo, quod viſco quid ſimile ha
beat: ſicut in alijs omnibus apparet quod pingue eſt, pulueres ac feſtucas omniaq;
eiuſmodi conſectari. Deniq; vbi obſtructi iam meatus fuerint, perpetuò ac ſenſim
omnia deterius perfici eſſe neceſſe, quàm in ijs quæ pro conſueto geruntur naturæ
modò. Putauit quoq; oleo ineſſe mordacitatem, cuius vi oculi illachrymarent, &
guttur in tuſſim cieretur (quod κίεχνεω vocant) tum aluus raderetur, excrementaq;
redderentur ſanguinolenta eo bibito. proinde qui citra frictionẽ vngerentur, nihil
affligi, infirmiorẽ enim eſſe mordicationem, quàm quæ ſenſum mouere poſſet. At
ſi per frictionẽ carnẽ ſubintret, mordicationẽ moliri malignioré: velut multa medi
camentorũ vbi illinũtur, minus valent: at cõpreſſa introq; ſubeuntia magis agunt:
ſicut ſanè ſi vrticis & alijs multis ſenſim quẽpiam contingas, nihil læſeris. ſin ferias
aut premas, vtiq; offenderis. Hæc ergo ſunt quę Diocles in Archidamo prodidit,
quorũ ſimul tũ probabilitatẽ tum prauitatẽ cõſpicere eſt. Siquidem q̃ quicquid in
oleo coquitur, propriã amittat humiditatẽ, ac friabile durũq; celeriter reddatur, cũ
alioqui nihil in aqua tale perpetiatur: ipſa nos docuit experientia. Quamobrẽ hac
vtiq; parte nihil Archidamus mẽtitus eſt: debebat tamẽ, ſicut Ariſtoteles & Theo-
phraſtus alijq; nõ pauci philoſophi, eiuſmodi problemata in phyſicis quæſtionibus
& proponũt & ſoluũt, ipſe quoq;, ſi quidem omniũ rerũ cauſas ſcrutari voluit, per-
inde vt illi, vti ꝓponere, ſic quoq; ſoluere. At cũ id minus facere appareat, in hoc vel
maximè mihi delinquere videtur. Nam quod apparet euidenter, id ſemper primũ
ponendum eſt: ac deinde, ſi cui libeat, cauſam eius inſpicere debet, phyſica proble-
mata hunc in modum componens. Cur oleum quę in ipſo coquuntur, ſicca & fria-
bilia efficiat: aqua vero, humida & mollia. aut, Quamobrem in oleo cocta ſicce-
ſcant: at quæ aliter in eo madidata ſunt, magis propriam ſeruẽt humiditatẽ, quàm
ſi omnino non eſſent madidata. Qua ratione ſcillæ & vrticæ morſus ſanet. Qua de
cauſa his medeatur, cũ ipſum oculos mordicet Qui fiat vt reliquũ corpus vniuer-
ſum nõ mordicet, ſed oculos dũtaxat. Quare guttur exaſperet, vlcera verò leniat.
Quo pacto vẽtrem ſubducat. Quo modo laſſitudines ſanet. Quamobrẽ inunctos
tueatur à frigore. Quare animalia inſecta interficiat. Cur lora & coria emolliat,

at quæ in ipso coquuntur, duriora omnia efficiat. Atq; hoc vnum est problematum genus ad physicum duntaxat attinens. Alterum vero, quod commune quoq; eorũ est qui artẽ quanuis exercent, est tale. Quam ob causam carnes piscesq; assantes coci oleo prius illinant. Quid sit quòd athletas oleo fricent gymnastæ. Quid etiam quòd pueros pædotribæ. Nam cuiusq; talium problematum ab experientia profectam causam assignare liceat, cocis nimirum respõsuris propterea se pisces ac carnes oblinere, quòd siccæ adustæq; extimæ eorum reddãtur partes si citra pinguedinem assentur. Athletas vero se ex oleo fricare dicturis gymnastis, tum quòd quę ante inerant lassitudines ipsum exoluat, & quæ futuræ sunt mitiget, tum quòd frictionen æqualem & mitem planè efficiat, corpusq; ad motus futuros præparet. Eas ob res ipsi quoq; pædotribæ pueros se & ante & post exercitia inungere dicẽt. Cur autẽ oleum lassitudini medeatur, haud etiam nouit nec gymnastes, nec pædotriba, nec medicus experientia curans: nec tamen quia id nesciant, ab euidenter apparentibus recedent. Siquidem tametsi ignorant quamobrem veratrum album sursum purget, nigrum deorsum detrahat: neq; cõpertum habentes quare cnicus pituitam ducat, atram vero bilem epithymum: tamen medicamẽtis ad ea vtuntur ad quæ vtenda docuit experientia, & eos quibus est opus curant, & euidẽter apparentibus fidem habent, eosq; qui contraria rationi adstruunt, derident.

Quòd præterquam quòd pugnantia de olei facultate Archidamus afferat, insuper improprijs vtatur exemplis. Cap. VI.

AT Archidamus suprà quàm quòd in multis, quę perspicuò apparent cõtemnit, insuper & hac quoq; parte taxandus mihi iure videtur, quòd dicat meliorẽ esse frictionem siccam, quàm quæ cum oleo adhibetur, quia corpus durius & siccius ijs qui vnguntur, efficiatur: mollius autẽ ijs qui fricantur sicci. Dicit porrò nihilo secius & in illa ipsa dictione paulum progressus, ligna, pelles, aliaq; quæ ex oleo fricantur, ipsum in profundum transmittere, idq; maximum esse testimonium quòd in corporibus nostris introsubiens meatus oblinat, ac humidorum prohibeat effluxus. [quòd si sit,] haudquaquam siccum dicẽdum foret: ac proinde frustra id tãquam desiccans in frictionibus repudiat. Falli præterea in hoc mihi videtur, quòd similiter affici putet tum ea quæ in illo coquũtur, tum ea quæ fricãtur. Nec enim eadem agere dixerim oleum calidum, frigidum, temperatum, tepidum, aut feruens: sicut nec aquam ipsam. Apparet enim & ipsam, si frigida applicetur, cõdensare, cõstipare, cõtrahere, cõstringereq; quod excernitur: sicut si extreme feruida, adurere. At si tẽperata abhibeatur & moderate calida, laxare, rarefacere, fũdere, digerere. Porrò si nec insigniter calida nec frigida admoueatur, sed velut quę fõtana dicitur, tunc propositorũ nihil efficiet: verùm propriã sui facultatẽ exeret. Sic si quis oleum expendere volet, ab omni prius liberũ alieno tum calore tum frigore ipsum efficiat, atq; ita demũ ad explorãdum accedat. quippe quod summe frigidũ fuerit, non ex sua dũtaxat facultate, sed ex alienæ qualitatis excessu nonnihil in cõtactis operabitur. Ita quoq; quod magnopere calidum. At si vtroq; ipsum liberãs, sic demũ examinare voles, hoc duntaxat pacto propriam olei vim inueneris. Quapropter quum quis ex more oleo fricatur, sicut gymnastici omnes, in solo fricatur oleo, quod nimirum absq; omni sit aliena qualitate. at si admodum excalfacto aut

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 42 sur 277

ſumme vtatur refrigerato, iam cõpoſitam edi actionẽ neceſſe eſt, nempe ex propria olei facultate, & aliena qualitate. Sæpe vero propriã cuiuſq; medicamenti facultatẽ obſcurari neceſſe eſt vbi valẽtem aliunde qualitatem acciuerit. Itaq; qui ſimile fuerit, herbas in oleo feruente coquere, ac exercitantiũ corpora fricare? Maxime ſiquidem, vti ſupra oſtendimus, extrinſecus ductas probationes fugere oportet, cum liceat nimirum propriam cuiq; adhibere experientiam. Quod ſiquando tamen id quiſpiam facere volet, certe ſimilia comparare conabitur, ſicut in corijs faciebat & loris. Nec enim quiſpiã oleo in igne præcalfacto, neq; in niue refrigerato, ſed obuio quoq; accepto corium ac lora confricat. Ita puto & pẽdotribæ factitant, obuio oleo pueros fricantes, neutiquam aut in igne excalfacto, aut in niue refrigerato Alioqui ſanè & nos non raro caput ardore grauatum olei admodum frigidi perfuſione refrigerauimus. Porrò ſi ſalis nihil oleo ſit inditũ, tanto magis refrigerabit. Sin etiã omotribes, hoc eſt crudum fuerit, multo profecto etiam amplius.

Quomodo frigidum paremus oleum. Cap. VII.

POrrò præparare illud ſolemus non aliter atq; aquam: nẽpe prius excalfaciẽtes, ac deinde aqua mergentes ſumme frigida: at ſi etiã fons in ipſum cum ſtrepitu decidat, vaſculo nimirũ cui ineſt oleũ, ante diligenter occluſo, magis quoq; ac magis ita reddetur frigidum. Multum item frigefeceris ſi præcalfactum in puteũ ita demittas, vt aquam contingat. quanquam quod aquam nondum tangit, frigidum item euaſerit, ſed non perinde. Atq; hoc pacto præparãdo frigidũ reddimus oleum: contrà, calidũ. Quo ſanè modo etiam vtimur in refrigeratis corporibus, in alueum olei calidi demittẽtes quibus pars quæpiam obſtupuit, aut tremuli ſunt, aut conuulſione tentantur, aut motu ſenſuve priuantur, aut etiã ægre ſentire poſſunt, aut eiuſmodi quippiã perpeſſos. Ergo ſi quis ex vniuerſo vſu de medicaminum facultate pronũciet: nunquid excalfacere & refrigerare, tum exſiccare & humectare nos oleum, velut Dioclis Archidamus, ſi quidem pugnantias conſyderare animaduertereq; neſciat, putabit? Nam cum exſiccari, & fragilia effici quæ in oleo coquuntur, dicit: exſiccantem & digerentẽ eius facultatem oſtendit. At vbi introì in coria ſubire, poroſq; noſtros oblinere, ac naturales humorum effluxus prohibere: rurſum ſanè quodammodo cõtrariam eius facultatem demonſtrat tum digerentibus, tum exſiccantibus. Atque in iſtis vel adhuc quæ apparent proferens, de illis non recte ratiocinatur. At vbi de mordicatione agitur, non ea omnia cõmemorat. Nam quòd oculos mordicet, quòd guttur exaſperet, ſiue ad tuſſim prouocet, quòd ventrem radat, atq; ſeceſſus ſanguinolentos efficiat, abunde magna teſtimonia ſunt mordacem illi ineſſe facultatem. At quòd vlcera dolore liberet, & ventris mordicationes aut irrigatum aut infuſum omnino ſanet, quiq; morſu iritãtur mitiget, cum & ipſa non parua ſint cõtrariæ ipſius facultatis indicia, planè omiſſa ſunt. Cæterum ſi vtriſq; propoſitis quis ratiocinari volet, duorum alterũ eueniet: aut enim id faciet vt Empiricus, qui experientiæ omnia tribuit: dicetq; ſe in collatione ad aliquid cuiuſq; medicamẽti facultatẽ per experientiam cognoſcere, ipſius autem per ſe propriam ignorare naturam. Aut vt rationalis, contrarias ineſſe medicamento facultates, mordicantem, & lenientem. ac deinde ingenti tenebitur anxietate cauſam dicturus cur interim altera earum agat ſenſibiliter, interim altera,

reliqua aut perdita,aut non clare apparente. Quarum omnium dubitationũ ſolutiones,ſi quidem vt phyſica proponãtur problemata, ſanè quàm difficiles ſunt.ſin vt ad vſum referantur artis,multam requirunt experientiam,epilogiſmos autẽ nõ ita multos,ſed exactos ac definitos.Nam primum,an omne oleum oculis mordax ſit,nec ne,experientia definire præſtat, haudquaquam ex tempore in vtranq; partẽ rhetorum more diſſerere.tum,an omne æque guttur exaſperet,aut ventrem ſubducat aut radat,vt nõnunquam cruentas moueat excretiones:an oleorum hoc quidem hæc faciat, illud vero non:& aliud magis,aliud minus. Olei differentias nunc recenſeo,ne quis heterogeneas ſiue alterius generis exiſtimet,ſicut Cicini, Rhaphanini,Caryini,Balanini,ac ſimilium.Nam & horum vires medicus noſcat oportet, ſed in præſentia eas enumerare non expedit.Satis eſt enim,mea quidem ſententia, principio proprijſſimũ & quod maxime ab omnibus hominibus vocatur oleũ cõſyderaſſe:quãdo& ipſe fructus ex quo fit oleum,ſolus ex omnibus oliua nuncupetur,& arbor olea,(græce vtrunq; ἐλαία vocatur,& ipſum oleũ ἔλαιον)ipſumq; ſimpliciter primario oleum dicitur,at reliqua omnia per tranſlationem & abuſum.

De differentijs proprie vocati olei. Cap. VIII.

IVius ſanè quod proprie oleum appellitant, de quo omnis in præſenti ſermo habetur,plures dico eſſe differẽtias. Secundum ætatem quidem,quum aut recens eſt, & velut muſtum:aut ætate vigente,aut vetus. Secũdum præparandi modũ,quum aut ſimplex ſolumq; & impermixtũ fuerit,aut cum ſale præparatum.Secundum fructus ipſius diuerſitatẽ, quum is aut immaturus,aut maturus extiterit.Secũdum inductam arte alterationẽ,quum aut quomodo ab initio præparatum fuit,ita ſeruatur,aut candidum efficitur. Scriptum vero eſt de albificatione eius & ab alijs non paucis,& nos quoq; in ſequentibus de illo nonnihil trademus. Horum omnium oleorum facultates ipſe equidem experiri ſtudui:quid autem in quoq; deprehenderim,poſtea exponam. At nunc abſoluere ſtatui primũ quod erat in manibus.Perperam enim mihi videntur medicorũ pleriq; tum experiri medicamenta,tum de viribus eorum ratiocinari.

Quomodo cuiuſq; medicamẽti facultatẽ experiri oporteat. Cap. IX.

QVippe quum experiri ſolũ oporteat quæ impermiſta ſunt,& ab omni extranea qualitate aliena:eaq; primũ in optima corporis conſtitutione, deinde in intemperatis,demũ in morbis ſimplicibus: ſicut in libro hunc antecedente,& in tertio de Temperamentis definitum eſt.Ratiocinari vero,id quod ex accidente eſt,ſemper ab eo quod per ſe eſt,diſtinguentem.

Quod non ſolum in explorandis medicamentis medici hallucinentur,ſed etiam in opinionibus quas habent de affectibus. Cap. X.

AT nonnulli medicorum non in iſtis modo hallucinantur, verum etiam in opinionibus quas habẽt de affectibus.Nam oleum quod laſſitudinibus remedio ſit,omnes propemodũ fatentur:cæterum quis affectus ſit laſſitudo,non conſentiunt.Hic enim articulorum eſſe ait ſiccitatem, ex motionibus deſiccatorum. Alter & muſcu-

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 44 sur 277

lorum adijcit. Alius porrò contrà quàm hi, humiditatẽ multã & tenſionẽ, & calidi-
tatem: fluxione nimirũ partibus vehemẽter agitatis affuſa. Alius nõ humorũ mul-
titudinẽ, ſed qualitatẽ ſolã cauſatur, puenire inquiens in motionibus immoderatis
pinguedinis carniſq; teneræ colliquationes quaſdam, quarum pars foras trãſpiret,
reliquũ retineatur in corpore: & hoc cum acre mordaxq; ſit, affectionẽ efficere vlce-
roſam. Itaq; etiãſi in hoc cõueniatur q; laſſitudines ſanet oleũ, attamen ob ancipitẽ
atq; ambiguũ corporis affectũ nihil queat certi de olei facultate colligi. Atq; id ſanè
nõ tantũ in laſſitudine vſu venit, verũ etiã vbi doloris cauſa, aut mordicationis aut
phlegmones gratia bibẽdũ oleũ exhibemus, aut per ſedẽ infundimus, aut identidẽ
perfundimus. Siquidem vlceribus phlegmone affectis non ſolum, ſed & cum aqua
moderate calida perfundimus, vt in laſſitudinibus cum lauacro aquæ dulcis. ſed nec
quæ ſit in phlegmone affectio, cõſentiunt. Porrò vbi per ſedẽ ipſum ingerimus, aut
bibendum offerimus, ne tũc quidem cognoſcimus euidenter cuiñã corpori ipſum
applicamus, an pituitæ, an bilis, an aliorũ aliquorũ recremẽtorũ pleno. Cõſtat enim
nõ perinde hominẽ affecturũ vbi pituitæ viſcoſæ inteſtinũ omne ſimul cum ventre
plenum offendet, atq; vbi bilioſis excrementis refertũ, aut alijs quibuſdam acribus
humoribus, aut ſtercore multo, aut horũ quidem nullo, ſed incidat in ventrem inte-
ſtinaq; vndiquaq; pura: aut præterquam quòd pura, etiam exaſperata reperiat.

Quòd vt quis probe de olei facultate ratiocinetur, debeat etiam affectionem hominis æſtimare, & de ipſo oleo quale ſit præfinire. Cap. XI.

ITaq; negligẽter admodum & ſegniter de his omnibus medicorũ pleriq; ratiocinãtur, haud indicãtes nec quo pacto affecto homini oleũ exhibẽt, nec qualenã ipſum. Ac mox tamẽ dicũt, alij mordicare & radere prorſum partes corporis internas, alij vero etiam ſi præfuerit mordicatio, & huic mederi. Nec enim parũ intereſt an inijciatur in ventrẽ pituita ſcatentẽ oleũ expers ſalis (Græci ἄναλον vocant) & quod re vera oleũ eſt: an quod plurimũ accepit ſalis, in ventrem purum. Vtrunq; enim aluũ ſubducit, diuerſis tamẽ facultatibus. Nempe illud quod ſale vacabat, in pituitoſo ventre per lubricitatẽ, ſimiliter maluis, blitis, moris. Quod vero ſalẽ habet, in puro per acrimoniã, perinde vt muria, & marina aqua. & ſanè hoc quidem radet, alterũ non radet. Ergo nec abſolute oleum quoduis interna omnino radere dixerimus, aut deiectiones moliri cruentas, neq; mordicationes lenire: verùm id cui ſal eſt inditus, in puro ventre radere: cui autem non, in pituitoſo non radere.

Quòd ſalſuginoſa & acria ex accidente quandoq; morſui medeãtur, nempe ſecũ quod mordicat educẽtia. Dulcia vero & epiceraſtica contrà morſum etiã aliquando ex accidente exaſperant, nimirum quum vnà corrumpantur, & foueant alantq; cacochymian. Cap. XII.

NOnnũquam verò mordicationes ex accidẽte quod ſalſuginoſum eſt, ſanauerit, velut melicratum, ſalſugo, ſerũ lactis. Educũt enim ſecũ hæc nonnunquã ſuccũ mordicationẽ facientẽ, ac mordacitatis reddũtur medela, perinde vt cætera omnia quæ abluunt & abſtergũt. Sed non ſtatim vbi immiſſa ſunt hoc genus medicamẽta, morſum ſanãt, quin potius tunc etiam exaſperãt. Siquidem euacuationis haud miſtionis ratione ſanationẽ moliũtur. Quippe ceratũ ex roſaceo &

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 45 sur 277

adipe aut pinguedine infusum sæpenumero morsibus continuò succurrit, idq; mistionis ac tẽperationis ratione. Sed & oleũ ipsum solũ, sed dulcissimũ, id frequenter præstitit: sicut certe etiã adeps hirci, aut succus chõdri, aut ceratũ ex oleo dulci. Nos autẽ sæpenumero quibus ex frigore interna dolore torquebãtur, ingesto oleo calido dolore liberauimus: ac si maius esse frigus conijciebamus, addidimus & anethũ, oleũ excalfaciẽtes. si vero adhuc etiã maius, rutã quoq; & bitumen. Atq; talia omnia medicorũ pleriq; nesciũt: nec norunt dolorẽ ab intemperãtia natũ, ab eo qui ex cacochymia oritur, distinguere: nec q̃ medicamentorũ quæ doloris gratia injiciũtur, alia excalfaciẽdo partem refrigeratã sanant, alia humorẽ mordicantem euacuando, alia miscẽdo. Sed & subinde mistæ existũt affectiones, ex intẽperie videlicet, & mordicatione. In quibus nos cõsueuimus anethinũ aut rutæ oleum infundere, anserino in eo liquato adipe. is si nõ adsit, saltẽ gallinaceo. si nec is quoq;, vel aliorũ aliquo. quòd si horum nullus ad manũ fuerit, cerã miscemus mordacitatis expertẽ (voco autẽ sic eã quæ lota est) aut certe oleũ ipsum quod effectũ est candidũ, infundimus. Nam id ceræ mordacitatis experti ꝓportionale est. Temeraria itaq; ꝓnũciatio est atq; indefinita tum eorũ qui oleũ omne omni tẽpore mordicãs adstruũt, tum eorũ qui leniẽs Nam quod salẽ accepit, mordax est. quod autẽ eo caret, & dulce est: quod quidẽ ex se est, lenire potest. Nam videri possit & ipsum quandoq; pro affectibus quibus applicatur, haud etiã esse eiusmodi. Vnumquodq; enim tẽperantiũ medicametorum (Græci ἐπικερασικὰ siue ἐπικερασικὰ nuncupãt) vbi valẽtius euasit humoribus mordicãtibus, morsum eorũ retũdit. Verũ si aut valẽtioribus facultatibus, aut multis paucum mistũ fuerit, vnà & ipsũ corrũpitur, alitq; cacochymian, siue succi malignitatẽ. Quamobrem protinus euacuandi sunt qui ab ijs quę tẽperandi naturam habẽt, iritantur atq; exasperãtur: vtpote qui multa nec facilè mobili corruptione sint repleti.

De lacte. Cap. XIII.

Sic sanè lac frequenter simul atq; sumptũ fuerit, alijs acescit, alijs in nidorem vertitur prius quàm probe concoctum corruptionem temperet. In quibus vtiq; primũ maxima cacochymiæ pars euacuari debet, atq; inde sumẽdus chondrus, & ptisana, & lac, & alia quæ vbi probe fuerint cocta, conferunt ad euchymiã, hoc est succi in corpore bonitatem. Non tamen quod ad hoc attinet, omnia existimare oportet aut deteriores aut contrarias in sese obtinere facultates, neq; in sermone sciẽtem eorum quæ eueniunt partem alteram omittere: id quod fecit Archidamus in oleo. Siquidem memorabat oculos ab eo mordicari, guttur ad tussim excitari, & ventrem radi: cæterũ quòd stomachum sæpe cum valenter morderetur, oleum protinus dulcissimum sanauit, & iniectum totius ventris mordicationes lenijt, & à thapsia vrtica & scilla excitatas sedauit, eorum mentionem non fecit. Ego vero nõ ambigo, neq; fidem non habeo ijs qui aiunt rebus propemodum omnibus multas ac diuersas inesse facultates: quin ostensurũ me id ipsum polliceor in libro sequẽti. Attamen nõ proinde adstruo eã quæ in quoq; exuperat, nõ posse cognosci. Verum si quod ex accidente est, ab eo quod per sese, distinxeris: omnia clare cognosces. Contemplator enim vtrunq; in exẽplis, propositis videlicet exẽpli causa duobus hominibus, quibus similiter os ventris mordicetur, & qui pariter aut succum ptisanæ aut chondrum aut panem lotũ sumpserint: deinde alteri mordicationem restinctam, alteri vero inauctã ponito. obsecro, nũquid succus ptisanę aut chondrus

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 46 sur 277

aut panis cum ex ſe mordax ſit, per accidens in altero hominũ morſum non modo non inauxit, ſed mitigauit: an quod ex ſe quidem erat, mitigauit, per accidens vero in altero iritauit? Ego ſanè ex ſua natura epiceraſticum eſſe dico ſuccum ptiſanæ, & chondrum, & panem, & per Ioue lac quoq; cæterum in altero homine morſum auxiſſe, quòd properaſſet à corruptione ſuperari. Atq; ea vtiq; eſt, (certo ſcio) veterũ omnium ſententia: ſed & recentiorũ optimi quiq; ita ſapiunt. Verum ſi quis fuerit quem ego neſciã, (nec enim quicquã eſt quod nõ audeant iuniorũ medicorũ quidã) qui contendat ex ſua natura corruptiones augere chondrum, panem, aut ptiſanam, cæterum in quibuſdam ex accidenti nimirũ mitigare: is inquam qui talia iactabit, nullam aſſertionis ſuæ demonſtrationem afferre poterit. At nos dicimus quòd ſi ptiſana foret cacochymos, mali've ſucci, haud vnquam mordicationem mitigaret. Atqui conſpicitur frequenter tum ſuperne ſumpta, tum per ſedẽ iniecta mitigare. Ex quo patet per ſuam quidem naturam boni eſſe ſucci, verum interdum vnà cum ijs ſuccis qui mordicationes excitant, corrumpi, & ipſum augere ſymptoma.

Quomodo diſcernendum ſit, à cacochymis'ne mordicatio ſanata ſit, an ab epiceraſticis, hoc eſt temperantibus. Cap. XIIII.

EOrte igitur nos roget quiſpiã, an nullum vnquã cacochymorum mordicationem curauerit? Equidem id non raro factum cognoui: verum ea dico nõ temperãdo, verũ id quod mordicabat educendo, mordicationes ſanaſſe. Ac proinde & ſtatim, & vſq; dũ euacuẽtur, hominẽ mordicare, & inſuper euacuata aſperũ relinquere ſenſum in partibus, aliud medicamen requirentẽ. Quod non faciunt quæ boni ſunt ſucci & dulcis (Græci ὑχυμα καὶ γλυκύχυμα nominant). Etenim & protinus mitigant, & abſq; vt euacuationẽ efficiãt. tum ſenſum aſperũ nullũ inducũt, quin potius ipſa contrà ſenſuũ medentur aſperitati. Itaq; chondrũ, lac, ptiſanã in eiuſmodi affectibus & edenda præbemus, & per ſedẽ inijcimus, vbi videlicet melle aut quopiam eiuſmodi quod infeſtabat exterſerimus. quo tẽpore opportunus eſt & adeps, & ceratum dulce, & oleũ dulce. Porrò & in præſenti & in ſequẽti deinceps ſermone omnia me dulcia dicere exiſtimato tum ea quæ ſalem nõ ſunt experta, tum ea quæ ſunt elota. Quatuor itaq; indicijs ac notis cum poſſis quod per ſe eſt diſtinguere ab eo quod per accidẽs, facilè cuiuſq; taliũ medicamentorũ facultatẽ inuenies. Primũ indiciũ eſt, an ſtatim mitiget, an nõ. [Secundum, an intus maneat ſanãdo, an non.] Tertium, an aſperitatẽ quãdam in corporibus relinquat, an nõ. & quartũ, an nõ ita affectis vtile & cõmodum videatur. Nam cum nec protinus mordicationẽ ſanat, verum maiore cum vehemẽtia excernitur, neq; intus medendo remanet, & moleſtã corporibus aſperitatẽ relinquit, quam, ſi denuo offeratur, exaſperat: argumentũ eſt rodentis ac mordicãtis eſſe naturæ, cæterũ ex accidente quãdoq; morſus ſanare. At quod & cõtinuò mitigat, & nullã excretionẽ prouocat, ſed nec exaſperat dum intus manet, imò exaſperatorũ medela exiſtit: ipſum quidẽ natura bonũ eſt, verũ interdũ à cacochymia quæ ipſum alterat corrumpitq;, mordax efficitur. Atq; hæc ita à me dicta ſunt, vt ſimul vtriuſq; medicamentorum generis & tempus & vtẽdi modum ſimulq; facultatis inueniendæ rationẽ docuerit oratio, demonſtraueritq; & ptiſanæ ſuccũ & chondrum & tragum & lac & panem elotũ, ex genere eſſe euchymorũ. quin & pinguedinem & adipem & oleum dulce & cerã dulcẽ ex mitigãtium eſſe natura.

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 47 sur 277

Fuerit autem cera dulcis, quæ & natura est talis (nam quædam gustantibus amaræ sunt) & præterquam quòd est talis, in aqua bona elota est.

De ratione abluendi & candida faciendi medicamenta. Cap. XV.

propolis.

DAuanda porrò est non tantummodo cera, sed & pix & resina & oleum, & quicquid aliud aquæ misceri non patitur. Primúmque modice concalfactum, mox in vas lati oris ac magnum, cuiq; insit aquæ copia purissimæ simul & omnis qualitatis expertis, infundito. Nam in ea quicquid id sit quod abluitur, acrimoniam suam exuit. Deinde conterito, tundito, frangito, manibúsq; impense subigito, vt vnaquæq; videlicet abluendi medicaminis particula aquam possit contingere. Deniq; effusa priore aqua, rursum quod lauatur excalfaciens, in aliã aquam æque synceram injicito, rursumq; diutissime cõtundito donec qualitatem suam in aquam deponat. Id autem gustu datur cognoscere. Mox vero & tertio & quarto & sæpius deinceps idem faciendum, donec aqua nullam etiam ex abluto medicamento qualitatem recipiat. Atq; hũc in modum omnia quæ excalfieri & fundi sustinent, lauabis. At siqua sint lapidosa & dura, velut cadmia, & æris squama, & æs vstum, ea exacte in tenuia cõminuẽtem, plurimũ in aqua terere fontali purissimaq; oportet, subinde priore effusa, quoad nihil in aqua innatet, maneatq; aqua prorsum à cõtriti medicaminis qualitate immunis. Nam quãdiu aut qualitatis eius quippiã in gustu appareat, aut aliquid innatet, tãdiu terendum atq; effundendum est. Nam si hoc pacto quiduis eorũ quę lauari possunt, abluas, mordacitatis expers euadet. Et sanè oleũ non tantũ mordacitatẽ exuit, sed etiã candidius interea efficitur. Oportet vero ipsum non perinde vehementer verberare vt picem aut ceram aut resinam, ne videlicet adeò aquę misceatur, vt ægre postea separari possit: sed ita, vtvbi quiescere pauliſper siueris, facilè possis innatans detrahere. Sunt & alij modi quibus oleũ efficere possis candidum, quos scriptos inuenies apud eos qui præparationum libros cõscripsere, & qui de materia prodidere: vt & apud Dioscoridem in primo. Verum pleriq; eorũ consumẽtes quod in oleo aqueũ ac ruffum est, reliquũ candidũ efficiũt. At hic abluendo, veluti ipsum abstergendo ac detergendo, candidum efficit.

Quòd non colligatur oleum ex eò quòd ad tussim quendam cieat impetũ, proinde esse mordax. neq; enim omne quod ad tussiendum impetum ciet, mordax est: neq; solum quod mordax est, ad tussim impetum mouet, sed & quæ pinguia sunt. Cap. XVI.

DE medicaminum quæ lauari candidaq; effici solent, dispositione, alias dicetur. nunc ad propositum reuertor. Oleum quod non sit omphacium vocatum, hoc est, crudum, (id enim adstringit) neq; cum sale præparatum, neq; recens, ac velut etiamnum feruens, ad hæc omnia accurate lotum: id neq; epotum neq; infusum mordicationem exercebit. Quòd si guttur ad tussis impetum prouocet, non idcirco mordax dicendum erit. Nam quicquid mordax est & acre, ad tussim impetum prouocat: non tamen quicquid impetum ad tussim prouocat, mordax est & acre. hoc enim duntaxat pacto mordax esse oleum conuiceris, si quicquid ad tussim impetum mouet, mordax esse confessum fuerit. Occurrit itaque denuo hic

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 48 sur 277

error non leuis,ſed pernicioſus,in concluſi conuerſione cõmiſſus.Confeſſum enim eſt omne mordax impetum ad tuſſim mouere,& confeſſum eſt oleum omne ad tuſſim mouere impetum:verum his ſuppoſitis non conficitur oleum eſſe mordax, neq; ſi categoricas,neq; ſi hypotheticas efficiamus propoſitiones,quòd ſcilicet ex duabus vniuerſalibus affirmatiuis nihil concludi in ſecunda figura poſſit,neq; concluſio ex neceſſitate ſit vera. Fient autem in ſyllogiſmo categorico duæ propoſitiones iſtæ:Omne mordax ad tuſſim impetum ciet:[&,omne oleum ad tuſſim impetum ciet.] quibus confeſſis nihil cõcludi poterit. Hypotheticam vero propoſitionem,quam Chryſippus ἀξίωμα συνημμένον nuncupat,veram accipere non licet neque ex ſenſu,neque ex conſequentia rationali. Non enim aut per ſenſum,aut ex ſenſu, aut vtcunque nominare placebit,id genus ἀξιώματα deſumpta ſunt: nempe,Omne mordax ad tuſſim impetum ciet.&,Si quid mordax eſt,itidem & ad tuſſim impetum ciet.&, Non ſi omne mordax ad tuſſim ciet impetum,protinus quicquid ad tuſſim ciet impetũ,mordax erit:neq; omnino ad hoc,Si quid mordax eſt,hoc & ad tuſſim impetum ciet:ſequitur in vniuerſum iſtud,ſi quid ad tuſſim impetum ciet, ipſum & mordax eſſe.ſed id quidem, ſi non cieat ad tuſſim impetum,haudquaquã mordax eſſe,id inquam verum eſt:quippe quum mutuo conuertãtur.Non tamen ſi quid ad tuſſim impetum ciet,continuo & mordax eſt. Demonſtratum autem in methodis logicis eſt,quę ex mutuo veris conuertuntur orationes,ipſas quoq; veras eſſe:at quæ ſimpliciter conuertuntur,non perpetuò eſſe veras. Illas quidem ἀντιστρέφοντας vocãt,has vero ἀναστρέφοντας. Igitur ſi non ex neceſſitate verum eſt,ſi quid ad tuſſim impetum mouet,idem mordax eſſe:neque ſanè oleum proinde quòd ad tuſſim impetum moueat,mordax eſſe concludi poterit. Hoc enim duntaxat pacto,nempe ſi in confeſſo eſſet,omne quod ad tuſſim impetum moueat,itidem mordax eſſe:vere talem confici concluſionem inueniretur: Si ad tuſſim impetum mouet oleum,vtique & mordax eſt. quòd videlicet ad hanc ſequatur orationem, facta tali aſſumptione:Atqui ad tuſſim mouet impetum oleum:ſequitur ergo iuxta primam orationem indemonſtratam, mordax igitur oleum eſt. Verumenimuero non hoc pacto colligendum illis fuerat,quòd ſi quid mordax eſſet,continuò & ad tuſſim moueret:ſed quòd ſola mordacia ad tuſſim impetum prouocant.ita enim concluderetur,quicquid ad tuſſim moueret impetum,eſſe mordax. At hoc ipſum, ſola videlicet mordacia ad tuſſim impetum ciere videri,& aliene à ſenſu dicitur, (quippe quum & pinguia mouere ad tuſſim impetum appareant)& quod quæritur,prompte aſſumptum eſt,neque ex ſenſu,neque ex demonſtratione.Præterea hominum id eſt ignorantium quænam ſit ad tuſſim impetum mouendi affectio, quam fortaſſis ipſis exponere præſtiterit.

Quomodo & per quæ ad tuſſim impetum cieri contingat. Cap. XVII.

Ontingit autẽ ad tuſſim impetum cieri inæqualitate quadam in gutture præter naturam proueniente:quippe quum ſpiritus per puram læuemq; ferri viam conſuetus,ſi quãdo in eminentia quædam impingat,tumultũ quẽdam ac velut inæqualem concuſſionẽ in gutture efficit,atq; ita ad tuſſim animal prouocat. nam vt alias quoq; multas natura hominibus ſalutis gratia ingenitas indidit paſſiones,ad eũdem modum & ſternutationem,& tuſſim. Sternutationẽ quidem,

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 49 sur 277

vti ea quæ in naribus infesta molestáque sunt,propellerent. Tussim vero,vt quæ in gutture. Porrò duplex ea affectio est,aut resiccata exasperatáve quæ in arteria est membrana,aut inæquali in ea corpore delato,siue id liquidum sit,siue solidum. Hinc seu panis micula,aut alterius cuiuspiam edulij,nobis inuitis in spiritus meatum decidat,tussire adigimur: seu si bibentibus affatim ipsius potus quippiam eo influat,similiter iritamur,atq; ad tussim compellimur. Percolatur enim perpetuò per asperam arteriam in pulmonem ipsius potus tam exile quippiam,vt protinus ab instrumentis raptum perfacilè quocunq; distribuatur,nec tamen vspiam aceruatim in spiritus semita consistat,neque animal ad tussim iritet. At vbi vel id ipsum plusculum,vel aliud quodpiam seu liquidum seu solidum corpus in asperam defertur arteria,iam inde tussire necesse est,donec à spiritus vehementia quod molestat propulsatum eijciatur. Proportionale quippiam huic accidit vbi in membranam ipsam arteriæ exasperatam spiritus impingit,nisi quòd hæc affectio alia à iam dicta sit. Hæc enim ab arteriæ membrana aufert abraditq; quippiam, intus vero adhæret aliquid in priore affectu. Porrò vtrique communis est spiritalis viæ inæqualitas. De quibus fusius in causis symptomatum differuimus. Cæterum in præsentiarum cognouisse sufficit quòd mordacia gutturis exasperatione, oleosa vero & pinguia illitu inæqualitatem & ad tussim impetum efficiant. Quicquid enim extra naturam in arteriæ incidit tunicam,tenaciterque illi inhæret, tum organis ipsis,& qui per ea defertur spiritui insolens est,tum animanti quoque molestum. Nec id nunc dico quin pleraque ex oleis mordicantia sint. Nam & quæ admistum habent salem,& prorsus recentia sunt, ea omnino mordacia quoque sunt: non propria sui essentia,sed quoniam omnibus plantarum succis geminum insit excrementum (quod abunde indicauit Theophrastus,& nos posthac cõmonstrabimus) alterum crassius,ac velut terrestrius,alterum tenuius & aquosius. Sanè & oleo ambo hæc insunt,ad concoctionem & dispositionem tempus postulantia. Porrò tempore quidem alterum residet, alterum verò consumitur. ac primum quidem, quod videlicet & terrestre est & crassum,subsidit, amurca nuncupatum: alterum vero tenuius ac velut aquosius quodammodo & ipsum compositum est, ex aëria scilicet essentia,& tenui serosa.

Quot modis aqueum & tenue excrementum ab oleo separari queat. Cap. XVIII.

AEterum,serosum istud ruffi coloris est,à crasso illo terrestriq; subsidente scilicet qualitate absterſa. At oleum ipsum tum minime mordax,tum cãdidum sua natura existit. Quapropter vbi tenue hoc excrementum separatum fuerit,candidius etiam dulciusq; efficitur. Separatur vero multis modis. Aut enim in sole feruẽte lati oris vasculo olei pleno depositò,conchis in altũ sublatis,subinde cum strepitu desuper conturbant: aut cãlidos vasculis oleum continentibus cineres subijciunt,solarẽ quàm fieri possit maxime calorem imitati,(maiorẽ enim idcirco vitant,quòd ipsum in qualitate alteret,promptéq; fumũ excitet) aut nucleos oliuarum,aut frumentum circumcirca apponunt,aut medicamenta vasis ipsis inijciunt. In summa,quod aqueum est,exigunt atq; consumunt,reliquum autem seruant. Itaq; si tam dulci candidóq; accepto oleo,cuiq; nec ab initio sal inditus

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 50 sur 277

eſt,ipſum inſuper vt ante poſitum eſt laues,id tibi medicamẽtorum omnium minime mordax erit. Ac nos quidem perſæpe oleum eiuſmodi bibendum nonnullis exhibuimus,noſq; ipſi experimẽti gratia ſumpſimus:prorſumq; nullam inteſtinis mordacitatem attulit,gutturiq; minime ad tuſſim impetum cõmouit:cumq; oculis eſſet infuſum,ſenſum mouit exiguum,ipſa potius nouitate atq; inſolẽtia quàm acrimonia moleſtum. Atq; eiuſmodi ſanè oleum,ad vnguem oleum exiſtẽs,cuncta tum humectat,tum emollit,vbi nec ſumme(vt monuimus)frigidum nec calidum applicetur. Porrò cui iniectus ſal eſt,nonnulla quoque ineſt neceſſariò mordacitas: verum mirer ſanè ſi quis tantum indat ſalis,vt oleoſam pinguemq; ſubſtantiã exuperet,vtq; Archidamum ſcilicet referat,qui ait cutem aduri ijs qui in oleo fricãtur, quandoquidem & id ſæpenumero factum vidi,cum aliorum nonnullorum gratia, tum arthritidis. fricant enim partes affectas trito in pauculo oleo ſale multo,idq; per intermiſſiones,haudquaquam in paroxyſmis,tum vt ſuperfluum omne exſiccent atq; diſcutiant,tum vt partibus infirmis bonam comparent habitudinem ac robur. Atq; in hoc quidem ſal exuperat, in oleo vero ſuperatur:potiuſque eorum quæ in oleo rigata ſunt,facienda cõparatio eſt,quàm quæ in eo decocta:vtpote qui hominem feruenti nequaquam oleo decocturi ſumus,verum temperato vncturi. Præſtat enim,id quod aliquoties ſupra monuimus,ipſum rei euentum ſenſu perceptibilem & exacte manifeſtum inſpicere. Neque enim ſanè extrinſecus quæſitis opus exemplis eſt,in rebus nimirũ quæ tam clare cognoſci poſſunt. Quin ſiquando forte obſcurum ſit quod quæritur,adeo vt ex alijs ſibi fidem poſcat,neque illic ſanè remotiſſima diſſimillimáque,propinquis præteritis,accerſenda ſunt quærendæ facultatis teſtimonia. Sanè euidens luceque clarius omnibus eſt,quòd frictio ex oleo magis quàm ſicca laſſitudinem aufert,corporaq; emollit, cohibens occludénſque quicquid è nobis foras effluere eſt natum, haudquaquam digerens & exſiccans. Idipſum & Diocles confeſſus eſt,vt qui oblinere poros oleũ dixerit,quæq; effluunt cohibere,tum coria emollire. Quòd ſi rerum euidentia illi nõ ſufficiebat,ac proinde extrinſecus adducere coniecturas potius illi viſum eſt:ea quæ in oleo frigido riganter,memorare,non quæ in feruenti decoquuntur afferre debebat.

Quòd perperam Archidamus inæqualẽ ex oleo frictionẽ aſſeruit. Cap. XIX.

QVemadmodum in talibus,rerum trangreſſus eſt euidentiam,ita illic quoq;,dum ait inæqualem eſſe ex oleo frictionem,manibus videlicet lubrice labentibus. Nam contrarium omnes manifeſtò percipimus,nimirũ quum quæ ex oleo fit frictio,æqualis exiſtat: inæqualis vero ſicca. Cutem enim in frictionibus ſiccis manus coadducũt,ac velut duplãt,firmiterq; ac prẽter naturã complicãt. Dein vbi non amplius prior velut duplatio labentes ſequi manus poteſt,ipſa quidem recurrit,atq; ad continuum reuellitur:manus vero ſemel ac vno impetu in alteram cutis partem tranſeunt,inferiorẽ tranſgreſſæ duplationis partem:ac proinde inæqualem,duram,laborioſam talem ſentimus frictionẽ. Duram quidem,quoniã cutis violenter & tenditur & concutitur. eiſdem de cauſis & laborioſam. porrò inæqualem,quandoquidem non in omnes cutis partes fricantes incidunt manus,verum infernam duplationis partẽ perpetuò tranſiliunt. id quod fit tum ob naturales cutis aſperitates,idq; potiſſimum in natu grãdioribus:tum quòd laxa eſt cum alijs

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 51 sur 277

propè omnibus cutis,tum gracilibus maxime,& ſenibus. Quippe ſi lævis æquabiliter tota,& tenſa exacte cutis foret,haud facilè plicari poſſet,nec inæquales in ſe manuum efficere decurſus,verum facilè reor antrorſum percurrerent,à primis ad reliqua delabentes:nimirum quum nullam ſecum cutis partem ducerent. Atqui quum laxa ſit & aſpera,externo quopiam medicamẽto indiget,quod & rugas eius impleat,& fricantibus manibus lubricitatem præbeat:quas ad res oleo nihil aptius inuenias. mireriſq; profecto Archidamum,qui nec rei ſit reueritus euidentiam,nec quæ eius ſit cauſa inuenerit,ſed in vtriſq; pronunciarit contraria: quippe quum inæqualis ſicca appareat frictio,æqualis vero quæ adminiſtratur cum oleo. nec minime ea teſtimonio ſuo adſtruit ratio,quæ cauſam exponit.

Redarguit prauã medicamentorũ facultates inueniendi rationẽ. Cap. XX.

VErum de Archidamo & Diocle ſatis in præſentiá. Volo enim, quandoquidem ſemel aggreſſus ſum prauã facultatis inueniẽdæ viam oſtẽdere,oleo pro exemplo vſus,omnẽ celerrime orationẽ abſoluere. Igitur quum philoſophi calidum eſſe oleũ aſſeuerant, non paruo (vt putant) argumento, q̃ celeriter ſcilicet in flammã vertatur:contradicentes quidam,id illi accidere aiunt,quoniam tenue eſt,& aërium. Cæterum,frigiditatem eius inde adeò monſtrari,quòd hyeme ocyſſime concreſcat. Nec enim vino ſolum aceto q̃,ſed etiam aqua ipſa promptius à frigore deuinci. Ad ea rurſus obijcientes alij,quòd aërium quidem ſit non negant, idq̃ ex leuitate perſpicuò apparere dicunt:non tamen frigidũ eſſe fatentur:quippe quum aër omnis ſit natura calidus,vti generatio quoque eius indicio eſt:nimirum quum ex tenuata ſolutaq̃ calore aqua,aër efficiatur. Conſtatq̃ iam inde maximam eos ingredi quæſtionem clariſſimis philoſophis dubitatã. Siquidem Ariſtoteles, quiq̃ eum ſectantur,calidum eſſe aëra exiſtimant:at Stoici frigidum. Porrò ad cælerem olei congelationem,quod viſum eſt illis qui frigidum ipſum aſſerunt,ij qui calidum contrà contendunt,non tam valide concreſcere vt aquã contrà opponunt. neq; enim congelationem in eo eſſe aiunt,ſi quis rectè expendat,ſed velut conſiſtentiam & incraſſationem,quia videlicet craſſum eſt & viſcoſum,non quia frigidum. Itaq; rurſum vtrinq; in ambiguum oratio perducitur. Illis quidem ex eo q̃ celerius à frigore vincatur oleum,quàm aqua: his verò ex eo q̃ aqua oleo plus congeletur, cõtraria adſtruentibus. Ad hoc itaq;,quòd de his addubitent,neq; quòd aërium ſit, omnibus cõfeſſum eſt. Etenim leuitas quidem,inquiunt, huius indicium foret: at craſſities non paruam adfert coniecturã ipſum eſſe terreum. Porrò quidam ambo componentes,aërium ſimul & terroſum conſtituunt. Sunt qui hos deridentes,id quod cum primis oleo ineſt,nempe humiditatem,adimere ipſos oratione dicant. Ad hæc,nonnulli ex eo quòd viſcoſum ſit,frigidum eſſe contendunt,alij verò calidum,nonnulli ſiccũ,poſtremo quidam etiã humidum. Etenim niſi contractæ compactæq; partes eius forent,& inuicem exactè adhærerẽt,viſcoſum haud fore:atqui illos omnes frigiditatis eſſe effectus. Nam fundere,extenuare,ſoluere,partes à ſe inuicem ſeparare,eam verò eſſe calidi naturam. At alij contrà,viſcoſum nihil fieri pronũciant citra calidi victoriam,veluti in ſuccorũ omnium patet decoctione,tum eorũ qui ex herbis exprimũtur,tum qui ex fructibus:quippe qui quum aquei principio ſint,ac cõſiſtentia tenui liquidaq̃:vbi decocti fuerint,craſſi viſcoſiq; euadant.

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 52 sur 277

Quin & ex particularibus vtrique exemplis contraria probabiliter adſtruunt, alij viſcum, mel, picem liquidam, reſinã, & alia id genus quæ in profeſſo & viſcoſa ſunt & calida, proponentes: alij cicutæ, pſyllij, atriplicis, blitiq; ſuccum memorantes, & ad hæc veluti colophonem quendam orationi pituitam proferentes. liquidò enim ipſis ea & viſcoſa eſſe & frigida videtur. Quin & ex eo quòd quibus venæ ſectione ſanguis detrahitur, oleum inſtillatũ fluidum reddat ſanguinem, vtroſq; cõtraria adſtruere videre eſt. Alij enim tanquam calore fundens, alij vero tanquam frigore lubricitatẽ præbens, non ſecus ac glaciem fluxibilitatẽ ipſum facere aſſerunt. Atq; inde alió verſi, de lubricorum omnium natura diſceptant, ad extremam vſque garrulitatem oratione promouentes. Porro horum errorem contemnentes quidam, vt ipſi aiunt, pinguitudinem proponunt, quæ proxime ad olei naturam accedit, & euidenter deprehendi poteſt cuius ſit temperamenti: quippe quę in nobiſmetipſis conſiſtat, nec fallere nos queat. Nam in ſanis, inquiunt, & bene curatis corporibus multa prouenit pinguitudo, quę ne inſanus quidem frigida dixerit. talia enim fieri robuſta natura, quam omnes naturales philoſophi calidam eſſe rem confitentur. Sed his ediuerſo quidam in frigidis temperaturis pinguitudinem prouenire aiunt: velut fœminæ indicant, quiq; otioſam vitam tranſigunt. Iam vero & inter gentes vbi frigus quidem ſuperat, pingues: vbi vero calor, graciles prouenire homines aſſerunt: proferũtq; exempla Gallos, Thraces, Bithynos, Ponticos, Galatas, ſicut frigidę regionis incolas, ita quoq; in vniuerſum pingues. Arabes vero, Libyos, Aegyptios, Aethiopes, quiq; terram inhabitãt calidam, graciles & aridos omnes. Nonnulli vero citra particularia exempla, vniuerſali inter ſeſe ratione contendunt, partim pinguem in nobis ſuccum prouenire non poſſe niſi probe à natura cibi conficiantur, aſſerentes, partim in cibis quidem contineri cõfitentes, à noſtro tamen calore cõſumi, velut à flamma oleum: qui vbi infirmior eſt redditus, in corpore aceruari. Sunt qui animantia quoq; in medium afferant, vt quæ natura frigidiora ſunt, pinguiora omnia reperiantur, vt vrſi, oues, ſues: quæ calidiora, itidem & ſicciora, graciliora q; & pinguitudine vacãtia, vt leones, pardales, canes. Præterea inde adeò, quòd madefactę oleo apes, muſcæ, veſpæ, formicæq; intereãt: alij quidem calidum, alij frigidum cõprobare ipſum tentant: ac rurſum alij humidum, atq; alij ſiccum. Etenim quum iam dictæ animantes exangues ſint, ac proinde frigidæ: quidam eas celeriter refrigerari aiunt, atq; ita mori: quidam contrà dum excalfiunt, haud poſſe in contrarium mutationem proferre. Quin & quòd immoderate exſiccantur, alij: quippe quum natura iam antea exſiccata ſint, immoderationis ratione offẽdi. Alij vero quòd humectentur, idq; naturæ contrarietate. Atq; quòd in inſectis animãtibus contraria inuicem colligant, mirum fortaſſis videri non debet: ſed quòd ex ijs quę nobiſmetipſis accidũt, in vtranq; partem diſſerunt, id vero admiratione dignũ eſt. Quippe alij plus, alij minus ſudare nos inquiũt, ſi quis in balneo vngatur. Nec tamen ij qui plus aſſerunt, de facultate eius vniuerſali inter ſeſe conueniunt, neq; ij qui minus: verum ex ijs qui plus nos ſudare aſſerunt, quidam calori acceptum referunt, quidam vero viſcoſitati: priores quidem calidum ſudores prouocare natũ dicentes: viſcoſum vero, alteri. Quippe venandi & aceruandi eorum quę hactenus celeriter defluebant, proindeq; ſenſum fallebant, facultatem obtinens, manifeſtam ita ſudorum copiam efficere. Porrò qui minus ſudare volunt eos, qui aut in balneis aut exercitijs vnguntur, alij quidem illinendi facultatem, alij vero refrigerandi vim

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 53 sur 277

illi attribuunt. Quinetiam ex apparentibus, alij reſiccare, alij humectare ipſum dicunt. humectare quidem, quotquot plus ſudare inunctos cenſent: reſiccare vero, alij. Quinimo & quod à frigore tueatur inunctos, alij quidem craſſitudine viſcoſitateq; inſtar veſtimenti ac munimenti frigus arcere: alij vero per calorē naturalem cōtacta excalfacere referunt. Porrò etiam ex eo quòd quę in libris atramēto cōſcripta ſunt, nihil vitiet aut deleat, haud aliter quàm arena ciniſq;, cum reliqua liquida omnia deleant: quidam ſiccam & velut exuccam eius naturam adſtruunt: quidam vero partium craſſiorū, ac minus elaboratarum. Sic & quòd alijs non cōmiſceatur, hoc alij quidem læuitati, partiumq; tenuitati: alij vero craſſitudini viſcoſitatiq; adſcribunt: quum ſuccis ſui ſimilibus miſceatur, vt maluæ decocto. Eadem aſſerunt & de hoc quòd terra non probe oleo irrigetur, tametſi alijs liquoribus madeſcat, vt vino, aqua, aceto. Ac nonnulli quidem hic eſſentiæ cauſantur ſiccitatem, alij tenuitatem: ſunt qui craſſitudinem. Etenim qui tenuitatem pro cauſa afferunt, intactos tranſire meatus aiunt. At qui craſſitudinem, omnino ne ingredi quidem illos aſſerunt. Neutros verò arguere queas, quum vtraq; de cauſa quædam ne propinquis commiſceantur prohiberi poſſint. Siquidem phyſicorum nonnullis meatuum cōmoderatio, miſtionis eſſe cauſa videtur. Atq; ego nunc ſane illā, in ſumma tātū relatis ſolis ratiocinationū occaſionibus, cōmemoro. Quòd ſi quis ſingillatim vnūquodq; extēdere velit, atq; hincinde in vtranq; partem differere: non vnum ille volumen, ſed etiam complura meo iudicio explebit. Licet enim vel iam nunc proſpicere quàm nō lōgus ſolùm orationis hic euaſurus ſit error, (nec enim tolerari poſſet) verum quòd ſummā etiam interim attinget phyſiologiā, ſic vt diiudicari nonnunquā nequiret. Porro ſi cui conſtaret omnino inutilem eſſe medicis, lōge etiam magis eam rationum viam arbitror effugeret. Non enim abſolute an calidum, frigidum, humidum, ſiccumve vnumquodq; medicamentorum ſit, inquirimus: neq; an formicas, apes, veſpas, aut aliud animalium humectare valeat, aut reſiccare: calfacere, aut frigefacere: ſed quomodo ad corpus ſe habeat humanum. Cum liceat igitur in hominibus experimentum capere, non recte ad alia vertuntur.

Quæ ſit recta experiundæ olei facultatis ratio. Cap. XXI.

ATque recta experiundi ratio, in primis quidem ea eſt quæ in corporibus habetur temperatis: deinde ea quæ in intemperatis: mox, vt ſæpenumero antea monuimus, quæ in calidis, frigidis, humidis, ac ſiccis morbis. Vbi animum aduertere iuſſimus, vt quod per ſeſe quid ageret, ab eo quod ex accidēti, diſtingueretur. Id quod futurū eſt, primū quidem ſi q̄ ſimpliciſſimū affectibus admoueas: deinde ſi an protinus ab initio quod ſenſu poſſit percipi, ſuam vim exerat, cōſyderes, an poſt tēporis aliquantū, aut deniq; vbi ablatū fuerit, velut aqua frigida, quæ caloris efficit repercuſſum. ad hæc alienæ qualitatis miſturæ expers vt ſit, danda quàm maxime opera eſt. Quomodo ergo oleum quis tale efficiat, ſupra poſitū eſt: verū quomodo ſimplici morbo applicari queat, nunc dicemus: id modo prius cōmemorantes, quòd in morborū differētijs oſtēſum eſt corpora quædam ad calidius verſa videri citra aut malum ſuccum, aut pectoris viſceriſve inflāmationem: velut in ingentibus exuſtionibus euenire aſſolet. Quædam vero ad frigidius, vt in vocatis iam paſſim cōſueto nomine perfrictionibus (ψυγμὰς Græci vocant.) In talibus vtiq;

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 54 sur 277

affectionibus ſi oleum adhibeas, manifeſtò cõperies refrigerare nos an calfacere ſit natum. Sed illud tamen conſtet, vt omni prorſum aliena vacet qualitate vehemẽti. Id enim perpetuò in omni medicamento memoria tenere oportet. Atq; hæc quidem ſumma eſt rationis. At opus ipſum quod perficitur, experientia cõmonſtrat. Nam qui ardore tenẽtur, tanũ abeſt vt à calore liberentur, vt etiam magis exęſtuẽt, & procedẽte tẽpore calidiores euadant. At algentibus, ex olei inunctione perſpicua nulla aut noxa aut vtilitas affertur. Ex quo liquet vt calfacere ſit natum, certe nõ admodũ id poſſe nec euidenter, ſicuti reſina, pix, bitumẽ. Inaudienda eſt nunc pix non ſicca, itidem nec reſina, nec bitumen ſiccum. nec enim ipſis inungi quis poſſit, neq; item quæ ſol liquarit. Quippe hæc nec ſimplicia nec ſponte nata ſunt medicamẽta, verum reſina, quæ græce ἀυτόχυτος à ſpõtaneo fluxu dicitur, aut terebinthina, aut lẽtiſcina, quæ liquida etiamnũ ac recens ſit, aut ex pinea, quæ in fictilibus ſuperne olei ritu innatat: pix autẽ liquida, aut potius quod oleoſum in ea ſuperne fluitat, quod vtiq; πίσσανθος, hoc eſt, picis florẽ nuncupãt, eſt enim reuera tanquã picis flos. Sic bitumen adhuc liquidũ, quod ex Media importatur, omnia enim hæc pinguia ſunt, plurimumq; oleoſæ naturę poſſident: veluti myrrha, ſtacte, & picinum, iuniperinũ, cedrinũ, laurinumq; oleum, & alia huiuſmodi clariſſime refrigeratos recalfaciunt, exæſtuãtes vero ſumme excruciant. Atq; hęc quidem vtriſq; excalfacere cõfeſſum eſt: at oleũ neutris admodum, neq; refrigeratos ſcilicet excalfacere, ne c excalfactos offendere. non tamen obſcure ijs qui ex ardore febricitant, faſtidij cuiuſdam cauſa eſt, caloremq; augere apparet, quemadmodũ in exquiſitis eryſipelatis: quippe quæ bilioſę ſunt fluxiones. manifeſtò enim in his calorẽ adauget etiam ſi applicetur vel frigidiſſimũ. Etenim in ardoribus ſi ſalis ſit expers, & alioqui etiã candidũ, nõnullũ ſanè ſolatiũ, ſi modo frigidũ perfũdatur, affert. In eryſipelatis autẽ, quãtũuis ſit frigidũ, nihil iuuerit. cęterũ lędere omnes quę ex pura bile ſunt fluxiones, vel maxime eſt natũ: at quę ex ſanguine cõſtant illi permiſto, has quidem minus, non tamẽ vulgariter. Porrò iſtis etiam minus, ſed tamen perſpicuò affligit inflãmationes etiãnum feruentes. Ex quibus omnibus cõiecturam ducenti viſum eſt tãdem calorem parẽ eis quibus applicatur accẽdere. Apparet enim corporibus mediocriter calidis admotum, moderate illa excalfacere: quæ vero valide, validum accendere calorem.

Quòd oleum ex eorũ ſit numero quæ ex æquo nos excalfaciunt. Cap. XXII.

Dictum eſt igitur in tertio de Temperamẽtis, venitq; nunc iterum dicẽdum, q vnumquodq; medicamentorũ quæ corpori applicantur, quæ quidem calida eſſe facultatibus diximus, caloris ſui principiũ à nobis accipiens, partim ſimiliter nos recalfacit, partim valentius. Atq; ex ijs quæ nos æqualiter recalfaciũt, oleum mihi eſſe viſum eſt, particulares eius vires inſpiciẽti. cõperi enim perpetuò calorẽ efficere tepidum in ijs quæ mediocriter eſſent calida, feruentẽ in feruẽtibus. proindeq; mihi eſt viſum neq; cõuulſiones, neq; tremores, neq; ſenſum tum difficilem tum deperditũ magnopere aut iuuare, aut lędere. Quippe iuuare nequibat, cũ valẽter excalfacere nõ poſſet: nec lędere item valebat, quũ omnino nõ refrigeraret. At vbi adſcititium cõparaſſet calorem vehementẽ, multum prodeſſe: nempe vbi in alueolos olei calidi in quo radices quædã aut herbæ excalfaciendi facultate pollẽtes incoctæ erant, ita affectos demiſiſſemus. Vnde merito velut materia quædam

cæterorum fuerit medicaminum. Nam ſi frigida illi cõmiſceas, frigidum efficietur quod miſtum erit. ſin calida, calidum: (quippe quod ex media temperie eſt, vtriſq; ſummis inſeruit) vtpote quod ſi calido cõmiſceatur, id quod ex ambobus miſtum erit, frigidum efficere non valeat, nempe quum ipſum nõ ſit frigidũ: neq; ſi frigido, calidũ: quippe quum ipſum non ſit calidũ. Itaq; non immerito alij calfacere ipſum aiunt, alij vero negant. Calfacere enim videatur, quum ad parem calfaciẽti corpori calorẽ peruenit. hac enim ratione recalfacere rurſum poteſt. Quod vero quam acceperat augere caliditatem non poteſt, haudquaquam calfacere videatur: quippe quum non quam acceperit, ſeruare, ſed augere, calfacientis ſit opus.

Quænam ſint principia tantæ de medicamẽtorum facultatibus ambiguitatis. Cap. XXIII.

Iuſmodi porrò ambiguitatum tria ſunt principia. Quod nõ diſtinxerint genera eorũ quæ nos excalfacere dicuntur: & q; homonymijs ſiue æquiuocationibus vtantur confuſe: & quod nihil relinquant medium. Itaq; calfacere nos dicũtur & quæ energia ſiue actu ſunt calida, vt ignis: & quæ poteſtate. Tum quæ poteſtate ſunt calida, partim alimenta ſunt, partim medicamenta, partim tegumẽta. Porrò calidũ quoq; ipſum & quod actu eſt, ita nominare conſueuimus, & quod poteſtate: velut ſubinde ante monuimus. Sed & calidum actu eſt & quod ſimpliciter eſt calidum, vt ignis: & quod per exuperantiã, vt animal, & quod ad ſui generis ſymmetrum cõparatur, & quod ad quiduis obuiũ. At quod poteſtate dicitur, primũ quidem diſtinguitur cõtra id quod eſt ex accidẽte: deinde totidem habet ſignificationũ differentias, quot actu calidũ. Etenim quum ſit velut apta quędã materia ei quod eſt actu calidũ, partim ad ea quæ abſolute calida nuncupãtur, partim ad ea quæ per excellentiã quãdam, tum ad quiddam ſui generis, aut ſpeciei, denicq; & ad obuium quiduis collatũ, propria vtiq; fuerit materia. Quocirca quum ea cõſyderemus quæ referũtur ad hominem: vt alia prorſum omittãtur, æquũ exiſtimamus. In iſtis ergo omnibus peccare ſolent qui de medicaminũ viribus cõſyderant, & præterea q; mediocritatis tum in naturalibus noſtris temperaturis, (vt in opere de temperaturis oſtendimus) tum in medicamẽtis expendẽdis prætereant. Siquidem tanq; neceſſario id cuius perpenditur facultas, medicamẽtum aut calidũ aut frigidũ, aut humidum aut ſiccũ eſſe debeat, ita verba ipſi faciunt: ac ſi non fieri poſſet vt in calfacientiũ nos ac refrigerantium medio quiddam cõſiſtat, atq; aliud rurſus inter exſiccantia & humectãtia. Adeo inuenire eſt quoſdam ſtupidos, vt ne vbi audierint quidem veritatem, aſſequi poſſint. Itaque quoſdam etiam noui, qui contrà contendere adſtruereq; conarentur nihil temperamento eſſe medium.

Quod cõpluribus nos modis calfacere oleũ appareat: nempe vt alimentum: vt medicamẽtum: vt tegumẽtum: & quod excalfacientium nos ac refrigerantium medium quodammodo obtineat. Cap. XXIIII.

Verum hos in libris de temperamentis iuſtis cõfutauimus rationibus: nihilo ſecius idem in ſequẽtibus facturi. Huic autem libro finem imponere ſtudens, ad oleum reuertor. Accidit enim illi vt fortaſſis tanq; alimentum nos excalfaciat, vbi ſcilicet intrò in corpus aſſumitur. pro-

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 56 sur 277

batis enim quibuſdã tum medicis tum philoſophis, ſicut ex cibis, ita ex oleo corpori fieri appoſitione viſum eſt. Accidit vero illi vt tanquã medicamen mediũ ſit nos calfaciẽtium & refrigerãtium: tum etiã velut tegmen nos excalfacit: naturæq; eius vel maximè propria eſſe imago videtur eiuſmodi. Nam quẽadmodum veſtimẽta à nobis ipſis excalfacta, rurſum nos recalfacere cõſueuerunt, ita & oleũ. Sed quemadmodũ illa excalfaciẽte corpore calidiora non euadũt, ita quoq; nec oleum. Recte autẽ perpendas rem totam, non ad præſens modo, ſed & ad futura omnia vtilem, ſi aëris nos ambientis memineris: qui interim eo qui in nobis eſt calore vſqueadeo redditur frigidior, vt munimentis quibuſdã aduerſus eum tegminibuſq; ſit opus: interdum vero vſqueadeo rurſum calidior euadit, vt ferre nequeas, fugiaſq; ſub tectum aliquod vel vmbram. Eſt autẽ etiam quãdo tanta eſt moderatione præditus vt neq; tepefaciẽtia, neq; refrigerãtia expoſcas: ſed citra omnẽ moleſtiam ſenſumq; in eo verſeris. Tertiam hãc temperiem quam modo dicebam, ſymmetrã moderatamq;, atq; aliarũ mediam eſſe ſtatuo: ac corpus noſtrum neq; excalfacere neq; refrigerare: quum aliarũ duarũ altera nos excalfaciat, altera vero refrigeret. Similemq; eſſe dico mediæ aëris nos ambientis tẽperaturæ, tum qui à veſtimẽtis, tum qui ab oleo prouenit calorẽ. Porrò ſi ne ſic quidem etiam clarũ euaſit quod indicare volo: at illo ſaltẽ modo apertius opinor intelliges. Duos mihi animo intelligito homines corpore ſimiliter tẽperatos, mutuo ſeſe cõtingentes vel pectore & ventre ſolis, vel manibus & cruribus. Quòd ſi eandem duobus iſtis hominibus nactus ſit tẽperiẽ aër illos ambiens, vt in tribus ijs corporibus par inſit calor: neuter ab altero tunc excalfieri dici queat. Nam quę ſimilia vndiquaq; corpora ſunt, à ſeſe mutuo nullam accipiunt mutationẽ. At ſi frigidus ſit ambiens, mutuo ſe calfacere ij homines dicentur, tametſi haud quaquã excalfaciãt, ſed frigus modo arceãt. Vulgo itaq; affueti abuti vocibus, id quod frigus arcet, excalfacere aiunt: haud ſanè recte. Atqui permittẽdum ipſis eſt vt prout velint appellent: cæterum per calfaciendi verbum in vtraq; dictione idem ſignificari, id vero neutiquã concedendũ. haud enim idem eſt an ex ſe quid cuipiam calorẽ præbeat, an frigus prohibeat. Quibus ſic ſe habẽtibus quæcunq; foris nobis iniecta eandem corpori caliditatem obtinẽt, ſiue à ſeſe ipſis, ſiue ab alijs, ſiue à nobiſmetipſis eam nacta fuerint, exacta loquẽdi ratione neq; calfacere, neq; refrigerare dicendum. At ſi cui abuti libeat, non repugnandũ: modo in dictione ſignificationũ differentiã cõmemoret. Siquidem alio modo calfacere nos dicitur aër calidus, atq; alio modo qui ſit moderatus. Reſpondet autẽ proportione aëri calidiori pyrethrũ, napy, piper: moderato autẽ, pinguitudo, & oleũ. actu enim aëres ſunt calidi: potẽtia vero medicinæ. Aëra enim calidũ haud ipſi efficimus, ſed quoniã in eo verſando talem ipſum experimur, ita nuncupamus. At medicamẽta, ſicuti in tertio de Temperamentis demonſtratum eſt, principium excalfactionis à nobis accipiẽtia partim æquenos recalfacere ſunt nata, partim plus, partim minus. Ex genere autẽ eorũ quæ æque nos recalfaciunt, oleum eſt. cui eidem quoq; à viſcoſitate, ac q; difficulter item defluat, tum quòd meatus infarciat, obſtruatq;, duplici ratione vt excalfacere videatur euenit: tum inde adeò quòd inſtar veſtimenti aut munimẽti illinatur: tum quòd meatus infarciat, prohibeatq; foras effluere magnã vaporoſi intus caloris partem. Eadem ratione nec vt reſiccẽtur corpora noſtra permittit, niſi ſanè applicetur calidum, idq; pluſculo tẽpore. Has itaq; vires eius quũ homines omnes experientia compertas habeant: quos largius ſudare volunt, ſiue

à balneo,siue balnei expertes,ijs non protinus ab initio oleũ admouent: verum in in ijs qui morbo laborarunt,vbi sudare inceperint,tum excalfactum perfundunt. In ijs vero qui etiamnum laborant,vbi abunde iam satis sudarint. Porro in sanis,si quidem ex lõgo itinere,aut exercitatione,alióve quouis pacto corpus ipsis exhaustum est:eis inungi & ante sudorem permittũt,verum quibus cruditas est,aut corpus habent plenum,quod πολυθωρηκὸν vocant,his neq; in balneo inungi concedunt.

Quòd mediũ sit oleum inter humectãtia nos,& exsiccantia. Cap. XXV.

ATque hic quoq; mihi videtur oleũ esse medium inter humectantia nos, & resiccantia: velut inter excalfacientia & refrigerãtia mediũ consistere suprà demonstrauimus. humectat enim aqua: exsiccat vero tum laurinũ,tum cedrinum oleũ. At quod simpliciter sic admouetur citra vllã videlicet ex arte conciliatã à nobis aut caliditatẽ aut frigiditatẽ: (huius enim vsq; meminisse oportet) talem seruat nostram temperiẽ,qualem scilicet accepit: q̃ fieri possit maxime vaporosas omnes corporis expirationes prohibens. Porrò si plusculũ membra frices oleo,calorem ex frictione adscititium cõparabis. Atq; hac interim ratione lassos non parũ iuuabis: partim q; in minutos corporis meatus pingue ingrediatur, & quæ indurata sunt emolliat:partim quòd humiditatem acrem ac subtilem quæ in lassitudine ex colliquatione proueniens sub cute latebat, per halitum digerat. Conspiciuntur enim exercentibus tum foras effluere sudores: tum intus in ventrẽ non pauca defluere excrementa,quæ velut liquamina sunt. Ex hisce autem colligendum est complura toto in corpore eiusmodi relinqui,quæ euacuationẽ depoſcant. Quippe duplex in lassitudinibus affectio nascitur,sicut alibi ostẽdimus. Nam similares quidem animãtis partes resiccantur,humectãtur verò vacua spatiola, non vtili & naturali humore:(nam sic foret plethora,siue repletio)sed tenui & acri,mordaciq;: proindeq; remedijs indigent duplicibus: tum ijs quæ siccitatẽ irrigent, tum ijs quæ humorẽ acrem euacuent. Itaq; ad hæc aptissima sunt dulciũ aquarum lauacra,nimirum quę humiditate sua instrumentorũ corrigant siccitatẽ,& caliditate tenuem atq; acrem humorem eliciant. At si corporibus inhærere posset aqua,nec facilè defluueret,ipsa quidem per se sufficeret. Atqui quum ea quę foris cõtingit,facilè defluat:& quæ in poros ingressa corporis nullã habens ansam prõpte effluat:in hoc sanè ipsum vtiliter miscetur oleũ,maximeq; iuuat si ex vtroq; quis diutius fricetur: id quod veteres græci χυτλᾶσθαι nominabãt:cui oppositũ imposuerunt vocabulũ ἐηρολιφεῖν, quod est sicca vti frictione. Est sanè & hoc quoq; quodãmodo lassitudinem sanare potẽs, sed multum relinquitur ab eo quod χυτλᾶσθαι nuncupant. Nam vt reliqua taceam: vbi cum oleo aqua contunditur tèriturq;, haud facilè solubili mistione coit:vt quibus ita corporibus inungatur oleum, necesse sit & plusculùm inhærere aquam. Quare hic item velut materia est quædam oleum,humectantium exsiccantiumq;: sicut ante ostensum est excalfaciẽtium & refrigerantium. Quippe quod si exsiccãti commisceas,totum effeceris exsiccans:sin humectanti,& ipsum humectans reddideris. Sępeq; quod ex ambobus constat,maiorem adipiscitur humectandi facultatem,quàm id quod primario est humectans: quod in aqua accidit. Nam ea primario madefacit. Verum quum haud ita diu inhęreat,nec actionem obtineat diutinã,leuiter vtiq; prodest. Cum ergo illi velut vinculũ fiat oleum,cogatq; plurimum

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 58 sur 277

quibus auxilio eius opus est, inhærere: longe omnium optimũ redditur remedium exsiccatis squalidisq; corporibus. Sic si exsiccãs oleo medicamen commiscas, puta chalcitin, pyrethrum, gallam, struthion, siccans erit quod ex vtroq; cõmistum fuerit. Itaque quum omnibus quæ sibi commiscentur, subseruiat, recta ratione velut omnium existit materia: tametsi vtique necessario propriam eorum actionem retundit quidem ac minuit, non tamen vtilitatem: imò est vbi eam quoq; adaugeat. Haud est enim idem quod forte quis autumet actionem augere cuiuspiam, & vtilitatem: quippe quum actio secundum propriam cuiusq; facultatem, vtilitas vero nonnunquam ex accidenti proueniat. Differemus autem postea vberius de vtilitate quę per accidens euenit: & nunc quoq; hactenus de ea dicetur, quatenus in præsenti est commodum. Quippe contula cum oleo aqua, quod hydrelæum vocant, magis auxilio est lassitudinibus, quàm si esset sola: non quidem quòd suæ vires intendantur, sed quòd quibus opus est, diutius inhæreat.

Quòd materiæ rationẽ obtinet, in mistis mediam tenere temperiem debere: alioquin enim futurũ vt mistorũ sibi aduersetur actioni. Cap. XXVI.

QVòd autẽ nisi mediam habeat temperiem id quod ea quæ primario quibus opus est auxiliãtur, velut deuinciet, sæpenumero ipsorum repugnabit actionibus: ex ipsa medicaminum natura generatim addiscere liceat, speciatim autẽ ex medicamentorũ historia. Generatim quidem, quoniam id quod miscetur, si in contrariũ retrahat, admisti sibi facultatẽ medicamẽti vincere interim poterit, & in alteram planè speciem quod ex ambobus miscetur trãsferre. Siquidem quod materiæ rationem in mistura præstabit, nullam insignem neq; speciem neque facultatem exerat oportet. In particularibus vero experiundis hoc maxime pacto addisces non debere id quod materię rationem obtinebit, aut excalfacere aut frigefacere aut humectare aut resiccare, si primum quidem in memoriam reuoces quæ supra de resina, & pice liquida, myrrha, bitumine, tum cedrino, & laurino, ceteriscq; quæ excalfaciunt, commemorauimus. Hæc enim omnia in aqua trita ad modum olei, calfaciunt magis quàm refrigerant, desiccant plus quàm humectant. quam ob rem lassitudinis sensus non admodũ soluere valent. haud enim eandem cum aqua vim obtinẽt, quò scilicet auxilio magis sint, quàm aduersentur: neq; mediam inter extrema naturam sortita sunt: vt videlicet tanquã materia quædam inseruiant primario agẽti. desiccant enim & excalfaciũt potius, non humectãt ac refrigerãt, velut aqua. Si vero excalfacientium admodum resiccantiumq; cuipiam aquam commisceas: non modo nihil eorũ quæ agere nata est, fieri videbis, sed prorsum obscuratam, tanquam omnino admista non esset. Siquidem chalcitis, sandaracha, misy, cæteraq; quæ nos vehementer tum excalfaciunt tum resiccant, validas etiamnum suas vires etiam aquæ permista obtinent. Omnino ergo constat mediam obtinere temperaturam debere quod vtrisq; extremis tanquam materia inseruiet. quem in ordinẽ oleũ si statuas, nihil vtiq; peccaueris: quippe quum omnia singillatim opera tibi cõsentiant. Et accusabis prolixitatis, nõ nos vtiq;, sed qui recta via præterita prauam prolixamq; sectantur: quorum sanè causa hunc nos sermonem extendere sumus coacti. Ipsa enim veritas celerrimam inuentionem obtinet: vt quæ ab euidenter apparentibus exoriatur. Haudquaquam tamen eousq; orationem prolon-

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 59 sur 277

gaui,quousq; licuerat omnia quæ praue ab ipsis prodita erant scripturum,causasq; errorum edocturũ pollicito. Sanè causas dixisse necesse fortassis fuerit: nempe quòd qui ex ipsis proueniunt paralogismos in tota particularium medicamentorũ iudicandi ratione cauere possis,veramq; doctrinã cum maiori scientia percipere. Crescit enim nobis de rebus fides, vbi non solùm ipsam veritatem cognorimus,sed etiam paralogismorum omnium causas edidicerimus.

De rosaceo. Cap. XXVII.

QVod sanè in sequentibus efficiemus. Nunc autẽ vbi pauca de rosaceo ad ea quæ ab initio sunt dicta adiecerimus,orationem hoc in loco sistemus. Igitur dictum est quòd neq; odoribus, neq; coloribus,neq; alij omnino accidentium animũ adhibere in expendendis facultatibus rationabile sit: sed ijs quæ perspicuè apparent tum in sanis corporibus, tum in ægris. Ostensum etiam est oleũ vbi salis expers purumq; ad vnguem fuerit,ex media esse materia. Conficiendum itaq; rosaceum quod exactum simul ac simplex, req; vera rosaceũ erit,ex hoc videlicet oleo: dandaq; opera ne quid in se medicaminosius contineat,vti apparare solent vnguentarij, quò videlicet tum magis duret,tum odoratius euadat, oleum videlicet prius quàm rosas inijciant,odoramẽtis præcõdientes. Ac præstiterit fortassis ipsis etiam nominibus ea distinguere: quod veteres feciſse cõstat. Oleum etenim rosaceum nominare assolent, quod absq; odoramentis præparatum est: cui autem & horum aliquid inditum fuerit, non id etiam oleum,sed vnguentum cognominant. Itaq; quum oleum velut materia quædam sit excalfacientium refrigerantiumq; medicaminum,ex media videlicet temperatura,cõstetq; ex oleo & rosis rosaceum: est vtiq; & ipsum talis temperaturæ,qualis est rosarũ succus. Sanè vero facillimum fuerit non modo rosarum succi per se,sed oleo quoq; rosaceo confecto, in sanis pariter atq; ægrotis (vt iam frequenter monuimus) virium eius periculum facere. Experieris ergo eos qui adustione tentantur, ab eo refrigerari, protinusq; vtilitatem aliquam percipere: qui vero refrigerati sunt, omnes lædi: vti facilè ex vtroq; intelligas vires eius refrigerare magis quàm excalfacere. Non tamẽ valida à rosaceo apparebit refrigeratio,sed quæ proxima videatur temperiei mediæ. Voco autem id genus medicamẽta, lucidioris doctrinæ gratia, ex prima natura ordineq; refrigerantium: sicut rursum quæ paululum à media temperie ad calidiorem declinarunt,ex primo recessu & ordine excalfacientium. Atq; hæc quidem in præsentiarum de rosaceo nouisse oportet. Necesse enim erit & in sequẽti libro ipsius medicamenti meminisse, & quæ reliqua sunt dictis adijcere.

Libri secundi finis.

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 60 sur 277

GALENI DE SIMPLICIVM MEDICAMENTORVM FACVLTATIBUS liber tertius, Theodorico Gerardo Gaudano interprete.

QVòd equidem nihil, nisi quod vtile curandis morbis foret, hoc tractatu describere decreuerim, primò potissimumq; deos huius rei testes habeo, deinde & amicos meos, qui me, tum vt hoc opus aggrederer, tum vt quæ ab alijs perperã de medicamentorũ facultatibus sunt prodita, quoad liceat cõmemorarem, assidue hortari nõ destiterũt. At si quis erit qui orationis nimia grauetur prolixitate, non id mihi iure imputauerit, sed ijs medicis quibus pro veris probabilia potius scribere studiũ fuit. Nam & ego nũc quidem etiã magnopere vereor ne quia nimis paucis illos cõfutauimus, sophismata quædam cõuersantes cum illis adolescẽtulos à recta opinione deijciãt: quãdoquidem si in dialecticis methodis exercitati, aut captionũ soluẽdarũ periti ad libros legẽdos accederẽt, tum sanè & ab ijs qui falsis demõstrationibus vtũtur, magis sibi cauerẽt: & nos qui veritatẽ compendio tradimus, rectius intelligerent. Quoniã vero vel ipsorũ medicorũ pleriq; nequaquã in istis sunt exercitati, tum inter illos quoq; nõnulli reperiũtur ingenio natura tardiusculo: ij nisi nostris suppetijs qui sophismata arguimus, iuuẽtur, nõ ægre persuasi in sophistarũ sententiã perducentur. Itaq; quod ad istos attinet, deesse huic etiã operi quippiã videatur. Verũenimuero quando ad omnes mihi orationẽ accõmodare nõ licet, quum tãta sit eorũ qui hæc legẽt, nõ modo naturarũ, sed etiã ætatis & habituũ diuersitas: quod vtiq; visum est fore maximæ parti vtilissimum orationis genus, id superioribus duobus cõmẽtarijs sequuti sumus. In quorũ priore quidem de aquæ acetiq; viribus contẽplati sumus. In secũdo maximã partẽ de oleo peregimus, pauculis postea de rosaceo adiectis. At in hoc tertio libro eiusmodi vtemur oratione, qualem ab initio protinus habere instituebamus, idq; definitis primũ vocis cuiusq; significatis. Deinde tractatus huius velut elemẽta tradituri, mox ad syllabas accedemus: ex quibus operis finis, ad quem contendimus, prompte sequetur.

Quot modis dicatur calidum, humidum, frigidum, siccum. Cap. I.

AEterum, vocũ definitio nihil accuratius edocebit, quàm quæ in tertio de Temperamentis, simulq; in primo cõmentariorũ istorũ sunt prodita. repetã tamen eã nihilo secius & in præsentiarum. Corporũ vnumquodq; aut calidũ, aut frigidũ, aut humidum, aut siccũ & dicitur, & apparet, interim quidem ex sua natura, interim autem aduẽtitia qualitate assumpta. Consueuimus autẽ quod ex sua natura est, primario, & secũdum se, & per se potẽtia tale & esse & videri dicere, quod vero adscititiã acquisierit qualitatem, ex accidẽti quopiam esse videriq; eiusmodi. Porrò eorum quæ propria sua natura, aut calida, aut frigida, aut sicca, aut humida dicũtur: quædã actu seu energ&a talia existũt, alia potẽtia: differẽte quidẽ hoc potẽtiæ modo, quem nunc dicebamus, ab eo quem paulo ante diximus. Illic enim ex aduerso diuidebatur ei quod ex accidenti dicitur, hic vero ei quod actu. Sed & eorũ quæ actu dicũtur, aliud quidem absolute est calidũ, frigidũ, siccũ, aut humidũ, velut elemẽta: aliud excessu, vt homo, equus, bos, canis, & vniuersa animalia. Aliud ad symmetrũ seu generis sui seu speciei, vt, verbi causa, leo cum homine cõparatus,

homo autẽ ætate florens cum puero. Aliud ad quiduis obuiũ, vt Dion ad Theonẽ. Quin & corpora quæ potẽtia talia aut talia dicũtur, vnumquodq; vt ad id quod eſt actu relatũ dici neceſſario monuimus. Id quidem quod facile accẽditur, ad id quod actu eſt abſolute calidum: hoc vero quod alia calfacit, ad id quod per exuperãtiam. Sic quod hominẽ calfacit, eſſe vt ad hominẽ potentia calidum: quod vero bouẽ aut equum, vt ad bouem & equũ. Similiter hoc huic, verbi cauſa homini: illud vero illi calidum, frigidum, ſiccum, aut humidum eſt, illius vnius naturæ comparatum.

Ad quid, & quæ nominum diſtinxiſſe ſignificata conduxerit. Cap. II.

EX hac nominum diſcretione & ad aſſequẽdam iudicij cognitionẽ nõ parũ ſumus adiuti. Siquidem ſi ad hominẽ quid dicatur calidũ, à cęteris omnibus recedendũ, & in ipſo duntaxat homine periculũ ſumendũ explorandumq; cenſuimus. Si vero quid ad equũ, bouẽ, ceruum, aut aliorũ animalium quoduis, in ipſo rurſum periculũ faciendum erit. Interim vero & illos quoq; caſtigauimus, qui ex cõſiſtentia, colore, odore, ſapore, grauitate, leuitateq; cuiuſq; medicamẽti exiſtentẽ in ſingulis facultatẽ inuenire tentarũt. Atq; hæc vtiq; rectæ nominũ diſtinctioni cõſentanea videntur. At quæ velut elemẽta huius eſſe tractationis propoſuimus, in primarum conſiſtere qualitatũ cognitione oſtẽdimus. Quas quidem in libro de elemẽtis ſecũdum Hippocratem, humiditatẽ, ſiccitatẽ, caliditatẽ, frigiditatemq; eſſe demonſtrauimus: propeq; harum quoq; inuentionẽ aſſequebamur ex ſignificatis nominum recte diſtinguẽdis. Etenim quum medicamẽtũ ab alimẽto diſcerneremus, quod medicamentũ in qualitate alteraret, alimentum vero ſubſtãtiæ corporis adſimilaretur, recte hinc ad alterantium nos qualitatũ inuentionem perducti ſumus.

Quod cum duplicia ſint genere quæ alterãt, alia ſpecifica, alia minime: in ſpecificorum genere conſiſtant medicamentorum facultates. Cap. III.

PRorsùs quum duplices ſint in genere alterationes, aliæ ſpecificæ, quæ proprie ſanè & primario dicũtur alterationes: aliæ vero quæ contundunt & contrahunt corporis noſtri particulas, quas vtiq; potius per abuſionem q̃ proprie alterationes cognominãt: in primo genere, medicamẽtorum contineri facultates cenſemus. Nec enim quicq̃ ex ſpecie in ſpeciẽ mutari queat citra excalfactionẽ, refrigerationem, humectationẽ, & reſiccationẽ. Dico autẽ ex ſpecie in ſpeciẽ, velut cum ex pane, ptiſana, lente, ſanguis, pituita, bilis tum flaua, tũ atra, atq; ex his iterũ adeps, os, neruus, caro, arteria, vena, atq; adeo cæterarum animãtis partiũ vnaquæq; gignitur. At ſi ſecãdo nos quippiã, velut vitrum & enſis: aut cõtundẽdo, vt lapis & plumbũ: aut ſegregata coarctãdo, vt vinculum, quadantenus partes alteret: ea haud pharmaca fuerint: quippe quum eiuſmodi alteratione nullę rerũ omniũ ex propria recedant natura. Etenim ſiue minutim panẽ frangas concidaſq;, ſiue minutim conciſum colligas, nõ tamen propriã ideo formã exuet, neq; caro ex pane fiet per cõtuſionem, neq; os exẽpli gratia per coarctationẽ. Verum dum in vẽtre veniſq; concoquitur, in ſanguinẽ pituitamq; abit: atq; inde ex iſtis in os, carnem, & alias corporis partes tota ſua ſubſtãtia alteratur, veteremq; naturã exuit, in aliã tranſiẽs ſpeciem. Nec tamen ab alio quopiam q̃ calore, frigore, humiditate, ſiccitateq; eas quæ fiũt in aliã eſſentiæ ſpeciẽ alterationes mutationeſq;, ſinguli corporis affectus accipiunt: vt demonſtratũ eſt. Atq; hac ratione primas & elemẽtarias ſpecificas qualitates quatuor eſſe diximus, humiditatẽ, ſiccitatẽ, caliditatẽ, & frigiditatẽ: quærimuſq; quam

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 62 sur 277

harū medicamētum vnumquodq; in miſtura pollentē poſſideat. Atq; protinus in hoc primū pleriq; eas inquirentiū lapſi videntur, q; videlicet pollentē abſolute tanq̄ naturales quidā philoſophi conſyderarent. Præterea cōplures quoq; eorū decipi videntur, quòd ſine certa methodo Ariſtotelis Theophraſtiq; libros perlegant.

Quòd ſolis philoſophis conuenit de calido, frigido, humido, & ſicco, vt ad totā naturam diſtinguere, medicis vero vt ad homines. Cap. IIII.

SIquidem permagni refert an totius naturæ reſpectu, an hominū duntaxat, de calido, frigido, humido, ſiccoq; definiamus. Nam totius naturæ reſpectu bifariā horum vnumquodq; dicitur, partim abſolute, partim per exuperantiā. Abſolute quidem vnūquodq; elementorū: homo vero, equus, & bos, per exuperantiā. Iam autē quū ad aliquid reſpiciēdo exploratio fiat, illud modò cōſyderādū erit, quòdnam ſit illud ad quod dicitur. Nos vero medici nō id quærimus, an in aqua marina humidi ſimpliciter plus ſit q̄ ſicci, (id enim clare cōſpicimus) ſed ſi ad hominem cōferendo. neq; tamē rurſum ad hūc ſimpliciter, ac ſi leonē illi cōpares: quippe quum ſic homine humidior marina fuerit. Quonam igitur pacto ſcrutabimur an ſicca ſit facultate marina? Quonam alio, obſecro, q̄ an corpus humanū in æqualitate quadam reſiccare valeat? Itaq; in hoc vnū modò cæteris relictis intēdendum. Atqui contrà faciunt medicorū pleriq;. Nam ad quiduis potius reſpiciunt q̄ ad hoc. Quomodo ergo ad hoc ſolū conuerſi, reliquis prætermiſſis, quānā in hoc agēdi facultate polleat marina, cognoſcemus? An videlicet corpori applicātes, ſicq; eius periculum ſumētes, lauādo, rigādo, fouēdoq;, tū ſubinde lanā aut ſpongiā marina madentē partibus applicādo, ad hæc emplaſtris ceratiſq; miſcēdo, atq; in his ōnibus, ab eo quod ex accidenti quādoq; euenit, id quod à propria medicamenti vi proficiſcitur, diſtinguēdo? Nā in hoc omnis inuētionis ſumma cōſiſtit, quā vix quiſquā illorū attingit. Sed eos philoſophorum verba decipiunt, haud potentes homonymiam percipere.

Quòd per exuperātiam dici, bifariam apud philoſophos accipiatur, nempe vbi aut mole quid exuperat, aut qualitate. Cap. V.

NAm non ſolū, vt modo diximus, aliud ſimpliciter, aliud per exuperantiam ab ipſis dicitur: (ſimpliciter enim ignis calidus eſt, per exuperantiā homo:) verum quod per exuperantiā dicitur, bifariā quoq; dici autumāt: partim ſecūdum ſubſtātiæ molem, (velut & nos quoq; in Temperamentorum cōmentarijs diuiſimus) vt ſi cados duos aquæ ſumme feruentis vni cado aquæ maxime algentis infuderis: partim vero ſecūdum qualitatū effectum. Atq; hoc ita dicunt, tanquā ex dogmatis conſequentia, non ex ijs quæ euidenter apparēt, accipiētes. Nam proponentes frigidū omne cōtrahere, conſtipareq;, & ſubſtantiā reddere immobilem, calidum vero rarefacere, fundere, coquere, mouere: rationabiliter in plantis omnibus vincere calidū pronunciāt. ſiquidem haud aliter neq; nutrimēti ex terra digeſtionē prolixiſſimam, neq; alterationē eiuſdem, neq; concoctionē, quin nec incrementum prorſum plantarū, neq; germinationē, neq; fructuum generationē perfici poſſe, niſi calidum ſuperaret. atq; ita rurſum inter plātas, alias calidiores, alias frigidiores cōſtituunt. Ex eadem iſta hypotheſi pēdet ea ratio qua roſas eſſe calidas cōtenderūt.

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 63 sur 277

Siquidem in illis, si in alijs vllis plantis, plurimum vincit caliditas. Ex altera rursum hypotheſi dependet quod de oleo & adipe adſtruunt. Nam quòd ocyſſime inflamentur, idcirco calida eſſe ea facultate iudicãt. Et alio rursum modo quæcunq; dulcia ſunt, calida eſſe dicũt. ſiquidem & familiariſſima ſint ſimillimaq; naturis noſtris quæ calidæ ſunt, ideo & ipſa quoq; calida eſſe volunt. Atq; philoſophis quidem, vt puta qui de tota natura ſcrutãtur, recte talia & quæruntur, & dicuntur. At medicis quibus alius eſt ſcopus propoſitus, haud perinde recte, quippe quum in roſarũ effectibus calidũ nõ vincat: neq; ſanè quoduis aliud plantæ genus, eo q; plãtæ eſt, calidũ dici debet: quoniã nos haud ita calidũ quærimus, ſed vt ad hominẽ. ſiquidem ſi quia in actionibus ſuperat caliditas, propterea calidũ quid dices: planta vnaquæq; calida erit, multoq; magis animalia omnia. Dicãt igitur, ſi lubet, papauer, mandragorã, cicutam, ſalamandram eſſe calida. verùm nemo id dicit, ſed velut vno ore omnes eſſe frigida pronunciãt. Atqui animal eſt ſalamãdra, quod & nutritur, & creſcit, & mouetur, quæ ſanè calido in miſtura vincẽte prouenire aſſerũt. Quid ergo in iſtis quidem ad hominẽ reſpiciunt, in alijs vero ad totã naturam, aut primarum qualitatum actiones? At ego nõ ſalamandram modo aut cicutã vt ad hominem frigida eſſe dici oportere cenſeo, ſed alia omnia ad eũdem modũ iudicãda. Siquidem cicuta ſturnos non modo nõ refrigerat, & enecat vti nos, ſed & alit quoq;, & nimirum etiã calfacit. Quicquid enim ſubſtãtiam alit calidam, calorẽ eius quadãtenus & auget & tuetur. Atqui corporis ſturnorũ calida eſt ſubſtantia, non modo quà animalia ſunt, ſed etiã quà ſanguine prædita. Sanè ſubinde in alijs tractatibus demonſtratum à nobis eſt amicitias quaſdã pugnantiaſq; qualitatum omnibus rebus ineſſe: ac quod familiare eſt, expedite aſſimilari. quod vero contrariũ, ad internecionẽ ducere tum animãtia, tum plantas. Præterea familiaritates illas à totius ſubſtantiæ proprietate oriri. Id quod ſæpenumero à me & dictum eſt, & oſtẽſum. At iſti quum ægre id capere poſſint, ſegniter & falſe de complurium medicaminum viribus pronunciãt. Vna enim duntaxat illorũ examinandorũ regula eſt, nempe ea quæ ad hominẽ fit exploratio: id quod ſecũdum accidẽs, ab eo quod eſt per ſe, ſemper diſtinguẽdo. Cui ſi quis animum intẽdat, is nec acetum nec roſaceum calidum vnquam dixerit: quippe quum vtrunq; nos primario & per ſe refrigeret, acetum quidem valide, leuiter autem roſaceum. Porrò quid nam hoc ſit leuiter, ego exponam. Vnà enim cum eo tota medij temperamenti medicamentorum omnium ratio conſpicietur: cuius & in præcedente libro mentionem fecimus, vbi de oleo diſſerebatur.

Quomodo iudicãda ſint quæ ex media ſunt temperie, nempe ſi mediæ temperaturæ ſimilem ipſa temperaturam obtineant. Cap. VI.

SIquippiam eſt ex applicatis nobis ſeu corporibus ſeu medicamentis, quod actu ſic calidum ſit vt nos, aut ex contactu ſimiliter calidum euadat: id ex media eſt temperie, cum nobis nimirum collatum. ſiquidem ſecundum ſe queat per exuperãtiam dici calidum, velut & nos quoq;. At ſi quid nondum adeo calidum eſt vt nos, neq; admotum tale redditur: id temperie humana frigidius eſt, quantumcunq; in eo caliditas exuperet. Etenim admotum, calorem qui in nobis præerat, auferet detrahetq;. quippe ſi datis duabus aquis calidis, quarũ altera plus, altera minus caleat, miſceas minus calentẽ magis caleti: huius certe feruorem

extinxeris. Sic ſi in caliditatem roſacei quæ tepida eſt ad temperiem humanam, caliditatem indideris humanam, prorſum ab hac quid detrahes, & refrigerabis.

Quòd ſæpenumero pro corporis noſtri diſpoſitione, quod per ſe calidum erat, refrigerare eſt viſum: quodq; per ſe erat frigidum, excalfacere. Cap. VII.

NOn ergo ſtupenda magnopere res eſt, ſi quicquam eorũ quæ proprie & per ſe ſunt calida, cum calidiore cõmiſtum, frigidius efficere ipſum queat. Ea eſt enim cõmunis alterabilium corporum omnium natura, vti in ſe & agant & patiantur admota: quódque minus eſt calidum, à magis calido calidius euadit: quod vero magis calidum, à minus calido contrà afficitur. Nam id vel ex ipſo tactu clariſſime diſcas. Etenim eadem ſubinde illi tum calida tum frigida eſſe videtur. calidiori quidem facto, frigida: frigidiori vero, calida. Propoſuit autem mihi dudum quiſpiam, quamobrem in balneis frigidum meiamus, foris vero calidum: haud intelligẽs in balneis vrinam quidem perinde ac foris tepidam eſſe, verum nos nõ æque extrinſeca corporis ſuperficie, & dum lauamur, & antè, affectos eſſe. Nam in balneo ipſo calidior ea nobis eſt quàm vrina, extra autem frigidior. Quare & vrina non abs re illi calida extra balneum apparet, in balneo autem frigida. Quod enim minus quàm ipſa, calidum ſentitur, velut refrigerans habet: quod autem magis calidum, tanquam excalfaciens. Liceat vero tibi, periculi faciundi cauſa, poſtquam abunde lauando incalueris, pelui aquæ modice tepidæ intrò iuſſu tuo allata, in eam manum aut pedem immittere. apparebit enim aqua non tepida, ſed admodum frigida. At ſi protinus balneum ingreſſus, aquam peluis tetigeris, minus videbitur frigida. perpetuò enim quanto plus fueris præcalfactus, tanto apparebit frigidior. Nec mirum videri debet ſi putealium aquarum pleręq; quę videlicet fontes profundos admodum habeãt, contactæ hyeme videãtur tepidæ. At ſi à balneo manibus cõtingas calidis, multoq; magis ſi etiamnum in lauacro conſiſtens, haud profecto apparebit tepida. Itaq; tactũ, calidi frigidiq; dignoſcẽdi normam ponentes, ac eius diſpoſitioni iudiciũ omne tribuentes, merito ſane crebro fallimur, vt qui quod haud ex ſe eſt frigidum, id frigidum eſſe dicamus: quod vero calidũ ex ſe non eſt, id eſſe calidum pronũciemus. Hinc fit vt dum lauamur, frigidã eſſe vrinã credamus: contraq; frigore rigẽtes, aquã è puteis hauſtã calidam exiſtimemus. At ſi affectionũ in quibus eramus dum vtranq; contingeremus, obliuiſcamur, ac ſolius eius qui in nobis factus eſt ſenſus meminerimus: periculũ eſt ne forte aquã aliquãdo abſolute dicamus calidam, vrinã vero abſolute frigidã. Atqui neutra abſolute aut calida aut frigida eſt, ſed vt ad nos. Nec vt ad nos rurſum abſolute, verum hoc videlicet pacto affectos. Abſolute autem vtraq; qualis ad nos eſt, dici poſſit, ad mediam, eandemq; optimã noſtri tẽperiem collata: vt ſi ad hominẽ abſolute expendatur, omnino ſanè ad temperatum & eucratum expendi oporteat. Sanè & hæc quoq; peccata omnia à nominum definitione dependent, quam paulo minus omnes habent contemptui. Etenim cum calidum & frigidũ partim abſolute dicatur, partim per exuperãtiam, partim vt ad ſymmetrum ſui generis comparatum, partim vt ad quiduis obuium collatũ: iure optimo in homonymijs identidẽ fallimur, neſcij quidem quo nã horũ modorum quid calidum iudicemus, ad alterũ tamen trãſeuntes. Verum ſexcenties nunc dictum eſt, diceturq;, quòd in quarto & vltimo eorũ quæ modo recenſuimus

ſignificatorum,de medicamentorum viribus conſyderare oporteat.

Quòd experientia cognoſcere iudicareq; medicaminum facultates oporteat. Cap. VIII.

NOn enim an abſolute vnumquodq; calidum ſit,vt ignis,(nam id omnino etiam foret impoſſibile)aut an per exuperãtiam,vt ſanguis,cõſyderare propoſitum eſt,neq; an vt ad ſymmetrum ſui generis aut ſpeciei dicatur calidum,vt leo in animantibus,& quod florentis ætatis eſt,ad ætate prouectum:ſed an ad hominem ſit calidum,frigidum,humidum,aut ſiccum medicamentorum vnumquodq;,id vero inquirere ſtatutum eſt. Neq; rurſum ad hunc,tanquam id quod ad aliquid aliud cõparatur:ſed ſi facultate,hoc eſt,ſi admotum ipſi,eam partem quam tetigerit reddat aut calidiorem,aut frigidiorem,aut humidiorem,aut ſicciorem. Itaq; in experientia & iudicandi & dignoſcendi conſiſtet ratio. Licet reperiantur medicorum pleriq;,qui experientia poſthabita,an rubra ſit roſa,an bene olens,conſyderant,negligentes vbi caput ipſis exæſtuat,coronis ex roſa cõtextis,capitiq; impoſitis,aut ſucco eius aut oleo roſaceo,ſic vel ipſa experiẽtia id quod res eſt diſcere. Nam ſi excalfiant,magis etiam calida fuerit.ſin refrigerentur,frigida.[at ſi neque excalfiant,neq; refrigerentur,] ex æquo cum natura humana refrigerandi pollebũt facultate.Nam id perpetuò memoria tenere oportet,quod tametſi ſexcẽties dicere nõ grauatus ſim,tamen multi ne ſic quidem id capiũt:atq; ignoſcendũ ſane illis eſt, vt quos ſophiſtæ prolixis ſuis nugis peruerterunt. Et profecto experiẽtiæ quidem ratio tam facilis eſt cum in roſis,tum in cæteris medicamentis omnibus.Nam roſis aut coronari liceat,aut eis cõtritis hominis æſtuantis ventriculum illinere,aut ſuccũ earum expreſſum ebibere,aut oleo aquæve miſtis aliquam corporis partem confricare. Sed quid hæc multis commemoro,quum nonnulli miſtum opobalſamo roſarum ſuccum ſub Canis ardoribus refrigerij cauſa corporibus inungant,vſu videlicet ipſo docti eas abunde refrigerare? At Herodotus medicus,præ eximia videlicet ſapientia,ne miſtum quidem aceto roſaceum,quod proprie oxyrhodinon vocãt,refrigerare nos conceſſerit. Poſtea memor illo ſe vti in principijs morborum phreniticorum,nec ignorans quantam ſibi contradicentium turbam inde cieret, (quippe omnibus propè medicis confeſſum eſt,adeò vt vel Theſſali ſequaces,hominis impudentiſſimi,negare non audeant repellendum refrigerandumq; in principijs eſſe potius quàm calfaciendum aut laxandum)non refrigerare ipſum inquit, ſed adſtringere. Atqui difficile ſanè illi neutiquã fuiſſet,ſiquando æſtu nimio affligebatur (nam & homo erat,opinor,eiſdem obnoxius paſſionibus quibus & nos) caput oxyrhodino perfundere,ſicq; experiẽtia medicamenti effectum cognoſcere. Imò facilius puto fuerat refrigeratum eo vti,caput perfundendo,auribuſq; inſtillãdo,ac naribus infundendo,totámque adeò frontem perfricando,quemadmodum amaricino,irino,cæteriſq; eius generis vnguentis calidis vti aſſueuimus:quum non mediocriter quidem ſecundum eum calfaciat oxyrhodinon,ex duobus calidiſſimis ſcilicet confectum medicamentis. Cæterum,ſi Herodotus eo vti auſus non eſt,æquum arbitror vt qui nunc viuunt,eius in ſeſe periculum faciant vbi aut algẽt, aut æſtu laborant:velut nos ſæpe in nobiſmetipſis experti ſumus,aliorumq; complurium æſtuantium caput perfudimus. Præſtat enim ipſos prius in ſeſe quæ proferunt expertos,ita denique ea nobis conſulere,ac literis poſteritati prodere.

De roſis,&,quod ex eis conficitur,roſaceo,tum chamæmelo,& lini ſemine. Cap. IX.

VErumenimuero tametſi contradicere nemini ſtatueram,tamen neſcio quo pacto huc illorum me impudentia adegerit. Rurſum itaq; redeo ad id quod ab initio propoſueram,nempe,experiẽtia iudicandas medicamentorum potentias: idq; tum in ijs qui inculpata ſanitate fruuntur,illis vtẽdo:tum in ijs qui,quoad fieri licet,quàm maxime ſimplicibus tenẽtur ægritudinibus,aut calidis aut frigidis,aut humidis aut ſiccis. Ita enim ſi iudicaueris,oleum neq; calidum neq; frigidum vt ad hominem temperatum inuenies: roſaceum vero aliquatenus iam eo frigidius,non autem vehementer frigidum: verum,vt ego nominare cõſueui,in primo ordine ſeu limite refrigerantium. Nam vt aqua,verbi cauſa,alia ad vnguem temperata eſt,alia aut calidior,aut frigidior,non adeo tamen vt poſſis extreme frigidam aut calidã dicere:ita in medicamentis quoq; oleum quidem ex media exiſtit temperie:at roſarum ſuccus ex frigidiore quidem,ſed nõ ita multo:verum caloris eſt,vt diximus,tepidi. Eiuſdem cum illo ordinis eſt,quod ad calorem tepidum attinet,linoſpermon quod vocant: verum eſſentiæ ſuæ craſſitudine non paruo diſcrimine ab illius natura recedit:quum roſarum ſuccus exquiſite tenuis ſit eſſentiæ:cui rei indicio eſt,quòd celerrime areſcat,nec quicquam obtineat viſcoſitatis,tum cæterorum vnguentorum odores exoluat ac obſcuret. Neq; enim alia re efficere id videtur,quàm quòd odoratus meatus opplere præoccupet. Nam quum tranſire ac penetrare illa cunctãtur,antè ipſe præoccupat,atq; illos implet. Eſt & chamæmelũ tenuitate quidem roſæ perſimile,calore vero ad olei vires magis accedens,homini tum familiares,tum tẽperatas:quapropter laſſitudini,vt ſi quid aliud,cum primis cõfert,doloreſq; ſedat mitigatq;,præterea tẽſa remittit & laxat:quæq; mediocriter dura ſunt,emollit:quæq; conſtipata,rarefacit. Ad hæc,febres quæ citra viſceris alicuius inflammationem infeſtant,diſcutit diſſoluitq;,ac præſertim quæ ex humoribus bilioſis aut cutis denſitate proueniunt. Qua de re & ab Aegyptiorum ſapientiſſimis Soli cõſecratum eſt,febriumq; omnium vnicũ putatur remedium. Verum hac quidem in re à veritate aberrãt. Solas enim quas dixi febres ſanare poteſt,eaſq; percoctas:licet ſane pulchre etiam reliquas omnes adiuuet,quæ melancholicæ ſunt aut pituitoſæ,aut ex viſceris inflammatione prognatæ. Nam & harum remedium chamæmelum eſt vel ſtrenuiſſimum,vbi cõcoctis adhibetur ſcilicet:quapropter & hypochondrijs,vt ſi quid aliud,gratum exiſtit. Quin & tale quoq; eſſe lini ſemen vetus ſermo prædicat. Nam & ipſum quoq; re vera quæ circa hypochondria ſunt viſceribus gratum eſt,minus tamen chamæmelo:quippe quum & minus calidum ſit,vt eſt dictum,& præterea eſſentiæ craſſæ. Verum roſa illis nequaquã his in rebus propinqua eſt,tametſi quod ad caloris tepiditatem & eſſentiæ tenuitatem attinet,perquam ſanè & ipſa inflammationibus in hypochondrijs conſiſtẽtibus vtilis eſſe poſſit,niſi adſtrictio (quæ vna quoq; illi ineſt) multifariam læderet,quæ maxime ijs obeſt in quibus chamæmelum præcellit,nempe condenſata corpora rarefaciens,indurata molliens,tenſa relaxans. Nam ijs omnibus inimica adſtrictio eſt. Attamen ad aſcenſus augmentaq; inflammationum,ac potiſſimum earum quæ in exterioribus membris extant,chamæmelo roſaceum præfertur:quippe quum hæ tepida caliditate cum leui adſtrictione indigeant. In principio enim quæ refrigerant atque

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 67 sur 277

adſtringunt,per incrementa vero tepida,& mediocriter cõſtringentia. At in vigore ac ſtatu inflammationum,quæcunque tum moderate calfacere,tum valenter diſcutere valent,magis competunt. Ac de iſtis omnibus fuſius in libris de medendi methodo tractabimus. Nunc ad propoſitum conuertor.

Quòd pro diuerſis corporum affectibus aliàs aliter agere ſunt nata tum quæ mediæ temperaturæ medicamẽta ſunt,tum quæ paulum in alterutram partem declinant. Cap. X.

ET enim quæ mediæ ſunt temperaturæ,& quæ vtranuis in partem leuiter declinant medicamenta,interim calfacere videbuntur,rurſumq; refrigerare:interim vero neq; excalfacere,neq; refrigerare: ſed ſicuti corpora acceperunt,ita ea ſeruare. Nec id illis ab re accidit. Siquidem aqua tepida & vrina in balneis quidem frigidæ,algentibus vero calidæ nobis apparent. Quum ergo ex eo q; affecta corpora varijs ſubinde modis diſponantur,ipſum quod afficit,varie quoque agere contingat:liquet ex hoc,non roſam,non oleum,non chamæmelum,non lini ſemen, ſed neq; anethum,neq; farinam aut fœnigræci,aut triticeam,neq; alia ſexcenta,quæ partim adamuſſim mediam temperiem ſortiũtur,partim paulum ab ea recedunt, eandem vbiq; editura eſſe actionem:quando nec ſani eandem omnes tẽperaturam obtinemus,nec eiſdem morbis affligimur ægroti. Iam roſaceum mediam inter oleum & roſarum ſuccum temperiem poſſidens,(illo enim minus eſt calidum,hoc autem magis)refrigerat quidem exuſtos,idq; caliditatis ſuæ tepore:algentes vero paulum etiam calfacit,quòd videlicet is quoq; effectus caloris ſit tepidi:quemadmodum balneæ rigentes quidem excalfaciunt,æſtuantes vero frigefaciunt.

Quòd ex æquo,& quod curatur,& quod curat,à medio diſſidere debeat, idq; vtroq; in contraria recedente. Cap. XI.

QVocirca ſi aut refrigerãtibus medicamentis,aut excalfacientibus roſaceum indideris:ſicut nec magnopere obfueris,ita nec admodum profueris. Nam caliditas tepida nec eſt ſufficiens quæ refrigerata ſunt lædere,nec eadem curare potẽs. Etenim quicquid curari debet,tanquam quod ab immoderatione ſeu ametria ad cõmoderationem ſeu ſymmetriã reducitur,nõ id quod bene temperatum ſit requirit,verum id quod cõtrariam habeat intemperaturam. Siquidem ſi aquam frigidam temperatam efficere ſtudes,temperatam ei miſceri non oportet (ſic enim tepidum euadet quod ex vtriſq; cõmiſtum erit) ſed feruens petenda eſt, eaq; frigidæ miſcenda. Hactenuſque moderata calidior eſſe debet ea qua frigidam temperare voles,quatenus videlicet & frigida ipſa ſymmetrã frigiditate exuperat. Nam ſicut quæ leuiter tantum ſymmetra frigidior eſt,ab ea quæ multo eſt calidior, mediam nõ recipiet tẽperiem:ſic nec quæ longe frigidior,ab ea quæ paulo calidior. Verum ſi quod curationem poſtulat,multo eſt frigidius:neceſſe eſt,quod ipſum curabit,multo quoq; calidius exiſtat. Sin paulo frigidius,paulo etiam quod curabit, calidius erit. Vt autem vno verbo exprimã,tanto abeſſe à medio quod medebitur, quãto ipſum cui medela adhibetur,oportet:nimirum quum in cõtrarium vtriuſq; vergat exceſſus. Nam quod eandem in partẽ cum corpore curãdo,idq; æquo tem-

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 68 sur 277

peramento receſſit: id quidem idoneum nõ eſt quod alterationem vllam inuehat: quare affectum neque lædet, neq; iuuabit. At quod minus eſt, iuuabit quidem, non tamen perſanabit. Ergo ſi affectio quidem frigida ſit, at calor medicamẽti tepidus, omnino neceſſe eſt affectum iuuet quidem, verum haudquaquam ad naturalem ſymmetriam reducere poterit: quare nec perſanabit. Rurſum ſi affectio quidem ſit parua, nempe vt à ſymmetra naturæ caliditate ad tepiditatem declinet, ſitq; medicamẽ frigidum: omnino refrigerari affectum, lediq; à frigore neceſſe erit. Eodem quoque modo ſi calidior ſit moderato affectus, à ſimilibus ipſius medicamentis in eodem ſtatu ſeruabitur: lædetur autem à calidioribus. Porrò iuuabitur quidem ab ijs quæ ſe ſunt minus calida, non tamen penitus perſanabitur. Sanè & hic quoq; rurſum homonymia in totam extẽſa vitam, crebroq; nos fallens, occurrit. Etenim quod mediocriter eſt calidum, id ſubinde calidum appellamus, ſicut balneũ quod eſt eiuſmodi, ac poculum. tum id quod ab hoc multum etiam deficit: ad hæc quoq; & quicquid calidius eſt. At ſi exquiſita nominum vteremur appellatione: quod ſymmetrum eſt, non calidum, ſed eucratum, hoc eſt temperatum nuncuparemus. Quod autem ab huius excederet modo, ſi ad calidius quidem immoderatione ſua accederet, tum plus tum minus calidum. ſin ad frigidius, plus minuſq; frigidum. Sic opinor in medicamentis ſi exquiſite loqueremur, quiddam vocaremus eucratum & medium, velut oleum. Si quid autem eo eſſet calidius, calidum, vt fœnum græcum. ſin frigidius, frigidum, vt roſam. Cæterum huiuſmodi nominum abuſus cauſa extitit quòd non omnia corpora ab id genus medicamẽtis refrigerẽtur, quale eſt videlicet roſaceum. Nam cum alia pereque illi frigida ſint, alia etiam frigidiora: illa quidem prorſum ne alterat quidem, hæc vero etiam calfacit. ſaneq; abſurdum videri poſſit, ſi, quum quid excalfacere fateamur, tamen frigidum vocitemus, ac ſi quis aquam putealem, quæ hyeme manibus refrigeratis tepida videtur, frigidam appellitet. His ergo occaſionibus perturbatus confuſuſq; nominum vſus, rerum quoq; vnà confudit notitiam. Similiter vero & de ſicco & humido, confuſis ipſorũ nominibus, rerum quoq; notitia confuſa eſt. Ac tametſi exile videatur nominum ſignificata probe diſtinguere, attamen maximum habere momentum & facultatẽ ad rerum cognitionem deprehenditur. Sed de humido & ſicco paulo poſt dicetur, vbi videlicet omnem de calido & frigido ſermonẽ perfecerimus. Nam non multũ etiam reliquum eſſe videtur, vbi videlicet iam ſemel apparuit nihil miri eſſe ab eodem medicamento corpora diuerſa alia quidem excalfieri, alia vero refrigerari, alia autem neutrum omnino perpeti. Etenim in eo quod ad aliquid, facillimum eſt ad particularia accedentem dicere quòd eiuſmodi corpori admotum roſaceũ, in qua ipſum temperie nactum eſt, in ea ſeruare poteſt: alteri vero illiuſmodi applicatũ, excalfacere: alij autem, refrigerare. At in vniuerſum de facultate eius pronunciare, id vero difficile eſt abſq; vt nomina diſtinguas, atq; de ijs conuenias. Fuerit autem tum diſtinctio tum cõuentio talis. Quandoquidem corpora humana tum ijs quas ab ortu nacta ſunt temperaturis, tum ijs quas ex ætate poſtea acquirunt, tum ijs quæ ex vitæ cõſuetudine aduenium, plurimum inter ſe differunt: ab eiſdem ea medicamẽtis varie alterentur neceſſe eſt. Quippe ſi iuuenem natura calidum, ex vitæ inſtituto artificium exercẽtem, vetulæ mulierculæ eidemq; natura frigidæ cõpares, non minus illum excellere comperies, quàm ſi valide calfacientium medicamentorum quippiam cum refrigerantibus componas.

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 69 sur 277

Quod generales medicamentorum facultates, ad mediam referentes temperiem, expendere oporteat. Cap. XII.

MEdium ergo horum mihi quẽpiam intelligas, qui & natura ſit eucratus, hoc eſt temperatus, & moribus ac cõſuetudine cõuenienti hanc tueatur eucraſian. dein tres hoſce tanquã tẽperaturæ ſcopos animo commendes, ac circũſpicias, quod in genere calidum eſt & frigidum, & ſiccum & humidum, cuius ex ipſis temperiei reſpectu tale appellare ſit optimum. Nonne ad temperatiſſimam, quæ vnica eſt, pariterq; reliquarum media? an ad immoderatas & intemperatas, atq; indefinitas, ac propemodum numero infinitas? Sanè mihi ne conferenda quidem diſtinctio videtur, neq; vlla propè conſyderatione indigere, ſed homini vel paulũ etiã ingenij habẽti perſpicuum eſſe, corpus omnibus numeris abſolutum & decorum, ſimplexque & vnum, velut regulam quandam & ſcopum proponendum, ac ad ipſum alia omnia dirigenda eſſe. Eſto ergo nobis corpus hoc medicamẽtorum facultatis regula: quodq; ſimilem illius temperiei caliditatem accendit, vocetur temperatum, etiamſi vel maxime excalfacere ſenem refrigeratum videatur. Quod vero calfacit aut refrigerat corpus eiuſmodi, illud quidem calidum, hoc vero vocetur frigidum. Eſto autem, quò hæc dilucidius tradantur, ipſorum exceſſuum ordo, ad frigidũ quidem primus, cuius eſſe dicas roſaceũ: ſecũdus, cuius ſit ipſa roſa: poſt hunc tertius & quartus, quoad ſermone ad frigidiſſima pertigerimus, nẽpe cicutã, ſuccum papaueris, mandragorã, hyoſcyamum. Rurſum ad calidum, anethum quidem, & fœnumgræcum, prima. Secũda vero deinceps, quæcunq; videantur ſecũda, tertiaq; & quarta, donec ad exurẽtia peruentum ſit. Ad eundem modum in medicamẽtis humectãtibus rurſus à ſymmetro exorſi, ordines deinceps ad ſumma vſq; conſtituamus. Nam huius notitiæ ad medendi methodũ non paruus eſt vſus: imò niſi quis hoc pacto definiat, officiet magis legẽtibus quàm proderit. Siquidem medici, qui nunc quidem ſimplicium medicamentorum vires exponunt, præter alia multa quę delinquunt, hoc maxime noxium eſt cernere, nempe quòd in calidis verbi gratia anethum, & fœnumgræcum, & myſi, & calcem, indifferenter numerent: in frigidis roſaceum, mandragoram, & cicutam: tanquam ſcilicet propinquum ſit aut calci fœnumgræcum, aut cicutæ roſaceum, ac non multis mediantium medicamentorũ ordinibus diſiuncta. Verum nos pro viribus rem tam immenſam tamq; operoſam in ordinẽ redigere tẽtemus, exponamuſq; quæ viribus propinqua ſunt, quæq; longe diſſita. Atq; id quidem efficiamus, non probabiles ſermones, ſed certã ac definitam experiẽtiam pro iudice ſumentes: velut & id quoq; ſuperius ſæpenumero admonuimus. Enimuero eiuſmodi iudicium vt tutiſſimum quidem erit, ita prolixum quoq;, ac plenum laboris, dum propoſiti finem conſequamur. Eos tamẽ qui hæc relegere volent, hoc vnicũ ac ſolum efformare atq; artificioſos reddere poterit, ac velut oculum quo veritatem agnoſcant, præbere. Ergo quæ adhuc reliqua ſunt ad totam velut elementarem conſtitutionem: poſtquam ea hoc libro confecerimus, in quarto de ſaporum viribus differemus: quandoquidem & hoc quoq; ita viſum amicis eſt: in quinto autem de omnibus in genere ſimplicium medicaminũ ſecũdis quidem ac compoſitis facultatibus: atq; ita ad particularia in ijs qui dehinc ſequentur libris tranſibimus.

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 70 sur 277

Quod quæ ſenſu ſimplicia videntur medicamina, perſæpe compoſitas obtineãt vires, imò vero etiã nõnunquam cõtrarias. Cap. XIII.

RElíquum autem eſt id, cuius ſubinde iam ante neceſſario mentionem quidem fecimus, verum abſolute nõdum expoſuimus. Eſt autẽ iſtud, nempe omnia propemodum medicamenta, licet ſenſu ſimplicia appareãt, natura tamẽ eſſe cõpoſita: quin & ſubinde quoq; diuerſiſſimas in ſeſe cõtinere facultates, nẽpe excernẽdi & ſiſtendi, incraſſandi & extenuãdi, rarefaciẽdi & cõdenſandi, illinẽdi atq; abſtergendi, tẽdendi & laxãdi, cęteraſq; oppoſitiones vniuerſas: vt in ſequẽti hũc libro patebit. At mirũ hoc videri minime debẽt, in id genus facultatibus, cũ vni & eidẽ medicamento vim calfaciendi & refrigerãdi ineſſe appareat, aut exſiccandi & humectãdi, aut tenuiũ partium & craſſarum. Quippe niſi primæ efficaciſſimæq; virtutes hoc pacto cõplicarentur, haud ſanè quæ ex illis ſequũntur, ſimiliter cõplicatæ forent. Quin ſi nos ipſi rhu ſuccũ, verbi gratia, melli cõmiſceamus: quod ex ambobus miſtis cõfectum eſt, non modò adſtringendi, ſed etiã abſtergẽdi poſſidere facultatem concedemus: nec cohibendi ſolum ventris, ſed & euacuandi. At in lacte duas cõtineri facultates, nempe excernendi, ac ventrem ſiſtendi, haud itidem cõcedimus, tametſi id perfacilè in ſerum ac caſeũ ſegregetur, confeſſumq; ſit omnibus, illud quidem ventrem ſubducere, hunc verò eundem cohibere.

Quod & braſſica duas, eaſq; cõtrarias, in ſeſe facultates obtineat. Cap. XIIII.

QVod vero & braſſica duas eaſq; contrarias in ſeſe facultates obtineat, neq; id quidem etiã facilè cõcedimus. Nam ſi ſuccum eius expreſſum aut ſolũ aut cũ melle hauſerimus, expurgare ipſum cernimus: attamẽ quoniã quod reliquũ eſt, edere nequeamus, adſtrictoriũ eſſe diffidimus. ſed ſi totam cõcoquas, primamq; eius aquã in quam ſuccũ depoſuit effundas, iterumq; eam alteri aquæ puræ injcias, rurſumq; concoctam eximas: ſuccum quidem purgare offendes, braſſicam vero ipſam ventrẽ adſtringere: multoq; magis ſi non bis duntaxat, ſed ter aut quater aquã effuderis. Nam quãto exquiſitius in aquã ſuccũ ſuum depoſuerit, tanto & illi quidem maiorẽ purgandi vim adijciet, & reliquam ſui ſubſtantiã, quæ velut holeris ipſius caro eſt, reſtringentẽ efficiet. Eadem eſt ratio in beta, atq; adeò in omnibus ferme quibus ſapor aut acris aut nitroſus aut ſalſus ineſt. Quippe & lenticula ipſa, tametſi ſatis magnã adſtringendi potentiã guſtu referat, tamẽ eiuſmodi quid ſortita eſt. Nam & huius decoctum, ventris ſoluendi vim obtinet. Verum hic ſuccus etiã, ſi deguſtes, perſpicuam miſturam repræſentat, tanquam ſi nitroſo auſterũ quid cõmiſceas. Sed & conchularum maris, cæterorumq; oſtreorum ſuccus planè tum ſalſus eſt, tum ventrem ſoluendi vim obtinet, quanuis eorum caro ventrẽ reprimat. Verum quod dico deprehẽdes, ſi ea quoq; quo modo braſſicã cenſuimus, præparare non graueris. Nam & gallorum veterum ius ventrẽ ducit, tametſi caro eundem ſiſtere poteſt. In æris autẽ ſquama ſicut duplex qualitas, ita gemina quoq; facultas ineſt. nam & adſtringit, & mordicat. quare adſtrictione quidem ſiccatas vlceratarum carnium cicatrice obducit, mordicatione vero præhumidas colliquat. Quod ſi intro in corpus ſumatur, purgat quidem vẽtrem, verũ non cohibet. Vincitur enim ea adſtringendi facultas ab acri purgatoria q; potẽtia, tanquam ſi rhu ſuc-

cum ſcamoneæ commiſceas. Nam quod ex ambobus miſtum erit, ſoluet ventrem, haud ſiſtet, licet guſtu auſteritas exuperet. Sic autem nõ pauca purgantium medicamentorum cum carne mali cydonij exhibita, guſtu quidem fallunt, at effectu ſolo quid valeant cõmonſtrant. Dantur vero quædam cum palmulæ carne, alia autem cum myrtis, alia cum maſtiche chia, aut alio quopiam eorum quæ tum grata ſunt ſtomacho, tum adſtringunt: quo ſcilicet guſtum fallant, ſimulq; ſtomachum minus euertãt. Verum tametſi ea quæ guſtu percipitur qualitate, expurgantia ab adſtringentibus vincantur, alia tamen facultate ipſa vincunt. perſæpe enim lingua à materiæ victa eſt copia, cæterum actio pro facultatis viribus ac robore perficitur. Itaq; quum ſubſtantia exigua quidem, ſed validis prædita viribus, miſta alteri ſubſtãtiæ plurimæ, eidemq; imbecillæ, in corpus intrò peruenit: guſtũ quidem fallit, attamen effectũ quàm illa efficaciorem exhibet. Sanè permultos huius rei admiratio detinet, remq; rationis expertẽ abſurdamq; exiſtimant, ſi corpus quodpiam adſtringens purgare queat, velut aloë, & æris ſquamma, atq; æs vſtum. Nam contrarium potius oportebat, nempe vẽtrem reprimere, haudquaquam ciere. Cæterum quod malum verbi cauſa cui indita eſt ſcamonea, adſtringens purgat, nemo miratur: tametſi hinc orſis facilius erat & in aloë miſtam ineſſe facultatẽ colligere. Ac ſi quod ex ea purgat, ab eo quod non purgat, ſegregari poſſet, non etiam admiratione afficeret: quanquam id ſanè quodãmodo præſtari queat. Nam ſi aloë accurate lauetur, aut debiliter aut planè nihil ventrem ſubducit. Idem vſuuenit æris ſquammæ, æriq; vſto: quippe quæ nos diligenter elota obſcurã modo purgandi vim retinuiſſe ſumus experti. Quinimò ipſius quoque qualitatis medicaminoſus ſapor primo ſtatim guſtu facultatis miſtionem demonſtrat. Nam ſi vnica ſemper qualitas vnicuiq; guſtu adſtringẽtium medicaminũ ineſſet, haud ſanè inter ipſa, alia eſui apta, alia medicaminoſa forent, ſed tantum in plus ac minus adſtringendo differrent. At nõ ita ſe res habet. Nam hæc quidem adſtrictio mitis ac ſuauis apparet, alia moleſta, ingrataq;, & medicamentoſa: velut piri quidem, mali, & mali punici, ſuauis: ſquammæ vero æris, & aloës, ingrata, atq; medicamentoſa: tametſi malo cydonio æris ſquamma minus adſtringat: quam ob rem nec adſtrictionis vehementia eam qualitatis abſurditatem inuehit: quãdo innumera propè alia eorum quæ eſui ſunt, aloë, æris ſquãma, & ipſo etiam ære vſto plus adſtringant. Atq; in hiſce vtiq; ſubſtantiæ miſtura clare perſpicitur. At in alijs etiamſi non appareat, tamẽ eam ratione colligere oportet, ac nõ putare aliud in aloë adſtrictionem moliri, aliud in malo. Vnum enim in omnibus efficere pro ſua natura nõ adſtrictionẽ modo, ſed & aliarũ qualitatum vnamquãque, rationi conſentaneũ eſt. Cæterum quia nullum omnino ab alijs qualitatibus ſyncerũ reperitur, idcirco diuerſi effectus ab alijs atq; alijs adſtringentium edi cõſpiciũtur. Nam alius eſt effectus meſpili, alius æris, alius aloës, aliũs mororũ, exempli gratia, aut gallæ, aut corticis mali granati, aut aluminis, aut rhu. præſtitiſſetq; forſitan, qui de adſtringentium medicaminũ viribus pronũciare ſunt auſi, in genere de ipſa potius adſtrictione, haudquaquam de adſtringentibus dixiſſe. Nam quod adſtringit, non adſtringit modò, ſed & præter adſtrictionẽ acre eſt, aut pingue, aut dulce, aut amarum, aut ſalſum, aut acidum. At adſtrictio vnum id ſolũ perpetuò eſt quod eſt, vti & ſalſitas, & dulcor, & aliarum qualitatũ vnaquælibet. Quod ſi vt adſtrictio, ita adſtringens vnũ eſſet, ſanè vnum quoq; perenniter eius eſſet opus. Verum quum præter adſtrictionẽ inſuper alias qualitates recipiat

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 72 sur 277

non paucas, ſemper quidem omnibus illis aget, ſed euidentius alias per aliam, nempe vincentem: idq; vt ad corporis ſcilicet cui admotum eſt, affectionem: quippe quum & lac, & lens, & braſſica, horum interim citare aluum, illorum vero ſiſtere cernatur. Et cauſam quidem quamobrem non perpetuo euidenter agat in corpore vnoquoq; vnica duntaxat qualitas, viſq; medicamenti: eam quidem iam mox in ſequenti ſermone edifferam: in præſentiarū vero id quod res habet cōmemorare ſolummodo propoſui, ne quis pleriſq; medicamētis cōtrarias tum qualitates tum facultates ineſſe diffidat. Sed & id quoq; multam cōſyderationem & diſtinctiones non paucas requirit: tametſi omnibus perfacile videatur cōtrarias inuicē & qualitates & facultates inuenire. Ergo citra cōtrouerſiam omnes propemodū adſtringens cōtrarium ei quod purgat, eſſe ſtatuunt. Verum neq; illud huic contrarium eſt: quod nos procedente ſermone declarabimus. At in præſentia ex ſuperabundanti illud quoque monſtrauimus, etiamſi ea quis eſſe cōtraria ponat, nihil inde ſequi abſurdū: quum fieri poſſit vt in vnam ſubſtantiā conueniant vel maxime cōtrariæ tum qualitates, tum facultates: quippe quum ſupra oſtenderimus in ſuccis aliud eſſe quod grauiſſimum eſt, aliud quod leuiſſimum, aliud tertium, toti ſucco permiſtum. Nec miri quicquam eſt ſi & in roſæ ſucco aliud quidem eſt grauiſſimum, amurcæ & feci proportionale: aliud leuiſſimum, & ipſum proportione reſpōdens flori in quoq; ſucco ſupernatanti: aliud tertium, quale eſt quod in muſto feruet: ad hæc quartum, ipſum videlicet puriſſimum ac ſyncериſſimū, cuius hæc tria excrementa exiſtunt. Euenit autem alios quidem ſuccos aut aceſcere, aut corruptos putreſcere: ſola vero oleum mel & vinum, in longum temporis ſpatium perdurāt. Itaq; neq; per ebullitionem, neque per ſecretionem in alijs ſuccis has excrementorum differētias inuenire perſpicuo licet: verum protinus ab initio coctione quadam illis eſt opus, aut ſaltem alicuius perdurantis ſucci miſtura. Nam ſic roſæ ſuccum melli miſcentes, aut oleo incoquentes, aut totas roſas ei immergentes reponimus. Cæterum quòd & in his quoque probabile ſit quatuor illa ineſſe genera, proprium ipſius ſucci videlicet, & tria excrementa, intellectu clarum eſt, ac potiſſimum quia qualitas earum non ſimplex eſt, imo adſtrictionem quoq; quandam obtinere, ſi roſam dentibus mandere voles, videtur. Habet autē & dulcedinem, & amaritudinem, quaſiq; mordicationē quandam leuem. Verum ſatis erat, etiamſi horum nihil guſtantibus deprehendi poſſet, tamen ex eo quòd non extreme adſtringat, aliorum quoq; ſaporum miſturam intelligere. Etenim ſi ſolus ſit auſterus, ſummus itidem fuerit. At ſi non ſummus, ſequitur quod neq; etiā ſolus. Quam enim propoſui adſtrictionis generationem, eam ſi ſolam citra alias ineſſe cogites, ſumma hæc ſit neceſſe eſt: quomodo ſi ſola corpori cuipiam caliditas ſumme ineſſet, id ignis vtiq; foret. Nam contrariorum miſturæ, ſummitates ipſas frangunt.

Quam ob rem lingua, tangentibus ipſam diſſimilaribus corporibus, ac per diuerſas eius partes ſimul agentibus, non quam in omnes illa parteis inferunt, percipit affectionē, ſed ea ex parte primo affecta in totā ipſius diffunditur ſubſtantiam.

Cap. XV.

ATque in ſimilaribus quidem partibus, calor, frigiditas, ſiccitas, humiditas, particulares differētias efficiūt: in diſſimilaribus vero, acrimoniæ, ſiccitates, auſteritates, acerbitates, dulcedines, amaritates, ſalſitates, aquo-

sitates,& vnctuositates. Itaq; vnūquodq; similariū in partibus ipsis non multas sed vnā qualitatē obtinet. quod vero totum est dissimilare,cōplures. Nam si mille,exē- pli gratia, hoc in cyatho huius succi corpora cōtineantur dissimilaria, fieri potest vt centum adstringant,sexaginta mordicent,sexcenta sint dulcia,ducenta amara,qua- draginta salsa, sicq; mutua mistione temperata,vt partem nullam accipere sit quā- tumuis paruam, quæ non sit omnium particeps,vt in linguæ contactu omnes qui- dem agant,diuersa tamē vnaquæq; earum parte,nempe cui ipsam appropinquare contigerit:ipsa vero affectio,ex eo quod primo affectum est,in totam eam diffun- datur:veluti si in frigore ingenti digitum in aquam gelidam repēte immittas,tota interim manu horrebis,sæpenumero vero & corpore toto. Nam velox est ex eo quod primo affectum est in corporibus sensilibus, in totum animal diffusio: vt vi- delicet cum calfacto vnà concalescat: refrigerato, simul refrigescat: siccato, pariter siccescat:humectato,cohumescat:atq; adeo frequenter etiam cōtraria vno tempore perpetiatur. Quo autem id facilius quod dicitur intelligas,alteri etiam exemplo adhibere animum præstiterit. Vidisti opinor quandoq; cōiecto in aquam quietam lapide,ex hoc quidem moueri aquam incipientem,in orbem autem motum exten- dentem,tanquam centrum sit id quod percussit. Quum ergo vno tēpore in diuer- sas placidæ tranquillæq; aquæ partes duo lapides coniecti duos effecerint circulos qui per sese inuicem ferantur, contrarios conspicies in quauis aquæ particula mo- tus. Quæ res viris etiam naturæ studiosis dubitationem non paruam attulit,num aliæ partes ab vtroq; motuum,an eædem ab vtroq; mouerentur. Nam quòd circu- lus circulum non sistit,nec vltra prorsumq; ferri prohibeat,id manifestissime cerni- tur. Idipsum item mihi intellige quum eodem tēpore pedes quidem in calidā,ma- nus vero in frigidā indideris. In totū enim corpus vtriusq; affectionis motus per- uadit,contrariisq; inuicem occurrūt:referatq; forsan nihil,etiamsi cōtraria non ince- dāt semita,sed vnus ab vno,alter ab altero pede proficiscatur. Tunc enim nec nihil pati corpus,nec ab altero duntaxat dicere queas. nā & manifestò patitur,& ab am- bobus patitur,incalescēs,ac frigescēs. Quod vtiq; & in febribus leipyrijs & hepia- lis euenire autumo, extra q̄ quòd in illis non extrinsecus,sed ex ipso corpore calidi- tatis frigiditatisq; affectus exoritur. Quòd si quis dicta assequi nequeat,certe ex eo quod iam dicetur,facillime periculū facere possit. Etenim non longe ab ijs quæ in- quirimus abest,sed ex linguę affectuū numero existit. Nam si parem absinthij por- tionē melli exquisite cōmistam,linguæ imponas,γλυκύπικρον,(quemadmodū poëtæ Amor amorem cognominant)hoc est, ex amaro dulce,quod ex ambobus mistum fuerit, videbitur:nimirū quum haud alio tēpore mellis saporem lingua sentiat,alio verò absinthij,neq; alterum solum,verum perpetuò ex vtrisque insolentem quandam mistionem permistam. Tale quid euenit quum in vnum succum coierint austera & nitrosa facultas,siue id natura miscuerit, siue à medico fuerit cōpositum. Nam eodem tempore lingua vtriusq; succi qualitatem percipit:ac si percipit, nimirū & afficitur,idq; pro familiaribus illorum viribus. Necesseq; est quāq; aliarū corporis partium similiter affici,etiamsi qualitates ipsas non sentiat. Neq; enim in patiēdo aut non patiendo,ab alijs linguam differre putandum:verum eo quòd ipsam nihil familiariū affectuum ob exquisitā sentiendi facultatem latere possit. Quòd si ad id nonnihil faciat ipsius raritas,(quippe succi facilius in profundū penetrantes,atq; in molliculas partes actionem exerētes,tum validam quidem affectionem,tum verò

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 74 sur 277

ſenſum eius imprimunt euidentiorem: veruntamen maior vis in ſenſu accurato potius quàm in affectionis robore conſiſtit: cum affectionis robur nihilo ſecius & in exulceratis partibus fiat: ſed quia exacta ſentiendi vi carent, idcirco ſuccorum qualitates non percipiunt. Liceat vero cum in illis, tum etiam ante illas, nondum videlicet cute exulcerata, miſtam ex contrarijs facultatibus actionem ſimul in corpore fieri colligere. Etenim ſi parti inflammatæ ſolani ſuccum imponas, denſari eam conſtipariq́, & cohiberi tranſpiratus conſpicies. Itaque ſi pluſculo idipſum tempore facias, nõ rubram ſeruabis particulam, ſed aut liuidam aut atram efficies: id quod aſſidue in eryſipelatis à medicis pleriſq́ fieri videre eſt. nam & ea tempore dura atraq́ immodice refrigerando efficiunt. Quòd ſi ergo non ſolanum, ſed anthemida, hoc eſt chamæmelum parti inflammatæ impoſueris, eam prorſum contrà affici videbis: quippe quæ rara, fuſa, mollis, tepidaq́ euadet, etiamſi vel plurimis deinceps diebus chamæmelo vtaris. Fundere enim hoc ac digerere per halitum poteſt, haudquaquam contrahere, cõdenſare ve, aut tranſpiratus prohibere. Quòd ergo ſolano chamæmelum contrarium ſit, illinc liquet. Quòd vero etiamſi vtranq́ commiſceas, euidenter tamen vtriuſq́ vires perſpicies, ego ſanè expertus ediſſerã: quanquam te quoq́ malim ipſa re experiunda euentum cognoſcere, quàm narranti mihi fidem habere. id quod ſcio efficiet quiſquis veritatis amore tenetur. Oportet vero vt in re iam patenti orationem abſoluere. Si enim ſimul impoſitis ſolano & anthemide, neq́ ita denſa, dura, tẽſa, liuidaq́ reddatur, atq́ ſi ſolo vſus ſolano eſſes: neq́ adeo rara, mollis, tepida, rubenſq́, ac ſi chamæmelo ſolo vſus fores: ſed dictorũ mediam accipere affectionem particula conſpicitur: cõſentaneum eſt vtrunq́ medicamẽtum ſecundum ſuam operatum eſſe facultatẽ. Nam ſi neutrum quicquam egiſſet, ſed quieuiſſet vtrunq́: quam ab initio affectionem particula habebat, eam haud dubie ſeruaſſet, non ſecus ac ſi omnino nihil impoſitum foret. Sin autẽ alterũ quidem eorum operatum fuiſſet, alterum vero penitus deuictum: non mediam affectionẽ, ſed extremarum alteram perpeſſa particula eſſet. At ſi vtrunq́ agit, eaq́ contraria facultatibus fuere: contraria vtique eodem tempore corpus perpeſſum eſt. nec enim partitis inter ſe agendi viribus operabantur, tãquam ſi vtriſq́ exemplicauſa totum diem impoſitis, ſex horis prioribus medicamẽtorum alterum, reliquis verò ſex alterum ſuo viciſſim munere fungeretur. nugax enim hæc eſt hypotheſis, nec ſolùm demõſtratione, ſed probabilitate quoq́ omni deſtituta. Quanquam profecto nec ita quidem fundi contrahiq́ ſubiectam contingit ſubſtantiam, velut in ijs qui in balneis lauantur, poſteaq́ ingrediuntur frigidam: ſed potius ita vt ſi lauanti frigidam aquam adſpergas. Sic enim nõ diuerſis tẽporibus, ſed eodem contraria perpetietur. Igitur quemadmodum in medicamentis cõpoſitis mirum non eſt ſi cõtrarij ſimul affectus corporibus infligãtur: ita neq́ in ſimplicibus, quũ & ipſa ſenſu quidem omni atque cognitione ſimplicia appareant, verum natura ſint cõpoſita. Quinetiam quemadmodum in ijs quæ nos componimus ac commiſcemus, interim, ſi ita viſum eſt, plus adſtringentis ſucci indimus, interim plus dulcis aut amari, aut ſalſi, aut acris, aut alterius cuiuſpiam cõtrariorum, nonnunq̃ verò vtroſq́ partibus paribus: ita quoq́ naturã in arboribus, fruticibus, animalibus, & in ipſa quoq́ terra contrarios tẽperare ſuccos paribus aut portionibus aut viribus alienum non eſt. Poteſt etiam quandoq́ alterum vincentem efficere. Itaq́ actiones eorum in miſturis paribus ſimiles euadent, in imparibus autem diuerſæ. Ne quis

ergo putet,quod & ſupra monuimus,nihil referre,adſtringentem ſuccum dicas,an adſtrictionem. Nam adſtrictio vna res intelligitur,adſtringens vero duplex: ſicut & calfaciens partim ſimplex & ſummum,vt ignis:partim per exuperantiam caloris,vt ſanguis. Sic adſtringens quoq; aliud ſummum eſt,vt,exempli cauſa,alumen, & melanteria,ſiue atramentum ſutorium,& galla,& rhus: Aliud quia adſtrictionis cuiuſdam eſt particeps, velut pirum,vinum, malum,roſa. nam minimum omnino eſt in roſa quod adſtringit, multis numeris eo quod non eſt eiuſmodi ſuperante. admoti Quapropter non abs re exigui quoq; adſtrictionis effectus ſunt,tanti ſcilicet,dum à relaxandi facultate quæ roſæ ineſt,corporum illi admotorum robur non exoluatur. Itaq; mirandum non eſt medelam eſſe eam inflammationum, ac potiſſimum dum increſcunt adhuc atq; augentur,pluſq; etiam dum incipiunt.

Quòd roſaceum,vtpote olei roſæq; mediam ad vnguem naturã obtinens, inflammationum optimum in augmẽto remedium ſit. Cap. XVI.

ROſaceum vero(vtpote cuius natura olei roſæq; in medio eſt)in inflãmationum augmentis optimum eſt remedium. At oleum cõmodum eſt vbi inflãmationes maxime vigent. id quod experimenta docent. cauſam autẽ nos in tractationibus de medendi ratione exponemus. Porrò roſaceum,quia in medio eorum ex quibus confectum eſt conſiſtit,vtiq; & in medio tempore vtilitatem oſtendit. Nam per initia repellere magis comprimereq; influxus oportet: in vigore autẽ ita per halitum digerere, vt morſus abſit: at in incrementis repellere ſimul ac digerere. Id quod ſi quis nudum, citraq; iam dictas ratiocinationes audiat,fortaſſis fidem non habebit. Nunc autẽ mirer ſi quis adeo ſit ſtupidus,vt rationi non dum acquieſcat. Nam ſemel vnoq; impetu ab adſtringẽtibus cõtrahentibuſq; ſubſtantiam,ad laxantia fundentiaq; tranſire, planè abſurdum eſt: ſicuti ſanè æquum eſt in intermedio principij ſtatuſq; ſpatio, dum videlicet morbi adhuc increſcunt, nec planè repellere ſicut in principijs,nec itidem digerere ſicut in vigore: ſed perinde vt morbi conditio media eſt inter contraria, ita medicinam quoq; mediam eſſe oportet,quę videlicet nõ vt in principijs adſtringat,nec vt in vigore digerat. Atqui medium omne ex cõtrarijs miſtum eſt, ijſq; totis per tota temperatis,aut per exiguas particulas ſenſum effugientes eorum quibus apponuntur. Porrò hoc an illo modo roſaceũ miſtum eſſe velis, mea quidem certe nihil refert. nam vtroq; modo propoſitum demõſtrari poteſt. Satis autẽ certò ſcio,ſi ratiocinationes omnes tum quas Theophraſtus memoriæ prodidit, tum quas nos toto hoc tractatu cõplectimur,multũ animo verſaueris, ſecundum miſtionis modum reperturum. Quin & in profundum penetrare & corpora arentia magis q̃ oleum humectare roſaceũ poteſt: arbitrorq; ſubinde roſaceo te prędenſas coriaceas tunicas teri vidiſſe: quoniam neq; oleũ neq; hydrelæum(quod ex aqua & oleo miſtis conſtat)eas probe mollire ac madefacere poſſit,quia videlicet craſſiorum ſunt partium,quàm vt penitus imbibi ac penetrare queant: roſaceo vero præter cætera quæ poteſt,paucula quædam ineſt adſtrictio,haud parum huic rei conferens. Nam quę magnopere auſtera acerbaq; ſunt,primo ſtatim contactu ſuperficiem cõdenſantia, humorem ingredi imbibiq; prohibent. at quæ paulũ quidem adſtringunt,cæterum plurimum in ſe continent eſſentiæ tum tenuis, tum tepidæ: tantum abeſt vt præ adſtrictione ingredi

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 76 sur 277

altius corpora admota prohibeantur,vt etiam ab ea,magis ſcilicet impellente,iuuentur. Quæ autem penitus tenuia calidáque ſunt,magis digerunt diſcutiúntq́ humores ex corporibus quibus admouentur,quàm alios ipſa apponant. Porrò quæ frigida ſunt,& craſſioris eſſentiæ,omnino nullum introducere humorẽ queũt. In quibus vero humiditas ineſt tenuis pariter & tepida, hæc per eſſentiæ quidem tenuitatem & tepiditatem prompte mobilia,corporum quæ contingunt,meatus ſubire nihil prohibet. Quòd vero non admodum calfaciant,ex eo liquet,quòd exiſtentem in illis humiditatem non digerãt. Si vero præterquam quòd ſint eiuſmodi,inſuper exiguam adſtrictionem poſſideant,quæ tenues particulas meatum iam ingreſſas in profundum propellere valeat,ipſamq́ extrinſecus ſuperficiem quadantenus conſtringere ac condenſare:ea inter omnia humectantia efficaciſſime humectant. Adſtrictionis enim natura eſt,vt meatus occludere præoccupans,vicinamq́ ſubſtantiam ad ſe contrahens,conſtipánſque,ijs quæ humectare valent,impedimento exiſtat. At quæ adeo infirma eſt,vt in roſaceo,quæ ipſa vincatur potius quàm vincat,tenues roſacei particulas preuertere quidem nequit:ſed vbi illæ altius penetrauerint,in ipſam iam tum ſuperficiem agere incipit,pro viribus conſtipando,contrahendo,ac condenſando. Ex quo neceſſario ſequitur,vt quæ ingredi meatus anteuerterint exigua corpuſcula,intro propellantur,ac meatibus præcluſis foras regredi inhibeantur.

Quòd quæ frigiditate interimunt deleterijs,ex mutationis celeritate vti corrumpant euenit,ac proinde alienam requirant caliditatem,quæ velut manu in totum deducat corpus. Cap. XVII.

Sanè ad opera eiuſmodi non mediocriter confert innata corporibus noſtris caliditas:quippe quæ intro ad ſeſe attrahat,& comminuendo extenuet. Hinc eſt quòd & quæ natura frigida ſunt medicamenta,nempe quæ deleteria nuncupantur,vtputa cicuta, papauer,hyoſcyami ſemen,mandragora,& quæ eius ſunt generis,citius magiſq́ in calidis naturis vim ſuam exerant. cuius & tu,tametſi vnum ex ambiguorum difficiliumq́ problematum numero habitum id fuerit,haud difficulter,modo non ſegniter ijs quæ dicimus aduerteris animum, ſolutionem inueneris. Etenim quum ſit impoſſibile vt talia interficiant,niſi prius cor refrigerent:ſanè intro cõminuta extenuataq́ ingrediantur neceſſe eſt. Id quod ex ſua natura præſtare nequeunt. Quippe quæ craſſarum ſunt partium,nec facilè moueri poſſunt,nec vt minutim concidantur,prorſumq́ ferantur ex ſua natura obtinent:verum adſcititiam caliditatem requirunt,quæ in minuta ſecet,extenuet, atque cõminuat,quæq́ velut manu ducat,atq́ in ſubtiles partium omnium meatus deducat. Itaq́ ſiquando ea abſit,cunctantur tardantq́ in maioribus meatibus hærentia,& venis atque arterijs velut innatantia,ac temporis ſpatio interim per longos errores ac multas iactationes ab humoribus quæ in eis ſunt viciſſim nonnihil perpetiũtur. Oſtenſum eſt enim iam ſæpenumero in ſeſe mutuo qualitates omnes quadantenus agere. Nam & lapis ab aſſiduo aquæ ſtillicidio excauatur,gladiúſque ceram ſecando hebetatur. Monſtratum etiam eſt actiones à ſolidis animantium partibus perfici,quæ quum nondum à refrigerantibus medicamentis refrixerint, animãs ſuperſit neceſſe eſt. Porrò refrigerari nequeunt prius quàm illa in proprios

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 77 sur 277

istorum meatus subierint. atqui ex sua id natura crassioribus frigidisq; medicamentis datum non est, nisi succurrat quod velut deducat. Deducit porrò, vt causa primaria, arteriarum attractio (ostendimus enim ipsas inter dilatandum vicinum omne attrahere) vt secundaria vero & materialis, essentiæ tenuitas: quam cum ex natura sua non obtineant frigidiora crassiorumq; partium medicamenta, ijs vtiq; opus habent quæ præbeant. Corpora itaque quæcunque temperaturæ sunt frigidioris, ea arteriarum tractum imbecilliorem possident (id quod etiam demonstratum est) atque in minutas particulas medicamentorum substantiam redigere nequeunt. Proinde medicamentum & ipsum cunctando tardandoq; temporis spatio aliquid perpetiatur par est. Itaq; interim accidit vt concoquatur, velut lactucæ succus. Nam & is tempore concoquitur. At si integer ad cor pergere properaret, non secus atque cicuta hominem interficeret, euenit autem id ipsum alijs quoque omnibus admodum refrigerantibus succis. Nam nisi celeriter interimere possint, sane ex hoc omnino nullius effectus redduntur. At quæ aut erosione aut putredine enecant, ijs vt tempore inualescant accidit. Siquidem temporis spatio putrescunt omnia, eoque magis quo fuerit humidior calidiorq; locus. Merito ergo fit, vt quæ frigore suo noxã inferunt, ijs actionis celeritas ad perniciem proficiat: quippe quæ alioqui spatio excalfacta, vim per quam agebant, deperdant. At quibus actio consistit in putredine, ijs tempus actionem adauget, quoniam scilicet & putredinem. Nec enim animal vllum interire potest quin cor ab agẽdi munere cesset. fieri porrò vt cesset nequit citra maximam intemperiem. Siquidem non simpliciter quam par est aut calidius aut frigidius moueri desinet. Eodem modo si modice siccum aut humidum euadat. Minus enim suo fungetur ob hasce quidem intẽperies munere, cæterum motu non vacabit prius quam immensam aut caliditatem aut frigiditatem, aut reliquarum qualitatum aliquam acceperit. Porrò medicamentis quæ frigore occidunt, vbi ad cor pergere cunctantur, simile quid accidit, quod lignis humidis viridibus frequẽter euenit. Hæc siquidem si multa aceruatim in ignem conijciantur, eum celerrime extinguunt. sin vndiquaque in orbem composita prius ficcẽtur, ac incalescant, & deinde sensim inijciantur: tantum abest vt extinguant, vt etiam alimento illi efficiãtur. Sic hominem quidem cicuta necat tum ob meatuum amplitudinem, caloriscq; multitudinem, tum ob attractionis arteriarum robur validum etiamnum ad cor pertingens. Sturnos vero ob causas contrarias haud enecat, vtputa quum & retineatur & cunctetur, ac sese temporis tractu concoqui præparariq; à corde tanquam à foco incalescens sinat, non secus ac ligna extrinsecus. Quare nec id quidem mirum dubiumq; relinquitur, sed est quale lactucis accidit, quippe quæ moderato esu hominem nutriant. At si quispiam expressum earum succum largiter hauserit, non secus profecto morietur, quam qui aut cicutam aut papauer sumpserint. Sic lactuca si cor refrigerauerit, interimit: sin concoquatur, alimentum animali efficitur. Ad eundem arbitror modum cicuta hominẽ quidem celeritate distributionis interficit, sturnos vero tarditate ipsa nutrit. Si vero exiguũ quiddam sumatur, mortẽ homini nequaquã inferet. Id quod anus Athenienſis experimẽto docuit, cuius apud omnes percelebris memoria est. Etenim ea ab exigua cicutæ portione auspicata, nullo detrimento ad permagnam progressa est copiam. principio enim paucum exiguitate ipsa deuictũ est: at cõsuetudo naturale reddidit. Nec enim nunc locus est vt cur plurimum possit consuetudo, curq; velut altera ac

adſcititia natura ſit,vti à veteribus proditum eſt,cauſam reddam. Nam ita maius euaderet operis acceſſorium,quam ipſum opus:vt omittã quòd ſeparatim de hoc tractauimus. Verum connectendus eſt perficiendúſq; præſens ſermo.

Quòd medicamentorum quæ frigiditate ſua interimunt,nullum prorſus genere letale ſit,ac deleterium,ſed ſola quantitate. Cap. XVIII.

EOrum ergo medicaminum quæ frigore interimunt,nullum genere lætale eſt,ſed ſola quantitate. At in erodentibus putrefacientibus atque excalfacientibus haud ita ſe res habet.ſed de his paulo poſt dicetur. Quæcunque autem frigiditate occidunt,ea exigua quantitate ſumpta mortem non adferent,non magis quam ſi copioſæ flammæ pauxillum aquæ inſtilles,aut lignum inijcias humidum ac viride. Quemadmodum itaque niſi calorem habeant abundantem,qui tum cõminuat,tum ad cor vſque perducat,interficere non poterũt:ſic ſi quod comminuit ac deducit,multo valentius fuerit,prorſum deuincet,mutabitq;,ac alimẽto vt ſibi ſit medicamentum,efficiet.

Quòd medicamenta quæ natura ſunt frigida,iure à veteribus poteſtate frigida appellentur. Cap. XIX.

QVamobrem eius quoq; nunc protinus meminiſſe oportet,veteres medicamenta natura frigida,poteſtate dixiſſe frigida. Nam ea quoque quadantenus refrigerandi potentiam à nobis accipiunt, ſicut excalfaciendi calida. Quòd ſi alio modo illa,alio vero iſta, nihil vtiq; refert.generale enim idem cõmuneq; vtriſq; eſt,nempe alterationis principium ex paſſuro corpore in acturum medicamentum procedens. Nam quæ poteſtate quidem ſunt calida,alterantur eò dunta-xat,quòd incaleſcant à nobis:at quæ natura frigida,tum quòd cõminuantur,tum quòd adſcititium accipiãt motum. Quum itaq; ipſis tanquam frigidis agere abſq; corporis patientis auxilio non licet,iure poteſtate frigida dicuntur. Nam vt actu nos calfaciant,non prorſum ex ſeſe obtinent,verum à nobis prius perpetiantur vt refrigerent oportet. Etenim in minuta conteri,& aduentitium motum accipere, affectus ſunt medicaminum. Attamen ſi cui libeat ea actu frigida nominare,haud equidem repugnem,modo omnis in verbo diſſenſio ſit,res autem vtriſq; confeſſa. Siquidem (quod paulo ſupra monuimus) id genus omnia calidum corpus quò agere poſſint poſtulant. Eapropter meconium,hoc eſt ſuccus papaueris,& cicuta ſi vino miſta bibantur,ocyus necant,licet non quouis temperata modo. Si enim ipſa pauciſſima plurimo miſceantur,prorſum deuinci poſſint. Si vero pauculo multa,deducuntur quidem ad cor,vinci autem nequeunt. Si quis vero papaueris ſuccum qui interficere poteſt hauſerit,ac etiamnum tamẽ ſuperſit,recta ratione & hunc quoque ſanabit epotum vinum vetus,magiſq; etiam ſi generoſum fuerit. nam id quoque magis calefacit. Quòd vero cor nondum admodum refrixerit liquet,quandoquidem adhuc homo viuit. Tum autem digeſtionis in corpus tarditate quadantenus mutatum iam à corpore eſſe medicamẽtum,ſicuti lignum viride vbi proxime ignem aliquãdiu iacuerit:nec id quidem obſcurum eſt. Calidum itaq;

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 79 sur 277

id temporis vinum ebibitum præsentissimum est remedium, nosque etiam quendam extreme iam refrigeratum vini lesbij potione seruauimus. potestq; idem falernum, surrētinum, ariusium, tmolites austerum: ac quotquot calida simul exquisite vinosa fuerint vina, eundem cum lesbio præstare valent effectum. In summa quod tenui perlucidaque substantia est, colore vermiculo aut flauo, odore gratum, quodq; multam aquæ misturam exposcit, id tum admodum excalfacere est natum, tum facilè vndique per corpus vniuersum deferri. Tale ergo natura vinum, ætate vetus, meracius mistum, eos etiam qui refrigerati iam sunt, persanat, nec solum à papaueris succo, aut alio quopiam refrigerātium medicaminum, verum etiā qui in morbis aut ex stomachi aut ex cordis dolore animi patiuntur deliquium. At quod cum refrigerantibus medicamentis, quò celeriorem mortem afferāt, bibitur: id nec multum est, nec generosum, sed quod cōminuere ea, ac distributionis sui impetu in cor perducere modò valeat. Atq; de his quidem hæc sufficiant.

De actione medicamentorum quæ putrefactione & erosione nos necant. Cap. XX.

QVoniam autem de ijs etiam medicamentis quæ erosione ac putredine interimere sunt nata, dicturum me, quòd tempore pernicioſiora reddantur, & ipso genere naturam nostram corrumpere possunt, non modo multitudine, velut refrigerantia, sum pollicitus: tempus nunc est promissis satisfacere. Coniuncta est enim quadantenus quæ de his habetur oratio, ijs quę de medicamentis potestate calidis dicuntur. Verisimile siquidem est pleraque eorum etiam actu esse calida, sed idcirco nos fugere, quoniam aut ipsi plurimum habeamus caloris, aut crassa eorū essentia sit. Redigamus enim eadē rursum in memoriā, nempe quòd in balneo frigida videatur vrina: itidémq; memoria repetamus quòd cum in solium calidum descendere non valeremus, aliud prius minus calidū ingressi, nullo negotio quod antea intolerandum videbatur, postea pertulerimus. Quin & aqua fontium tempore hyberno quibus manus algent, tepida apparet, quum alijs minime videatur eiusmodi. In summa enim (id quod antea quoq; diximus) pro suo vnumquodque affectu corpora admota sentire consueuit. Sic ergo si manum habens frigidam, eam in tritici aceruum immiseris, luculenter calorem percipies. sin calidam, nequaquam. At si stercori columbino accumulato, potissimum syluestriū columbarum, manum inseras, etiamsi calidam, manifestam tamen senties caliditatem. Sic misy, sory, chalcitis, ærugo, calx, aliaq; id genus innumera, si illis aceruatis manum altius inijcias, protinus videbuntur esse calida. Cæterum si bolum ex eis vnum acceperis, cuius extrinseca superficies ab ambiente extrinsecus aëre sit refrigerata, merito nullum percipies calorem: quippe qui refrigeratas tantum eius partes contingas, idq; antequam in minutas redactæ sint. Ad eundem modum hyeme sæpenumero tum putealis, tum fontalis, calida tangentibus est visa: verum si quis calfactis prius manibus contigerit, frigida videbitur: memorariq; sanè possint alia id genus infinita quibus facilè adduci quiuis possit vt credat medicamenta potestate vt ad nos calida, alteri animantium generi actu esse calida.

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 80 sur 277

Quòd rectè quæ erodendo putrefaciendoq; interimunt medicamẽta, genere non qualitate deleteria ſunt dicta: & quòd quanto in corpore morantur diutius, tanto & magis agere ſunt nata.

Cap. XXI.

ATq; hæc quidem obiter dicta ſunto. Cæterum quæ nos contactu iut per putredinem aut̃ per eroſionem interficiunt, (nam de his habebatur oratio) ea rectâ quidem ratione humanæ naturæ deleteria toto genere exiſtimata ſunt, non vt frigefacientia, duntaxat quantitate. hæc enim interdum vincuntur, & nutrimentum animali redduntur. putrefacientia autem etiam ſi quãtitate minima ſumãtur, omnino tamen corrumpunt, quia videlicet quæ putredini obnoxia ſunt, calore humiditateque putreſcere ſolent. Atqui calidus humidúſque ſanguis eſt. Itaque putreſcere nunquam ceſſare poſſunt, ſimulq; viciſſim putrefacere, quæ σηπεδονικὰ à putrefactione vocantur medicamina. proinde longo etiam poſt tempore à quo ſumpta ſunt, nonnulla interimunt, potiſſimum quæ craſſa terrenaq; eſſentia ſunt. Hæc enim corporibus noſtris inhærentia inſidentiaq;, dein temporis ſpatio putreſcentia erodunt corrumpuntq; vicinas corporis partes.

Qua cauſa putrefacientia medicamina licet genere letalia ſint, non tamen perpetuò occidant.

Cap. XXII.

AT quæ tenuiora ſunt, etiã excerni interim cum excremẽtis poſſint: ferèq; accidit vt duas ob cauſas iſtas quãdoq; medicamenta putredine eroſioneve necantia, non interficiant: vnam videlicet, quam modo admodum dicere deſij, nempe quum vnà cum excrementis excernuntur prius quàm iniuria corpus afficiant. Alteram ſi cui accipienti bona faueat fortuna, videlicet aut cibis, aut quæ alioqui conferunt, vtenti, aut medicum qui curando præſit, nacto. Nam vbi grauis ab ijs noxa illata eſt, malum neq; victus ratione neq; generoſorum medicaminũ medicíq; auxiliãtis ope ſiſti poteſt. Quòd ſi prorſum exile ſit deleterium, nihil repugnat quo minus illud quoq; nihil perficiat, propterea quòd cum recrementis excerni poſſit, aut idonea victus ratione ſuperari: vtputa ſi cantharidis ſit cẽteſima drachmæ particula. nam id prius quàm noxã animali inferat, vnà cum vrinis excernatur. Sanè cantharides vrinã cientibus medicinis miſcẽtur, ſicut pleraq; alia letalia alexipharmacis, hoc eſt amuletis. Atq; id genus medicamenta cõpoſita ſi apte tẽperata fuerint, omnino efficaciſſima ſunt: quoniam admodum quod ex cantharide cõficitur, vrinæ mouendæ accõmodum eſt. Feruntur enim alioqui ſpõte ſua cantharides per vrinam ad veſicã, atq; ſic rodendo eam exulcerãt. verum vbi paucum ex illis, multis miſcetur bonis atq; vtilibus, illa quidem velut manu ducũt, rodere tamen nequeũt. Opus eſt enim vt quicquid agat, etiam ſi ſit valentiſſimum, aliquantam tamen magnitudinem habeat: quando nimirum & ignis ipſe ſi prorſum minimus ſit, præter quàm quod non vret, ne calfaciet quidem: quippe quum & centeſima ſcintillæ portiuncula ſenſu à nobis ſit imperceptibilis. Ex quibus patet quæcunque frigiditate interimunt, ſi paucula ſumãtur, nutrire corpus poſſe, velut lactucæ ſuccum. at quæ putrefaciendo erodendoq;, ea nũquam nutrire, ne ſi præ paruitate quidem innoxiæ

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 81 sur 277

corpus permeent. genere nanq; talia humanæ aduersantur naturæ.

Quòd in medicamentis dissimilaris substantiæ reperiatur mistura: ac proinde vbi fine suo purgantia frustrantur, interim quidem extreme lædimur, interim nequaquam: quippe vbi deleteriam in se vim permistam obtinent, ad corrumpendum conuertuntur. Si vero vim non habeant deleteriam, concoquuntur, talémque generant succum qualem trahere nata erant. Cap. XXIII.

QVemadmodum in saporibus ante monuimus nullum propè eorum alienæ esse qualitatis expertem, verum siue in arboribus, siue in herbis, siue in fructibus, mistos semper alterius generis esse saporibus: ita in medicamentis intelligere oportet multas diuersi generis mistas esse substantias. id quod inuenias si consyderes granum cnidium hoc à cnico differre, quòd plurimum habeat caliditatis. Nam similitudinem vtriusq; substantiæ tactu visuq; cognoscere liceat: præterq; ea tertium est, quòd ambo pituitam detrahant. Ostensum est siquidem nobis in commentarijs de naturalibus facultatibus, quòd qualitatum quæ in substantijs sunt proprietatibus attractiones perficiantur. At tamen grano cnidio multum permistum caloris est, qua re à cnico distat. Idcirco purgantium medicamentorum, vbi forte purgatione frustrantur, quædam extra quàm q; noxam corpori nullam afferunt, etiam alimentum homini præbent. alia vero in corruptionẽ ac tanquam in venenum vertuntur. prorsum enim medicamentum expurgans vel cum vno saltem humorum qui in corpore sunt nostro, similitudinem obtinet, non autem perpetuò permista est vis venenosa: quamobrem nec perpetuò licet nõ purget, iniuria afficiet, verum concoctionem accipiet, talemque producet humorem, qualem trahere natum erat.

Quamobrem, quum qualitatum proprietate attractiones perficiantur, purgantia medicamenta quidem perpetuò humores attrahant familiares, nec tamen vnquam à familiaribus attrahãtur? An quòd efficaciora sunt purgantia medicamina, sic vt attrahere potius quàm attrahi sint idonea? Cap. XXIIII.

NOn autem me fugit, qui in naturalium facultatum cõmentarijs exercitatus ante non sit, hasce ratiocinationes non satis consequi posse. Demonstratum enim ibi est pleraſq; perfici attractiones qualitatis familiaritate: quamq; singillatim animãtis particulam familiare sibi nutrimentũ attrahere. Ad quam sententiã seu dogma sequitur medicamenta purgantia esse quidem detrahendis humoribus familiaria: verum quæ attrahunt, quodammodo esse efficaciora valentioraq;, sicuti magnes lapis ferro: quippe qui ad ferri naturã accedat, inq; ferri metallis reperiatur, eiq; magnopere specie persimilis sit: verum fortior est quodam modo, vt attrahere sit aptior, quàm attrahi. Quin nec cnicũ quoq; à pituitæ natura alienum esse diffidendum est, vti colore suo præ se fert. sed tamen calore ipso quàm pituita valentior est, vt trahere q̃ trahi magis par sit. Ad eundem modũ granum

cnidium ſiquãdo forte à corpore noſtro vincatur,(id quod aſſidue cnico vſuuenit, rarius autẽ grano cnidio,nimirum ob robur)vice purgationis alimẽtum efficitur: velut veratrũ ſemper coturnicibus. Volo autẽ,quandoquidem in hunc ſermonem deſcendimus,logici cuiuſpiam meminiſſe theorematis,quod & in cõmentarijs de demonſtratione mõſtrauimus,cæterum in rem præſentẽ haud inutilis. Eſt autem theorema eiuſmodi. Demonſtrationũ aliæ, quod ex neceſſitate hoc ſit,eò concludunt. Aliæ,quod eſſe poſſibile eſt. Harum ipſarum quædam in id quod ex neceſſitate eſt recidunt,quando videlicet ex neceſſarijs conſequuntur principijs,velut in hoc ipſo quod modo monſtrauimus. Siquidem in grano & cnico pituitoſum ineſſe ſuccum euidenter monſtrare non eſt:tamen poſſe eſſe,ac probabile veriſimileq; eſſe, ratione colligitur. Poſteaquam attractiones ſubſtantiarum fieri ſimilitudine oſtendimus,(demonſtratum enim ſubinde eſt,in purgationibus attractionem eſſe eorum quæ purgantibus medicamentis ſimilia ſunt,haud vero omniũ ſimul ſuccorum alterationem)ſimilitudinem ineſſe quãdam vtriſq; ſubſtãtijs,& eius videlicet quod purgat,& eius quod purgatur,neceſſe eſt. Porrò quum quod purgatur,pituita eſt:quod trahit,pituitoſum ſit oportet. Pituitoſum autẽ eſſe oportere quod trahit diximus,non autem planè pituitam. Etenim ſimilitudinem ineſſe ſubſtantijs diximus,nõ identitatẽ. contrarium enim cernimus. Nam neq; ferrum attrahit ferrum,neq; caro carnem,ſed lapis ſideritis ferrum,caro ſanguinẽ. Differunt enim mea quidem ſententia idem & ſimile. Quippe pituitæ pituita eadem eſt,& cnicum cnico,ſimilis autem pituitæ cnicus,non tamen idem. Neq; enim quæcunq; aut biliоſa aut pituitoſa dicimus,perinde tanquã bilem aut pituitam,contineret ſic nuncupamus. Huius enim opinionis abſurditatem deteximus cum in naturalium facultatum cõmentarijs,tum multis alibi locis.

Quòd in purgantibus medicinis duplex inſit familiaritas,nempe quædam actu,& quædam potentia. Cap. XXV.

QVapropter prætereũda ſunt omnia huiuſmodi. Illud vero rurſus repetendum eſt,quòd purgãtium medicaminum quædam iam etiam poſſident idoneam ad attractionem ſimilitudinem:quædam non perfecte quidem eam obtinẽt,verum in animantis corpore accipiunt,nõ ſecus atq; vrentia medicamenta,quæ cauſtica Græci vocant. Itaque duplex quoq; in his ſimilitudo eſt,vna actu,altera potentia,velut & in alijs omnibus. quin & permiſtæ ſunt ſimilibus in vnoquoq; ſuccis alij diſſimiles,qui partim quidem medicaminoſi ſunt,partim non. Quare vbi purgationem haud aſſequuntur quædam purgãtium, malum corporibus noſtris inferunt,quædam vero alimentum exhibent.

De ſuperpurgationibus,quas ὑπερκαθάρσεις Græci vocant. Cap. XXVI.

PORRÒ quoniam ſemel ſermonem de purgantibus medicamentis attigimus,præſtiterit fortaſſis nonnihil quoque dicere de nimijs purgationibus,quas ὑπερκαθάρσεις Græci vocant,quaſi ſuperpurgationes dicas. Euenire igitur eæ ſolent quum purgans medicamen vſque adeo inualuit,vt in vaſorum ad vẽtrem pertinentiũ oſculis mordicationem apertionemq; multam relinquat,aſſidueq; iritãs conuellénſq; corpora,quæ in vaſis ſunt vires diſſoluat atque deijciat. Nam quod in

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 83 sur 277

ventre euenire conſpicimus vbi vires eius in extremã inciderunt infirmitatẽ,idem in venis accidere putãdum. Quid porrò eſt quod in ventre euenit? vomitus totius eius quod deglutijt, vbi videlicet ſuperiores eius partes debilitas occupauit: inteſtinorum vero leuitas,vbi inferiores. Oſtenſum eſt autem & de hiſce latius in tractatu de vacuandorũ cauſis. Huiuſmodi affectum exiſtere in venis exiſtimandum eſt in ſuperpurgationibus. Cum autẽ per initia modica etiamnum ſit & apertio,& imbecillitas,tũc quod & tenuiſſimũ eſt,minimeq; naturæ familiare,excernitur:ſed vbi vtraq; adaucta eſt,iam tum etiã craſſa,& quę naturę familiariſſima ſunt,euacuãtur:quamobrem flaua bilis primo,pituita ſecundo loco,tertio loco atra bilis, poſt hæc poſtremus omnium in ſuperpurgationibus effunditur ſanguis,vtpote qui naturæ ſuccus ſit familiariſſimus. Ante hunc vero primus quidem qui tenuiſſimus, poſtremus qui craſſiſſimus. Differuit autem & Hippocrates in opuſculo quod de natura humana inſcribitur,de ordine qui in iſtis euacuandis ſeruari ſolet: ac nunc quoq;,ne quid huic ſermoni deſit,dicẽdum eſt. Etenim ſi quod pituitã ducat medicamentum exhibeas,prima quidem in ſuperpurgationibus flaua,mox atra,tertio loco ſanguis eijcitur. At ſi quod flauam bilem detrahat:pituita conſequetur,tertia atra,quartus demum reddetur ſanguis. Quin & ſi atram bilem purgare ſit natum, eam quidem primã euacuabit:poſt quam,flauam deinde pituitam:omniumq; poſtremus ſequetur ſanguis,tanquã ex inanimis iam vaſculis effluẽs,vt quæ ſumma iam debilitas occupet,quæq; ad extremã oſculorũ apertionẽ peruenerint. Ex quibus manifeſtum eſt poſtremũ in ſuperpurgationibus vacuari humorẽ qui idem & familiariſſimus eſt:aliorum autem vnumquemq; prout aut craſſus eſt aut tenuis.

Qua cauſa in ſuperpurgationibus humores minime purgãti medicamento familiares itidem euacuentur,nempe propter vaſorũ infirmitatẽ,propter oſculorũ laxitatem,propter purgantis mordacitatẽ. Cap. XXVII.

Aeterum cauſæ quamobrem omnino & qui alieni ſunt à purgante medicamento ſucci,vnà excernantur,in hiſce tribus conſiſtunt,vaſculorum ſcilicet imbecillitate,oſculorũ laxitate,& purgantis mordicatione. Quum enim vaſcula nõ amplius in ſeſe cõtinere ſuccos poſſunt,& oſcula eorum recluſa fuerint,nec iritare medicamentũ deſinat,poſſitq; non amplius familiarem trahere ſuccum,neceſſe omnino eſt reliquos quoq; quo diximus ordine excerni. Satis enim erat vnica mordicatio quæ organa ad excretionẽ excitare poſſet. quãto ergo magis id fiet vbi & apertio & imbecillitas vaſorum coïerit. fit autem,vt ſupra diximus, apertio ob medicamenti potentiã: ob quam videlicet mordicatio item prouenit. Vaſorum autẽ imbecillitas,tum ob ingentem defatigationẽ,(quam ſcilicet dum à purgante medicamento mordicarentur,ac veluti emulgerentur,afficiebantur)tum ob intẽperantiam,quę in ſuperpurgationibus occupat. Quemcunq; enim humorũ penitus euacuaueris,intẽperantia conſequatur neceſſe eſt. Itaq; quod à purgante & alieni quoq; vacuentur ſucci,eas habeto cauſas. porrò q; ſupradicto ordine,vacuandorum humorũ tum tenuitas,tum craſſitudo in cauſa eſt,& ad hæc prout magis & minus animantium conſtitutioni ſuccus quilibet familiaris eſt.

Libri tertij finis.

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 84 sur 277

GALENI DE SIMPLICIVM MEDICAMENTORVM FACVLTATIbus liber quartus, Theodorico Gerardo Gaudano interprete.

QVo pacto igitur dicatur frigidum, calidum, humidũ, ſiccumq; facultate medicamentum: tum qua ratione id explorare oporteat, ſuprà definitum eſt. Porrò quoniã nõnulla emollientia dicuntur, relaxantia, rarefacientia, condẽſantia, emplaſtica, ac digerẽtia, multaq; his ſimilia alia, præſtiterit & de his diſſerere: vnà vero cum iſtis, aut etiã ante ea, de ſaporum omnium & eſſentia, & facultate, de qua & in fine primi horum commentariorum verba fecimus, quando ſcilicet Platonis ex Timæo dictionẽ adſcripſimus. Verum ibi quidem gratia paſſionum ſenſibilium, quas lingua in quoq; eorum perpeti eſt nata: at hic de eſſentia & facultate ſermo habebitur: quandoquidem & aliæ animantis partes ſimiliter vt lingua perpetiuntur, ſed paſſionũ ſenſum non exacte percipiunt. At lingua præterquã quòd perpetiatur, ſenſus etiam perfectionem poſſidens, earum omnium naturas dignoſcere poteſt. Nec enim hoc dicendum eſt, calidum, frigidum, humidum, ſiccumq; linguam calfacere, frigefacere, ſiccare, aut humectare poſſe, aliarum vero quamuis non poſſe: imò vti hanc, ita & alias omnes ſingula afficiunt & alterant, tantũ diuerſitate in ipſis exiſtente pro minoris maioriſq; ratione: haudquaquã in ipſo, vt ſic dicam, affici, aut nõ affici. Quippe quòd lingua non ſecus atq; alia quæuis animantis partium, calidum, frigidum, ſiccum, humidumq; dignoſcere corpus valeat, cuiuis clarum eſt: amaritatem vero, dulcedinem, ſalſitatem, aciditatem, auſteritatem, acerbitatem, acrimoniam hæc ſola diſcernere creditur: tametſi paſſionum ſimilitudinem inuenire eſt cum in alijs partibus omnibus, tum in vlceratis. Nam cutis duritas denſitaſq; excludit, reſiſtit, prohibetq; quo minus foris incidentiũ facultates intrò in carnẽ ipſam penetrent.

Quonam modo frigidũ corporibus noſtris mordax appareat: & quà differat ab ijs quæ caliditate mordicant: nempe quòd continuum diuellat: cuius rei cauſa eſt, quòd & tenues humores compreſſu exprimantur, & vacua ſpatia relinquantur, & mollis ſubſtantia in arctiorem locum cõtrahatur: at calidum, quia ſubſtantiæ cõtinuitatem erodat. Cap. I.

SIc enim & illud ab Hippocrate dictum eſt, Vlceribus frigidum mordax. tametſi cuti prius q̃ vlceraretur, mordax nequaquam eſſet. Eſt vero & oculis & naribus & ori, externis partibus animalis, frigidum mordax: nec minus internis, vẽtri, & inteſtinis: vt difficile ſit nonnunquam diſcernere an à frigore quis, an ab humorum mordicetur acrimonia. Eueniũt autẽ hæc non abs re. Siquidem quum frigidum quæcunq; contingit, eorum & contrahat ſubſtantiam & condenſet conſtringatq;, primum tenues tum excernantur humiditates neceſſe eſt, ſicut ex oculis lachryma, ex naribus mucus: poſtea vero etiam mordax appareat, licet alia ratione quàm in calido. Nec enim erodendo quod continuum eſt, ſed

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 85 sur 277

©BIUM

diuellendo moleſtum ac mordax eſt frigidum. Quare nec duris corporibus tale apparet. Nam dum mollia contrahuntur cõprimunturq́, humidum exprimi contingit, ſimulq́ partes diuelli: humidum quidem, ſicut in ſpongia à manibus noſtris contracta cõpreſſaq́. diuelli autem, ſicut in ijs quæ diſtrahuntur diuelluntur q́, ſiue à noſtris manibus, ſiue aliunde. Tale quid rara molliaq́ corpora à frigido perpetiãtur neceſſe eſt, raritate frigus prõpte intrò recipiente, multoq́ etiã promptius partibus in ea mollibus, quæ in profundo ſunt, à frigore cõcreſcentibus. Frigidũ itaq́ ſpiramenta cũcta in raris corporibus ſubiens, qualia ſunt vulnerata omnia, oculiq́ & nares, ac os, ventercq́, omnes refrigerandorum corporum partes arripit, & quodãmodo multis circunquaq́ anſis eas contrahens atq́ condenſans, à continuis auellit. Quæ dum patiuntur, multa fieri ſpatia inania neceſſe eſt, non tantum quia tenues exprimantur humiditates, verum etiam quia ſubſtantia mollis in arctum contrahatur. Atqui ſpatium inane in ſibi cõtinuis corporibus, ſeruata etiamnum continuitate fieri non poteſt. Ergo ſi fieri id conſtet, clarũ eſt illam deperdi, ac corpus continuũ diſtrahi, ex quo moleſta mordaxq́ ſenſus exoritur affectio. Tametſi non eadem vtriſq́ qualitas eſt, tum ijs quæ frigore mordicant, tum ijs quæ calore: ſed in illis protinus & cõtractionis cõdenſationiſq́ ſenſus percipitur, in his diſſolutionis & fuſionis. Quin nec par eſt vtriuſq́ affectus celeritas, verũ in refrigerantibus quodãmodo tardior & cunctantior eſt mordacitas, at in excalfacientibus celerrime penetrat. Quando igitur abũde definitũ eſt tum ipſa rerũ natura, tum etiã qui in nobis fit ſenſu, clareq́ expoſitũ eſt quo pacto calidũ, quoq́ frigidũ mordax appareat: colligere quemq́ apud ſeſe oportet vel antequã à nobis id audiat, mordicantiũ medicaminũ alia calida facultate, alia frigida, neceſſario eſſe: à nobis autẽ diſtinctiones eorũ exacte addiſcere licebit, vbi prius cõmonefecerimus poculum & balneum cum tẽperata ſunt, calida à nobis dici nõnunquam appellationis abuſu: quãdoquidem eucrata ſiue tẽperata dici debebãt, ac ſymmetra potius quàm calida. Ergo quæ ſic calida ſunt, grata amicaq́ ſunt. funditur enim quod in corporibus noſtris conſtiterat, atq́ concretum fuerat: quo maxime affectu voluptas animantibus cõſtat. At ſi moram etiam trahant, ſenſim quoq́ & ipſa moleſta euadũt. Ad tantã enim fuſionis immoderationẽ ſic recidunt, vt ſubſtantiã noſtram etiã digerant, diſſoluãt, atq́ diſpergãt. Verum nec ſic quidem mordicatione infeſtãt, ſed animi afferunt deliquiũ, vireſq́ deijciunt, vt mors quoq́ tandem ſequatur. At quæ his magis ſunt calida, ſecant, diſtrahũt, diuiduntq́ ſubſtãtiam: quare neceſſario mordacia vidẽtur, velut aqua feruens, ac ipſe ignis. Eundẽ in modum frigida quæ [cõtrahunt,] nondum tamen contacti corporis continuitatem diuellunt, frigida duntaxat ſunt, haud etiam mordacia. At quæ ſupra quàm quòd contrahunt, etiam conuellunt (ea vtiq́ omnia violenta cõdenſatione vtuntur) mordacia apparent. Igitur ſubiectam materiam contrahere & cõdenſare, frigidi ſemper proprium eſt: fundere autẽ atq́ liquare, calidi: vtriuſq́ vero immoderatius aucti, cõmunis eſt mordicatio. Etenim quæ ſumme frigida calidaq́ fuerint, præter omnes alias quas modo memorabam raras molleſq́ partes, cutem etiam noſtram inuadunt. Memini me quandoq́ per niuem iter feciſſe tam altã & copioſam, vt nulla terræ pars nuda cõſpiceretur. Aer exactiſſime purus erat, ſpirabatq́ à terra ventus adeo frigidus, vt nõ oculos modo & nates & totam adeo faciem mordicaret, verum etiam ſi quis forte manum protuliſſet, ſimiliter illam afficeret. At quæ à ſumma frigiditate aut caliditate abſunt,

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 86 sur 277

cutem non mordicant. Frigida quidem, quoniam continuitatem eius ob duritiem distrahere nequeant, nec in profundū subire præ superficiei densitate valeant. Calida autem, tum quòd non erodant, sed duntaxat fundant, tum quòd interdum meatus prompte penetrēt. Plurimum autē ad id genus passiones facit essentię medicamentorum vel tenuitas, vel crassitudo. Siquidem frigida quę tenuium partiū sunt, quum magis in profundum transeant, vehemētius etiā proinde mordicant. Calida vero quæ crassarum sunt partium, quoniam plus vlcerant, violentius iccirco etiam affligunt. Tenuiorum itaq; partium aër est, crassiorum terra: medium eorū tenet aqua. Sed aër accensus fit flamma, terra autē pruna. at aqua vehementem sanè caliditatem accipit, sed nec flamma nec pruna propter innatam humiditatē efficitur. Siquidem flamma & pruna, ignis sunt genera. Ignis autē omnis calidus est & siccus. At aqua sicca vt sit, fieri nequit: proindeq; ipsius ignis exacte qualitatē sicut aër & terra nō accipit. Nullum est itaq; æque calidum pharmacum, vt aut flamma, aut pruna, aut feruens aqua: imò vt sit vel calidissimū, omnino tamē plurimum ab illis vincitur. Procedit autem ad vstionem vsque medicamentorum caliditas, vbi videlicet in crassa consistit essentia. Quæ vero subtilium partium sunt calida, nonnunquam omnino non mordicant, sed calfaciunt duntaxat. Est autem vbi & mordicent, non tamen vrant.

Quæ vocemus tenuium partium, & quæ crassarum. Cap. II.

Sed quid tenuium partium, quidve crassarum esse intelligamus, cōmemorare oportet. Nempe quæ celeriter in tenuia soluuntur, tenuium appellantur partium. At quæ id perpeti nequeūt, crassarum. Quòd ergo ea soluātur, calor qui est in animātis corpore cui vnumquodq; applicari contingit, in causa est. Quòd autem in tenues crassasve partes cōminuantur, id à sua ipsorum natura obtinent. Quocirca refrigerantium medicaminum ea quæ crassarum sunt partiū, mordicare nequeūt, vtpote quæ extimam cutis superficiem penetrare non valeāt. At quæ tenuium sunt partium, & perfacilè penetrare possunt, & in profundū subeuntia molles animantis partes mordicant. Mordicant etiam magis quæ cum tenuium sint partium, insuper inæquabilem obtinent temperiem. Sed supra demōstratum est inæquabilia esse propemodum omnia. Quippe aut impossibile est aut perdifficile vllam inuenire substantiam quæ ad amussim similarium sit partium. Vinum nanq; diximus vnū quidem habere in se recrementū crassarum partiū: vnde, dum temporis spatio secernitur, ferturq; deorsum, fex cōsistit. aliud vero quod florem nūcupant: quod dum vinum feruet supernatat, sed postea ad feces subsidit. tertium, aqueum, quod toti vino permistum est. hoc primario potissimumq; feruet. quartum præter hæc est ipsum reuera vinum. Ostensum vero etiam est quòd tum in oleo, tum in lacte, tum in alijs omnibus succis eadem sit recremētorum natura, multoq; magis in totis plantis, metallicisq; omnibus. Quæ memoria tenētes nunc tempestiuū est de medicamentis omnibus consyderare. Ac primum omniū cauendum est ne nobis quoq; quod plerisq; omnibus qui talia scrutantur, accidat. Nam quasi omnia similarium forent partiū, ita differunt, nec concedunt neq; vinū neq; oleum neq; reliquorū vllum ex diuersis facultate partibus cōsistere: imò multo magis mirantur si de aceto audeamus dicere ipsum ingenitam vini caliditatem

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 87 sur 277

perdidiſſe,cæterum ex putredine aliam adeptum:cuius ſanè ſentẽtiæ eſt tum Ariſtoteles,tum Theophraſtus.Nam vinoſæ vini partes,dum ipſum in acetum trãſit, refrigerantur:at aqueum recrementũ putreſcens adſcititiam qualitatẽ obtinet,velut cætera omnia quæ putreſcunt:fitq; acetum quiddam ex cõtrariæ facultatis partibus compoſitum, partim refrigerantibus,partim calidis,ſicuti vſtorum lignorũ omnes cineres.Etenim in illis aliquid velut fomes quidã igneus per partes diſperſum eſt, quod & valde calidum eſt. reliquũ omne tum terreum eſt,tum frigidum. Idcirco quum cinis aqua maceratur,ac per rariuſcula quædam corpora modice colatur,fit vt calidæ acreſq; partes vnà ferantur:reliquum quod eſt,frigidum eſt,nẽpe quod igneas ſuas particulas in aquam depoſuerit. Vocant eam aquam homines græce κονίαν, latine lixiuiũ:idq; proportione quadam aquæ marinę & muriæ,diſpoſitionis generationis & facultatis ergo reſpondet. illa enim ex aqua ſaleq; cõſtant: at aqua quæ cinerẽ abluit,tum ex ipſa,tum ex partibus quas ſecum rapuit, compoſita,hoc pacto effecit nominatã κονίαν, id eſt lixiuium: quod niſi antea ſcias ex aqua ac fuliginoſis cineris partibus effectum, forſitan ſimplex & incõpoſitum eſſe corpus exiſtimes. Eiuſmodi quiddam in aceto nobis euenit. Nam cum nequeamus ſenſu cernere ipſius generationem,rationi diffidimus. Cæterum ſi nihil aliud,ſaltẽ conſyderantes omphacis cum eo differentiam,æquum eſſe credere ſciemus,quòd non acidus modo, ſed & acris quidam alius ei permiſtus ſit ſapor:quamobrẽ perfecte omphacis ſuccus refrigerat. Hinc eſt quòd ſumme ardoribus profit, ſiue ori ventris impoſitum, ſiue totis hypochondrijs, ſiue cuilibet alij quod refrigerare libeat. Secus vero habet acetũ.nec enim ad vnguem vnũ eſt, neq; tãtum acidum,ſed & acre.Itaq; quod tãtum eſt acidũ,quicquid id fuerit,plane frigidum eſt,ſiue pirũ, ſiue malum: ſiue rhus,ſiue rubi, ſiue ipſius mori, ſiue rhœas fructus, hoc eſt mala punica:ſiue quiuis alius tum fructus, tum ſuccus: tum planta,vt oxylapathum, & oxalis,quam eandem oxyda quoq; nominant.Quippe ſi guſtanti vehemens atque manifeſta illi ineſſe aciditas appareat,nec quicquã præ ſe ferat acrimoniæ, omnino hunc ſuccum refrigerantem reperies:quin cõfidenter vtitor,ſiue ad ardores vti cõſilium eſt,hypochondrijs impoſito,ſiue ad eryſipelas, ſiue ad alium affectũ calidũ. Similiter quoq; frigidos affectus ab eo omnes palam ledi cõperies. Porrò vbi miſta tibi qualitas appareat cum acrimonia, cõijciendum eſt caliditatẽ quoq; ineſſe. Sin iuncta ſit adſtrictio,aliud eſt frigiditatis genus. nam acida frigiditas tenuium eſt partium:at adſtringens craſſarum.

Quomodo exerceri oporteat in agnoſcenda cuiuſq; ſaporis facultate. Cap. III.

SEd horum paulo pòſt probationes afferemus in medium. At quod prius conſilium dari oportet ijs qui talia abſq; ſophiſtica arrogantia, imò vnius veritatis gratia ſcrutantur,id nunc tempeſtiuum eſt expromere, nempe quòd non ſola ratione exerceri per eas methodos logicas ad quas nunquã hortari deſino,quaſq; in demonſtrationum commentarijs tradidi, ſed etiam guſtandi exercere ſenſum in ſaporibus oporteat,principioq; in ijs exquirendis ſolicitos eſſe quæ vnam quampiam habeãt qualitatem manifeſtiſſimam:vt ſi acrimoniã cogitatione complecti clare velis,id in allio,cepis,& quæ ipſis ſimilia ſunt,efficies aſſidue guſtando,plurimumq; dentibus mandendo,tum ita longo vſu paſſionis exiſtentis

ſenſum memoriæ diligenter mandando atq; infigendo. Sin adſtrictionem, in galla, rho, & ſimilibus. Si vero amaritatem, nitri felliſq; guſtu. Si autē dulcedinem, guſtu firæi & mellis. Ad hæc ſiue ἀκαθαρτον, hoc eſt quod qualitatis ſit expers, ſiue qualitate quod ad ſenſum attineat, medium voles comprehendere, aquam guſtare iubeo, ac diligenter memoriæ commendare, eamq; potiſſimum quæ nullam dictarum præferat qualitatum, neq; dulcedinem, neq; amaritatem, neq; acrimoniam, neq; aciditatem: præter hęc quæ neq; ſupra modum ſit aut calida, aut frigida. Nam hinc exorſus promptius & ad aliorum obſcurorum omnium ſaporum agnitionem peruenies, & ad eorum quos ego quidem dulces, alij vero aqueos appellitant, qualis vtiq; eſt calamorum viridium, & graminis, (agroſten græci vocant) ad hæc tritici, hordei, zeæ, aliorumq; multorum quę Theophraſtus recenſet, inquirens an plures ſint ponendæ dulcium ſaporum ſpecies, an vero in maioris tātum ac minoris inter ſe differre ratione exiſtimandi ſint. Sed de his alibi diſſeram.

Quòd pharmacorū emplaſtica vocata, cum media ſint in caliditate ac frigiditate, terreſtria quoq; eſſe, ac ſine mordicatione ſiccare oporteat. Cap. IIII.

POrrò ſi qualem præbet ſenſum aqua planè omnis qualitatis vacua, talem in re ſicca inuenias: ea nimirum extra omnem eſt inſignem tum caliditatē, tum frigiditatē, mediam quoad fieri queat conſtitutionē obtinens, aut certe paulum ad frigidius declinans. At ſi talis cum ſit in caloris frigoriſq; differentia, inſuper conſiſtentiam nacta ſit ſiccam: terreſtris ſit, ac citra morſum deſiccet, neceſſe eſt. Appellitant eius generis medicamenta omnia medici emplaſtica: velut pleraq; quę exacte lota ſunt, Amylum, Pompholyx, Ceruſſa, Calx, Cadmeia, Terra Cretenſis, Cimolia, Chondrus, Samius aſter, & fullonum terra, ex emplaſticis ſunt pharmacis. Sunt vero ex eis nōnulla non terrena ſolū, ſed aquea natura. Quinetiā quędā nō parū in ſe aëris cōtinent, omnia quidem glutinoſa, ac proinde emplaſtica.

Quòd duplex eſt emplaſticorū medicaminum natura. Nam partim terrena ſunt, atq; exacte ſicca: partim planè viſcoſa ac lenta, ſed miſta aqua terraq;, atq; vt plurimum etiam aëre: cōmuniter vero omnia mordicatione vacant. Cap. V.

DVplex ſiquidem eſt emplaſticorum natura, altera exacte terrea & ſicca, altera viſcoſa quidem omnino, ſed ex aqua & terra & plerūq; etiam aëre miſta, ſicut oleum dulce. Poſitum autem retro eſt quid dulce vocitem. Ergo hoc ex aëroſa terrea aqueaq; eſſentia temperatum eſt. At oui albumen ex ijſdem quodāmodo, ſed magis tamen terrenum oleo eſt. Quin & quod lactis eſt caſeoſum, emplaſticum quoq; eſt: & ſuillus adeps. Nam tauri ſanè & hirci pinguedo acrimoniam & multam & igneam poſſidet: bouis item ouiſq; adeps acris eſt. Nam talium animantiū pingue ob craſſitiem adeps appellatur. Sunt enim non calidiores tantum, ſed & magis terrenę ſuibus. Porrò anſeris & gallinacei calidior eſt pinguedo & ſiccior, quàm ſuum: quin & ſubtiliorum partium, & minimū terreſtris, ſicut & auium omniū, quandoquidem & corporis ipſarum ſubſtātia non parum habet aëris. Sed de his alibi tractabitur. Quæcunq; ergo pinguedines nōdum vllam nactę ſunt acri-

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 89 sur 277

moniam,emplaſticam & illinẽdi poros facultatem obtinent,eamq; tanto efficaciorem,quanto ſicciores magiſq; terrenę fuerint. Huiuſmodi eſt cera elota. deponit ſiquidem & ipſa quam habebat a melle acrimoniam. Satis vero conſtat hæc a me nõ dicta eſſe de cera quæ natura ſua amara eſt,qualis eſt pontica. Ex abſinthio nanque ea amaritudinem obtinet: ac ſi vel ſexcenties eam laueris, prorſum tamen omnem amaritatem haud elueris. Fugienda vero etiam illa cera eſt quæ ex acri & thimoſo melle conficitur,cum plane ab omni mordacitate alienum præparare voles medicamentum. Quocirca ad lauandum idonea eſt quæ ex melle facta eſt tum aquoſore,tum minime mordaci.

Quod adſtringentia medicamẽta acidaq; licet vtraq; qualitate ſint frigida, inde tamen diuerſa ſunt,quod adſtringentia terrena ſint, craſſaq; eſſentiæ,acida vero tenuis. Cap. VI.

καὶ παραχωρεῖ ταῦτ τῶν ὄγκων στύφειν

ATque emplaſtica quidem medicamẽta eiuſmodi ſunt. ſed ad acida adſtringẽtiaq; reuertor. Adſtringẽtia certe terrena ſunt & craſſa corporis cõſiſtentia,qualitate vero frigida. Acida autẽ tenuitate pollent corporis,ſed perinde vt adſtringẽtia refrigerãt. Vtriq; gemina probatio eſt, nempe ex ſenſu,quæ ab inductione eſt: & ex ratione,quæ ex ſubſtantia eorum colligitur. Dictum eſt autẽ probationẽ priorem vulgo quidem eſſe apertiorem, cæterum ad ſcientificam demonſtrationem minus habere virium. Arborum fructus quotquot nobis vbi maturuerint dulces apparẽt, nuper enati,acerbi ſicciq; ſunt cõſiſtentia,pro ſui nimirũ parentis quiſq; natura (ceu quodam ait loco Theophraſtus) oliuæ,vuæ,mala, mala punica,mora,palmulæ,pira: at progreſſu temporis humidiores reddũtur,acquiruntq; ad acerbitatem aciditatem,quam ſenſim exuentes,poſtea dum matureſcũt ac perficiuntur,dulces euadunt. Sunt qui nõ in arboribus, ſed poſtea cum decerpti conditiq; aliquandiu fuerint,dulcedinem accipiunt. Alij ſunt qui non interueniẽte aciditate,ſed palam ab acerbitate in dulcedinem tranſeunt,ſicut oliuæ. Quin quod calido matureſcũt coquunturq; omnes,clarum eſt: tum quod id ipſum duplex ſit: alterum proprium,& cuiq; ingenitum: alterum externũ,a ſole videlicet,ſed tamen naturæ ipſorum conueniens ac familiare: ſi quidem meminimus quæ nobis perpetuo propoſita ſunt elementa,& ipſum vtiq; clare cognorimus. Porro ſi cum initio acerbi eſſent,tempore matureſcentes dulceſcunt,ſequitur ex calore ipſis prouenire dulcedinẽ,acerbitatẽ vero aciditatemq; conſtitiſſe ex frigore. Quoniam autẽ principio lignoſi cũ ſint,(vt & Theophraſtus dixit) ſicci quoq; ſunt,ſimulq; acerbi,verũ affluẽtis poſtea humoris copia acidos efficiat: palam eſt ſaporẽ acerbũ magis eſſe terrenũ,acidũ autẽ magis humidum. Itaq; & Plato recte definijt dicens. Quęcunq; partes eiuſmodi in ſuccis deferũtur terreſtres,eæ liquefactæ cõtrahunt atq; exſiccãt linguę ſenſibiles partes: ſi (quidem) exaſperãt,acerbę: ſin minus id faciãt,auſterę apparent. Recte autẽ & nos prẽter hęc dicemus frigidũ eſſe temperie ſaporẽ eiuſmodi. Nam ſi terrenus fuiſſet dũtaxat,emplaſticus,nõ acerbus foret. Iamq; oratio quodãmodo ad eſſentiam ipſam tranſgreſſa ſaporum,demonſtrationem attingit ſcientificam. Quippe ſi ab acerbo ſapore manifeſte linguam cõtrahi,ſiccari, aſperariq; cõtingit, oſtenſumq; ſuperioribus libris eſt,ab vnico frigido contrahi,conſtringi, denſariq; corpora: liquet planè frigidũ eſſe ſaporẽ acerbum. Quoniam porrò inæquabiliter

εἰρήσεται

Plato in Timæo

Τὰ νοτερὰ τῶν τῆσ γλωττησ διαθητικων μορίων

deſiccat, (id eſt enim quod exaſperat) fuerit ſane omnino etiã terrenus. Siquidem aqueus omnia æquabiliter penetrat atq; peruadit, eiq; inſeparabile eſt ac perpetuũ, etiamſi diuulſa ſit, vt rurſum vniatur. at terreno corpori quod in ſaporibus defertur, iam antea ineſt diuulſio, ſimulq; vt nũquam deinceps facile coëat. Quin ſi eius recorderis quod vtriuſq; ſingulatim paſſionis eſt proprium, iiſdem ipſum ſubſcribet ac teſtificabitur. Velox ſiquidem acidorum ſaporum tranſitus in ſentientibus partibus fieri conſpicitur, acerborũ autẽ tardus. Tum acida quidem in alto magis agere apparent, in ſuperficie autem acerba. Hæc itaq; omnia craſſarum eſſe partiũ acerba indicant, acida vero tenuium. Multum inter ſe hæc conueniunt, tum ea quæ à rerũ dicta ſunt eſſentia, tum eã quę per inductionem eorũ quæ ſenſu ſunt inuenta. Porro nihilo deterius fuerit, mentionẽ rurſum de nominũ vſu facientes, hæc quoq; adijcere, nempe quod vtraq; adſtringere dicãtur, tum quæ acerba ſunt, tum quæ auſtera: ſed in maioris minoriſq; ratione differant. Tum quod multæ inſunt medicamẽtis qualitates, nõ diuerſæ tantũ, ſed & pugnantes, atq; interim etiã ſubcontrariæ. Id quod retro ſatis oſtenſum eſt: cæterũ ab eo nunc rurſus ordiri neceſſe eſt. Nam ſi guſtati tibi idem acerbũ & mordax appareat, id miſſum facias medicamẽtũ iubeo: atque illud quæras, quod abſq; mordacitate adſtringat. Ac ſi neq; acidum appareat, neq; dulce, neq; amarum, ſed quàm fieri maxime poſſit vnam poſſideat qualitatẽ à miſtione alienam, nempe adſtrictionẽ: ita deniq; experiẽtia examinabis: quomodo ſæpenumero faciẽdum ante propoſui. Sin adſtringit ſimul ac mordicat, aut aliam quãuis qualitatem ſeu facultatem adſtrictioni iunctam habeat, fruſtra eſt ac ſupernacaneũ, vbi adſtrictionis actionẽ explorare cõſilium eſt, ad experimẽtum tale ducere pharmacum. Incertum eſt enim num ob adſtrictionem, an ob aliam quãpiam adminiſtarum illi qualitatũ, an ob vtraſq; ſic in corpore illi applicato egerit. Etenim chalcitis, myſi, chalcanthos, ſori, æris ſquamma, cum ſimul adſtringant & mordicent, ſecũdum vtraſq; qualitates in quouis admotorum corporum actionem exerunt: nec tamen docere nos aperte queunt an ab adſtrictione vrendi vim habeant, an ab acrimonia. Mittere itaq; illa præſtiterit, & multa deinceps alia guſtare, ſynceram ſeorſum adſtrictionem intuentem, ac quoad fieri poſſit per ſeſe exiſtentem: ac vbi tandem talem quampiã repereris, ita deniq; medicamentum iudicare ijs methodis quas ſupra à me frequenter audiuiſti: vtpote ſi guſtanti tibi balauſtium, aut galla, aut citinus, aut hypocyſtis, aut ſolanũ, aut glaucium, aut acacia, aut ſuccus rhu, aut id genus aliud exacte quidem eſſe appareat acerbum, nec vllã manifeſtam habens aliam qualitatem: in hoc iam expendere ac diligenter explorare adſtrictionis actionẽ oportet. Porro exploratio ipſa fieri (vt ſæpe diximus) debet tum in optima corporum cõſtitutione ad vnguem ſanorum, tum in ſimplicibus affectibus ſeu calidis, ſeu frigidis, ſeu humidis, ſeu ſiccis. Nam ſi corpus ſanum manifeſto refrigerare cernatur, & calidis proſit affectibus, & euidentem quoq; laboranti ipſi frigidam afferat qualitatẽ, audendum erit de adſtrictione quòd refrigeret pronũciare. Sin contrà appareat, ſanaq; ab eo corpora incaleſcant, & calidi affectus exaſperentur, frigidiq; iuuentur: non refrigerare, ſed excalfacere medicamentum eiuſmodi putandum eſt. Eodem modo de acribus ſumendum experimentum in cepis, allio, pipere, pyrethro, zingibere, ſtruthio, helenio, calce. Etenim quemadmodũ qui ſolani ſuccum piperi miſcuit, neutrũ ſatis explorare poteſt: ſic nec quæ à natura ſunt miſta. Eundem in modum contemplandum de acida qualitate, de amara, de dulci

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 91 sur 277

censeo,vehementes nimirum,& quæ quantum licet solæ sint in explorationem legendo,& experientia vires eorũ scrutando. Quippe quiduis te quod modo sit aut acerbum,aut austerum,aut amarum,in experimentum ducere, tãquam in eo acerbitatis,austeritatis,vel amaritatis facturum periculum, plane absurdum arbitror. Nam si vnam duntaxat qualitatem possideat,idem erit medicamẽti ipsius & qualitatis experimẽtum. sin multas,ex omnibus nimirũ mistam medicaminũ actionẽ edet: ex quo vnius adhuc eius quæ in iudicium veniebat actio obscura & incerta permanet. Itaq; si vt propositum est iudicare oporteat,nõ recte senserunt qui nihil prorsum pronunciari posse de saporũ facultatibus existimarunt,quiq; aliter iudicium ineundũ censent. Siquidem & de ipsis aliquid asseri potest,nec iudiciũ aliter quàm nunc est propositum iniri cõuenit. Sanè si id modo dixissent, plane opus nõ esse saporum consyderatione,quum vires medicamentorum expendimus,(nam absq; his medicaminum vires experientia inuenire licet)laude illos potius quàm vituperatione dignos putarem. Verum vbi tanquam de re necessaria quidem illa sed incõprehensibili differunt, bis reprehendendos iudico,tum quòd rem non necessariam habẽãt pro necessaria,tum quòd cõsequi eam posse desperant. Nam facultatis medicamenti cuiusuis iudicium,abunde citra saporum dignotionem sola reperitur experientia, eum in modum habita,quem sexcenties iam antea posui. Atq; ego sanè nunc,non quasi aliter inueniri quod inuestigatur non posset,ad sermonem de saporibus descẽdi: sed partim propter eam quæ ad principia est sequelam,vt videlicet ostenderem omnia ad elementorum rationes consequi,nec quicquam vsquam inueniri pugnãs: partim verò etiã vt illos coarguerẽ,qui adstringẽtia omnia excalfacere contendunt. Quinimo fuerit etiam nonnullus eius ad præsens negotium vsus. sed hæc postea monstrare conabor. At nunc ad rem propositã reuertor,moneoq; & hortor qui veritatis sunt amatores, vt ipsimet adstringentia omnia degustent, vti nos fecimus: ac vbi inuenerint aliquo in corpore perfectam adstrictionẽ,quoad liceat ab aliarum qualitatũ mistione alienam,tum demiq; experientia expendere tentent frigidum sit an calidum,humidum an siccũ corpus eiusmodi. Sed hoc quisquis sapiet, seorsum ipse faciet. Ego vero vt aliquid de mea afferam pronunciemq; experiẽtia fortassis necessariũ fuerit,atq; in hoc quidem libro in genere,membratim autem in cõmentarijs sequentibus. Fuerit autem generalis de omnibus sermo eiusmodi. Corpus omne adstringẽs,ab alijs,quod sensu animaduerti posset,qualitatibus syncerum, perpetuò cõperi experiendo frigidũ: quinetiam nonnulla ex ijs quæ qualitatibus mista erant,nempe quæ modice dulcia,aut amara,aut acria,aperte quoq; refrigerantia reperi, scilicet quum in eis adstringẽdi refrigerãdiq; facultas ita vincerent,vt alias obscurarent. Eadem ratione acida vniuersa,tum ea quæ simpliciter acida essent,sicut oxalida,& oxylapathũ: tum mistis quoq; alijs qualitatibus quædã siue dulcibus,siue acribus,siue amaris,nihilo secius refrigerantia expertus sum,qualia sunt mala punica,mala,pruna,vuæ,mora,ficus, cerasia,ipsumq; adeo acetum. sed huic,vt supra positum est, permista est quædam acrimonia: fructibus autẽ ijs quos ὠμύρας græci vocãt, dulcedines quædam & acerbitates: quibusdam vero etiam amaritates quædam obscuræ ac leues. Tum item quæ adstringũt pariter,atq; acida sunt,ea omnia quoq; manifestò refrigerare experientia cognoui. Sola vero dulcia omnia pro dulcedinis modo protinus etiam calorem continent. Quocirca eorum quæ admodum dulcia sunt,nullum omnino est

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 92 sur 277

frigidum. Fuerint tamen quædã modice dulcia, itidem frigida, ſcilicet quando plurima corporis ipſius ſubſtantia aquea extiterit: ſed non adeo tamen frigida, vt id quod valde acerbum eſt, aut acidum, ſed ſicut alicubi retro diximus de illis quæ tepidum calorem poſſident. Porrò amara omnia calida ſunt, vt bilis, nitrũ, vina valde vetuſta, ac numeroſa ſeminũ copia. Nam & ſemen rutæ, potiſſimum ſylueſtris, & tordyli & ſpondyli melanthijq; & lupini, magiſq; agreſtes, orobi, & inter hos potius agreſtes, quiq; à ſecure pelecinus nuncupatus eſt, reperitur autem in tritico, amygdalæ quædam, quæ ob id ipſum amaræ vocitantur, & cucumerũ quædam ſemina, & ſemen mali medici, & ad hæc infinita alia amara apparent guſtantibus.

Quòd per acerbi ſaporis exolutionem naſcatur & auſterus ſapor & acidus & dulcis ac pinguis. Soluitur autem acerbus ſapor, cum frigidus ſit & terrenus, aut excalfactione, aut humectatione, aut ſimul vtraque. Cap. VII.

SEd infra copioſius de amaris agemus. Nunc rurſum reſumpto de adſtringentibus atque acidis ſermone, cõuenientem ei finem imponamus. Ergo auſterum quòd ſit acerbum exolutũ, ſenſum ad memoriam reuocare oportet. At quæ ſit eius generatio, nunc dicam. Quandoquidem corpus acerbũ terreum eſt ac frigidum, tripliciter neceſſario exoluitur, aut incaleſcens, aut humeſcens, aut vtrunque ſimul perpetiens. Itaque ſi caleſcat duntaxat, nec ſit aut humidius aut mollius, ſed durum, ſolã acquiret dulcedinẽ, velut robuſteæ glandes, ac potiſſimũ quæ vocantur caſtaneæ. Sin tantum humeſcat, ſi quidem ea craſſarum ſit partium, & aquea humiditas, auſterum euadet. (cuiuſque enim ſaporis vires aquea retundit ac hebetat humiditas) Si vero aëria, aceſcet. Oſtenſum nanq; eſt frigidum ſubtile acidam efficere qualitatẽ. At ſi pariter & humeſcat & calefiat, humiditate quidem aquea in dulcedinem, aëria vero tranſibit in pinguedinem. Perſpicuum ergo hinc iam euaſit quo pacto fructus principio acerbi cum ſint, proceſſu temporis quidam planè dulceſcant, quidam aceſcant, nonnulli fiant auſteri, aliqui etiam acerbi permaneant, tum quidam etiam pingues reddantur. Et ſanè ſecũdum propoſitarum qualitatum miſturas variam ſortiuntur mutationem. Acerbus ad extremum perſeuerat fructus ilicis, arbuti, fagi, corni. ſiquidem frigidus ſiccúſque qualis erat ab initio, permanet, tantummodo mole increſcens, nulla præterea magna accedente alteratione. Nam & arbores ipſæ tum denſiſſimæ ſunt, tum ſicciſſimæ, ac frigidiſſimæ. Acerbus ſimul & dulcis myrti fructus eſt, & piri agreſtis, ac roboris. Magis tamen dulcis q̃ acerbus fructus caſtaneæ quem nominant. Tantum acerbus vitis amineæ tum fructus, tum vinum, ac quotquot his ſimilia ſunt. Auſterus vnáque dulcis fructus palmæ, & inter vina ſurrentinum, ſabinum, albates, vt vocant, & quæ eius ſunt generis. Solummodo dulce theræum, & ſcybeliticum, & ſyræum, & alia quæcunq; cum iſtis conueniunt. Pinguis exacte tum fructus tum ſuccus oleæ, tum etiam alij omnes ex quibus oleum conficitur, ſicut rhicini, raphanidis, & ipſa ſeſama, nuceſque, & amygdala. Nam id genus omnia vetuſtate prorſum efficiũtur pinguia, quippe in quibus aquea quidem excrementitiáque humiditas digeritur, propria vero à calore natiuo elaboratur atq; exacte concoquitur.

Quòd amara ab immodico naſcantur calore, & immodice ſint calida: dulcia vero omnia calida ſint miti caliditate, quæq; non ſupra modum noſtram exuperet caliditatem. Cap. VIII.

QVicunque ergo fructus oleoſi ſunt ſolummodo, edendo ij ſunt & dulces. quibus vero alteraſcentibus amaror aduenit, ij edi nō poſſunt. Quippe amarum omne edi nequit: taléque efficitur à caloris exceſſu, ſicuti poſtea docebimus. Verum dulce omne calidum eſt, nec immodice calorē noſtrum exuperat: imò ſicut aqua calida cuius contactus voluptati eſt, maxime vbi frixerimus, hactenus videlicet nos excalfaciens, dum concretas frigore in nobis particulas fundat, non tamen ſoluat aut ſecet diſtrahátve continuum, ea inquam vt ſumma afficit voluptate, ac vtiliſſima eſt: ſic omne edulium dulce, calidum ſanè omnino eſt, ſed nō tantum calore excedit, vt is lædat, ac moleſtus ſit, ſed inter limites ſe continet fundentis, leuigantis, ac mollientis. Rurſum mihi hic memoria repete quæ ſæpe ante poſui, quædam eſſe quæ vna, quædam quæ duabus in ſeſe qualitatibus & agunt & patiuntur, quædam vero etiam totis ſubſtantijs ſuis: quorum in numero & medicamenta non pauca poſui, & nutrimenta vniuerſa. Horum duplex eſſe genus appa ret, prout ſignificauit & Theophraſtus. Nam quædam ſunt pinguia, velut pinguedo: quædam dulcia magis minúſve, velut fructus omnes quibus veſcimur, & carnes, tum herbæ item multæ, ac radices, floréſq;, & germina. Nam tametſi ſunt inter ea quædam acerba, ſicut pira ſylueſtria & corna, omnino tamen dulcedine participant, niſi ſumme ſint acerba, velut galla, rhus: verum ob hæc iam pro medicamentis ijs magis quàm pro cibis vtimur. Apparent enim quæ citrà laborant mulieres, quibus impleti ſunt, & quibus exolutus eſt ſtomachus, ea appetere deguſtare: alioqui ſi eſuriant, contrà reſpuere potius tum acerba, tum acida. expetunt autē ac ſumunt quæ dulcia ſunt & pinguia, hiſq; expleri deſiderant.

Quòd pinguia, atque adeò quæcunq; nutriunt, ex dulcium ſunt genere. Cap. IX.

SAné vero fortaſſis & pingue ipſum dulce eſt: & quicquid nutrit, ex genere eſt dulcium. Euenit autem id illis non abs re, ſed ſecūdum ipſam quantum fieri poteſt nutrimenti ſubſtantiā. quippe nutritio eſt euacuati repletio. Atqui quod euacuatum eſt, familiare erat: quamobrem & quod nutrit, familiare ſit neceſſe eſt. Porrò ſi familiare & iucūdum amicumq; fuerit, protinus etiam vt ad id quod nutritur, modice calidum. Sed in hoc non parua eſt maioris minoriſq; ratio: quando nimirum nec ad cibos accedimus planè ſecundum naturam affecti. Solum enim corpus eorum qui cibum deſiderāt, inanitum ſit oportet ſi exacti futuri ſint familiaris ipſorum qualitatis cognitores. Nam ſi præter id calidiores quàm conueniat aut frigidiores euaſerint ſeu toto corpore, ſeu pertinentibus ad linguam ac ventrem locis, non ſolum quæ nutriant, verum etiam quæ refrigerēt aut excalfaciant poſtulabunt. Proinde ſanè cibi quoq; illis aliàs alij videntur iucundiores. Nam cum duplex ſit genere iucundum, alterum quod impleat id quod euacuatum eſt, cuiuſmodi eſt nutrimentum: alterum quod medeatur ei quod alteratū

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 94 sur 277

est, id quod iam medicamentum est: euenit vtique cibis, vbi non modo vacuatis exhibẽtur corporibus, sed etiam qualitate aliqua mutatis, vt duobus nominibus delectent, vt cibi scilicet, & vt medicinæ. Sed vt medicamẽta quidem, refrigerando quædam & excalfaciendo, & exsiccando & humectãdo ex ratione iuuabunt & proderunt. Vt nutrimenta vero, sola ea quæ cognata sunt & familiaria totis nutriẽdorum substantijs. Protinus vero istis adest vt conuenienter scilicet sint, ad ea quæ nutriuntur, calida. Quamobrem nec eduliorum nec medicamentorum vna est animantibus omnibus species. Siquidem pro sua vnaquæq; familiari substantia simul & affectione, tum delectantur, tum iuuantur ab vtriusq;. Sed si hæc sic habẽt, id quod in cibis minus erit dulce, minus quoq; erit calidum. quod dulcius, tanto nimirum erit calidius, quanto videlicet dulcius. Sin ad immodicum recidat calorem, nec eius modi dulce erit, sed iam amarum apparebit, velut mel vetustum atque decoctum, itidemq; aliorum dulcium vnumquodq;.

μέτρια κρᾶσις

Quod amara dulciaque partim adscititio calore fiant, partim proprio & ingenito. Cap. X.

ΕΤenim vt à moderato calore bifariam cuique corpori dulcedo prouenit, partim enim sunt proprio & insito calore dulcia, partim vero adscititio: ad eundem modum amara. Alia enim sunt quæ suapte natura excalfaciunt per eas quæ temporis spatio euenĩũt mutationes: alijs autẽ id accidit ab acquisititio calore accẽsis. At de amaris post dicetur. Cæterum dulcia calore proxime accedunt ad ea quibus apparent dulcia: fiunt autem talia (vt ante dictum est) bifariam. Quædam proprio calore, vt mel: quædam adscititio, vt sunt omnia quæ ab igne præparantur: ac proinde dum calida sunt, suauiora ijs quibus nutritione est opus apparent. Porrò mustũ non suo modò, sed & acquisititio calore dulce esse videtur. Multum etiam ceu ardoris (Græci ἐμπύρευμα vocant) vt Aristoteles & Theophrastus cẽsuere, ex solari calore tum acinis tum alijs inest fructibus, à quo id quod illis aqueum, ac velut etiamnum semicoctum reliquum est, ad concoctionem ducitur conficiturque, ac transmutanti simile redditur. Nam ex quibuscunque pomis si succum exprimas, eum protinus non secus atque mustum feruere deprehendes, tanto tamen feruoris discrimine, quanta erit vnius fructus ab alio in calore diuersitas. Sed vbi iam quod aquosum ac semicoctum erat, transmutatum fuerit, atque confectum, & is qui feruorem concitabat calor euanuerit: iam tum denique quæ propriæ sunt succorum proprietates syncera conspiciuntur. Itaque tunc quæ propria vinorum natura sit agnoscimus. Qua in re animum diligenter aduerte vt austera sensim austeritatem deponant. Semper enim quæ inueterantur, acredinem quandam & dulcedinem adsciscunt: quę vero prius inerat illis adstrictio, eam tempore abijciunt. Est autem in quibusdam, postquam efferbuerint, dulcedo quædam syncera, suauis & propria ipsius succi naturæ: non qualis ante erat, mista scilicet ex proprio, atque eo qui circa semicoctum aquosumq; excrementum erat feruore. Igitur si confessum est vina omnia vetustate fieri calidiora, austera vero primum quidem tempore dulcedinem quandam atque acrimoniam deposita adstrictione

acquirere: ac deinde increſcẽte acrimonia ſenſim dulcedinem deponere, ac ſubinde rurſum maiori tempore acria admodum euadere, aſſidueq; amareſcere, ac denique vbi craſſeſcere incipiunt, penitus fieri amara, ſanè cõſtat dulce auſtero eſſe calidius, ac dulci amarum. Atqui ſi verum eſt dulcedinem à moderatione prouenire caloris, patet adſtrictionem à frigido vincente perfici.

Quòd & acidi ſucci ex frigore proueniant. Cap. XI.

POrrò quòd & aciditas frigoris vi eueniat, & antea oſtendimus. Veruntamen, quandoquidem in præſenti diſputatione de naturali vinorum quæ temporis ſpatio fiat alteratione docuimus, nonnihil quoq; & de non naturali dicamus. Itaq; vt vinum acerbum, tempore dulcius primum, mox acrius amariuſq; efficitur, deniq; plane etiam amarum redditur: ad eundem modum quod velut rigorem perpeſſum eſt, acidius protinus redditur: ac ſi prorſum refrigeretur, penitus aceſcit. Itemque quòd in fructuum collectione, vindemiáque per aſſiduam pluuiam humido madore impletum fuerit, quòdque alio quouis modo humiditatem accepit, leui occaſione ea omnia prompte aceſcunt: cõtrà euenit ijs quæ igni admouentur. Nam & protinus ſtatim, & temporis progreſſu poſtea ſemper dulciora euadunt. Quòd ſi multo etiam tẽpore durauerint, & ipſa nihilo minus quàm cætera amareſcunt: videturq; id ſibi quodammodo ſecũdum naturalem conſentaneum eſſe rationem. Nam ſi omphax acida eſt, vua vero dulcis, ac fructibus omnibus maturatio à ſolari prouenit calore: planum eſt imperfectius & frigidius eſſe quod acidum, perfectius vero & calidius quòd dulce fuerit. Quum ergo vinũ perfrictione rurſum aceſcat: manifeſtum eſt in eum illud humorem conuerti, ex quo prouenerat. Diuerſis tamen hactenus viribus omphacis aceticq; ſuccus conſtant, quòd aceto accedat ex putrido calore acrimonia quædã. proinde Ariſtoteles recte dixit acetum proprio quidem vini calore eſſe frigidum, adſcititio calidum. At omphacis ſuccus calorem non habet, ac proinde neq; acrimoniam. Accedit vero & in ſubſtantiæ tenuitate diuerſitas. Siquidem omphacis ſucco acetum tenuius eſt: cui rei & ſenſus adſtipulatur. Excellit enim quæ ab aceto infligitur frigiditas, eam quæ ab omphacis ſucco, vehementia & miſtione. imbecillior enim eſt quæ ab omphace fit refrigeratio: quum etiam alienæ in ſe caliditatis ne minimum quidem contineat. At quæ ab aceto proficiſcitur, tanto eſt validior, quanto & tenuior. ineſt vero illi & acrimonia quædam excalfaciẽs: quæ tamen ſatis non ſit ad ſuperandam ab aciditate prouenientem frigiditatem: verum quæ tranſitus modo celeritatem promoueat. Nam quanto calidũ frigido facilius penetrat, tanto acris ſuccus aptior eſt qui ſenſibilium corporum meatus tranſeat, quàm acidus. Itaque ille velut præcedens viam ſternit: hic verò haud ita tarde inſequitur, quo tempore ſenſus perficitur miſtus, & qui ægre exponi queat, vtpote qui nec planè frigidum eſſe acetum denunciet, quippe quum in eo ignea quædam percipiatur acrimonia: nec plane calidum. Nam perpetuo quæ ex præcedente fit acrimonia calfactionem frigus ab inſequente aciditate occupans, obſcurat, protinuſq; extinguit: quo fit vt maior multo

ex frigore percipiatur ſenſus,quàm ex calore. Porrò ſi plurimo melli, aceti pau-
lum admiſceas,ſtatim & calorem & frigus manifeſte percipies. Nam ſi paulum
mellis aceto permiſceas,magis frigidum,quod fuerit miſtum,quàm calidum vide-
bitur. Sin multo melli pauxillum miſceas aceti,plus calfacere quàm refrigerare cõ-
ſpicietur:& ſi pari mole vtraque miſcueris,acetum tamen etiam viribus ſuperare
cõperies. Quod ſi,vt eſt dictum,plus ſit multo mellis quàm aceti,æqualia rurſum
frigus ac calorem in ea miſtura conſpicies. Multis enim numeris acetum plus ab
ijs quæ moderate ſunt calida ad frigiditatem receſſit,quàm mel ad caliditatem.
Proinde & ſupra demonſtrauimus fieri non poſſe vt vehemens coëat cum dulce-
dine caliditas:vetuſq; illud verbum pulchre dictum eſt,Vera inter ſeſe omnia con- «
ſentanea eſſe,ac conuenire. Etenim ad hypochondria ardentia præſtãtior eſt ſuccus «
omphacis,quàm aceti:quod nec violentam ac ferientem habeat frigiditatem,nec
eam mordaci admiſtam caliditati. Debent enim qui ſic laborant,ſine violentia mi-
tigari,vt eſt dictum:nec foris vllam adſciſcere mordacem aut caliditatem aut acri-
moniam. Atque hæc quidem iam curandi attingunt methodum,quæ multis in
locis huic tractationi communis eſt. Quare ijs denuo relictis ad propoſitum re-
uertamur. Itaquè omphacis ſuccus non acidus modo eſt,ſed & acerbus. Nam,vt
ſupra propoſitum eſt, omnes prope arborum fructus,ortus ſui principio, teſti-
monio etiam Theophraſti, guſtantibus acerbi ſunt: dein vbi humore implen-
tur,accedit quidem aciditas,decedit vero acerbitas:haud tamen & quod accedit,&
quod amittitur,par eſt in fructibus omnibus,neq; ſi ſpeciẽ,neq; ſi genus reſpicias.
Etenim inter omphacas aliæ plus acerbitatis, aliæ aciditatis minus obtinent.
Sunt & quæ pari portione ambas fortitæ ſint. omnes tamen ad refrigerandos ar-
dores non abs re conueniunt:quippe quum non ſolum quod acidum eſt,frigidum
ſit,ſed & quod acerbum:velut & ante à nobis dictum eſt. Recedit ſanè & hic rur-
ſum oratio ad curandi methodum:quare & rurſum ad propoſitum illam reuoce-
mus. Porrò propoſitum,vt reor,ab initio fuerat,de ſaporibus omnibus differere:
ac nũc quidem fere de omnibus verba fecimus:interim tamen orationis affinitate
& alia attingere coacti. Nec enim de acerbo modo & auſtero & acido iam dixi-
mus,ſed & perſæpe de dulci,& amaro,& acri: reliqua tamen,quo tota oratio per-
fecta euadat,adijcienda ſunt. Atque in adſtringentibus haud ita multum etiam
reliquum eſt quod non ex iam dictis clarum euadat.

Vnde arbitrati ſunt quidam à calore acidum prouenire ſaporem? Ex eo q; vina nequaquam fortia,vere æſtateq; mutentur. Cap. XII.

AT in acidis deeſſe fortaſſis etiãnum videatur:quod eximios quoſ-
dam medicos fefellit. Nam eo quod vina infirma vere atq; æſtate
alterentur atq; aceſcant,hyeme vero ſuas ſeruent qualitates:hinc
adeo quibuſdam à calore aciditatem naſciviſum eſt. Quorũ auget
opinionem & quod vehementius motum eſt,& quod longius ad-
uectũ. Talia enim omnia,quum infirma fuerint,celeriter acceſcũt.
Quinetiam quidã qui de re ruſtica ſcripſere,dolia in ædibus ad Aquilonẽ expoſitis
defodienda cenſent: tãquam frigus ſcilicet qualitatem eorum ſeruet,mutet autem
caliditas. Sanè vero & id ſæpenumero ipſa experientia comprobatum conſtat.

Acescunt enim vina quædam prompte, vbi in meridianis & soli expositis locis repositа fuerint. Videorque dictorum hinc iam orsus solutionem. Etenim quod non omnia caliditate acescant, sed quæ initio tantum frigidiora sunt: nec id veteri alicui accidat: id nobis ad veritatem viam inueniet.

Qua de causa ab externo calore vinum natura frigidum infirmumque corrumpitur? Quia scilicet res quælibet in propria natura proprio seruatur calore: corrumpitur vero ab extrinseca immoderatione, atq; extinguitur. Cap. XIII.

QVippe causam sermo scrutabitur propter quam vinum natura frigidum atq; inualidum ab extrinseco arguatur calore. Quanquam per verbum arguatur iam dictum omnes prius dictæ ambiguitates dissoluantur. perfimile enim quid vinis accidit quæ natura frigidiora aquosioraq; sunt, quale flammis exiguis & imbecillis: quippe si eas ad solē feruidū exponas, aut prorsus obscurari, aut deniq; etiam extingui cōspicies. Sic quoq; si ardentem lucernam aut iuxta flammam vehemētem magnamq; deponas, aut ad solem feruidū exponas, marcescere vtiq; ac dissipari protinus videbis. Quinetiā si validum vētum facias infirmæ paruæq; flammæ, citius eam extinxeris quam inauxeris. Natura enim infirma, validum neq; motum neq; calorem sustinet: verum ab ijs dissipatur potius quam augetur & crescit. Quanquam ex industria multis in locis vina & cōmouent & transportant: sicuti sane & in solem efferunt, atq; excalfaciunt: vt etiā quædam insuauia fiant, fumi contrahentia qualitatem. Apud nos sanē in Asia in tecta ædium æstate omne prope in lagenas transfusum imponunt, postea in edita cubicula sub quibus inferne multa flamma luceat, trāsportant. In summa autem ad meridiem solemq; cellas obuertunt: in quibus & citius eam matureſcant, & potui idonea euadant. Nam quod multo tempore alijs, hoc ijs quę sic excalfacta sunt, breuissimo aduenit. porro nihil mirum est qui de colendis agris memoriæ prodiderunt, ob eam quam de sua regione habebant experientiam, audacius atque inconsyderantius de vinis omnibus definiuisse. At Theophrastus atque Aristoteles experientiam etiam vlteriorē nacti, & in perscrutandis naturæ rationibus exercitatiores, ac diligētius omnia distinguentes, cum multa huiusmodi, tum vero de vino nos docuerunt, quod simile quid illis atq; corporibus nostris accidat. An non enim & ipsa quoq; prout aut robusta sunt aut infirma, ab ijsdē tum iuuari, tum lædi conspicimus? Etenim vt exercitia valida, & sol, calida atq; robusta corpora etiam validiora efficiunt: mutant autem & digerunt refrigerantq; quæ non sunt eiusmodi: sic vina natura calida motus velut ventilans, sol excalfaciens, flammæq; iuxta ardentes, celerius concoquunt. Quæ vero frigidiora sunt & humidiora, ebrium arguunt omnia id genus imbecillitatem, celeriusq; perpeti cogunt quæ alioqui post passura essent: quippe quum ita comparatum sit, vt res quelibet in propria seruetur natura calore proprio, corrumpatur autē ab immoderatione extrinseca, nempe caloris humidi aut frigoris abundantia. Atq; quod ab vtroq; efficitur, vnū est, non tamen vnus generationis modus: quare non æque ab idiotis omnibus facilis cognitu est hæc corruptionis ratio. Etenim vbi quid rerū calidarum a frigore deuictum est, ne vulgo quidem ignotū est.

At vbi à circunſiſtẽte foris calore validiore digeſtum ac diſſipatum eſt, eos ſanè qui circa naturam exercitati non ſunt latet, ignorantes caliditatẽ mediocrem omnibus eſſe vtilem: immoderatam vero non minus frigiditate noxiam.

Quòd in ſaporibus aciditas prouenit calore ipſos quidem incipiente cõcoquere: non autem perfectam mutationem atq; alterationem afferre potente. Cap. XIIII.

PAeterum in genere hoc noſſe pulchrum eſt, q; aciditas in ſaporibus naſci potiſſimum videtur, dum à calido quidem mutatur, vt tamen non ſuperet: id quod ex acidis fructibus vel maxime cõijcias. Nam hi haudquaquã vbi nulla prorſum facta in ventre eſt ciborũ alteratio, prouenire ſolent: quemadmodũ nec vbi optime concocti, ſed tantũ vbi ſemicocti, vt ita dixerim, fuerint. Voco autem ſemicoctos qui à ventriculi calore alterationẽ perpeſſi, non etiã perfecte ab eo ſuperati fuerint. Sic lac, ptiſſanæ ſuccus, & quæcunq; eius ſunt generis, tẽpore æſtiuo citius aceſcũt quàm hyeme, poſtulantq; ædes frigidas, vt in ijs repoſita pluſculo tempore perdurent. Ex quibus omnibus patet quòd à calore mutãte quidem, non tamen prorſum vincẽte aciditatis generetur qualitas: atq; ob id pleriſq; ineſt fructibus prius q̃ maturuerint. Idq; etiam ijs quæ ab initio de ſaporibus acidis diximus, conſentaneũ videtur. Etenim ſi ſimile quid illis vſuuenit quod Borealibus conſtitutionibus accidit, vt tenuis ſcilicet eſſentiæ ſint, ſimulq; frigidi, naſci eos haud ſine calore ſatis conſtat, ſicut nec illum ipſum aërem. Proinde quoque quæ ſumme nos refrigerant ac interimunt, veluti cicuta, papaueris ſuccus, hyoſcyamus, mandragora, minime omniũ acida ſunt: quippe licet frigidi ſint ſapores acidi omnes, haud tamen eouſq; refrigerãt, vt interficiant. nõ enim ſubtilis forent eſſentiæ, ſi extreme eſſent frigidi. Itaq; non modo iam quòd frigidus ſit ſapor acidus, ſed & quatenus, iam apparuit. Exploranda porrò eius natura eſt in oxylapatho & oxalide, quam etiã oxyda nũcupant. eſt autẽ hæc holus ſylueſtre. in iſtis enim maxime mihi ſyncerus eſt viſus ac ſimplex, nullius particeps acerbitatis, vt ſolent arborum fructus. perſpicuò enim hi cum acerbitate quadam admiſtã habẽt aciditatẽ, ſicut cum acrimonia acetũ. Itaq; quod proprie in ſaporibus appellatur acidum, à ſola lingua percipi poteſt: ſicut & acre. cæterum quod vtriq; cõmune eſt, nempe mordacitas, etiã à tactu ſentitur. vtraq; vero lingua agnoſcere nata eſt. nam quæ cõmunia ſunt, ſicut & reliqua corpora ſenſilia: quæ vero propria, tanquã guſtus organũ percipit: idq; mihi videtur illi eximiũ ac peculiare eſſe iuxta aliarũ ſubſtantiarũ tum proprietatẽ, tum, vt ita dicã, alienitatem. Dictum autẽ demonſtratumq; ſæpenumero eſt, nec ſecius aliàs quoq; repetam, quid ſit ſecundum totã ſubſtãtiam agere, aut pati: imò vero & hactenus eius nunc meminero, quod in rem præſentẽ ſatis ſit, hinc ſumpto initio. Ex quatuor elemẽtis, particulatim corporibus omnibus cõſtant generationes impares miſtura, ac diuerſæ. Siquidem quædam ignis, aliorum ve elementorum in ſe plus cõtinent: quędam aquæ: ſicut alia, ſi fors ita tulit, terræ: nonnulla aëris. Ex eiuſmodi itaq; imparitate proprietates corporum particularium ſunt perfectæ: ex elementis quidem, plantarũ: ex his autem, animalium: ſicut in libris de Elementis demonſtratum eſt. Porrò tranſeunt quædã quidem protinus in ſeſe mutuo: nonnulla vero mediãtibus alijs: velut terra in triticum, hordeũ, & alia id genus: rurſum horũ

vnumquodq; in carnẽ humanã: quum tamen ipſa terra caro vt fiat, ſit impoſſibile, eam videlicet, quæ in medio eſt, mutationem tranſiliẽdo. At tamen eorũ quę in ſeſe mutuo tranſeunt, quædam promptam celeremq;, quædam diuturnã alterationem obtinent: ac quæ ſimilitudinibus propinqua ſunt, celerẽ: quæ vero remotiora, tardiorem. Oportebat itaq;, meo quidem iudicio, innaſci animãtibus organum, quod naturæ ſimilitudines ac diſſimilitudines diſcernẽdi poteſtate polleret: quod agnoſcens rerũ naturas, familiaria quidem eligeret, aliena vero refugeret. Eiuſmodi ergo lingua eſt: quæ exuberãti ſenſu, nõ calida modo frigidaq;, humida atq; ſicca, ſed etiã quæ familiaria, quæq; non familiaria ſunt agnoſcit. in hanc enim duntaxat particulam cõplures inſeruntur nerui: quum aliæ omnes aut vnius tantũ aut duorum ſint participes: nec ita magnorũ tamen. Porrò quum quædam naturæ noſtrę magis ſint familiaria, quædam minus: ac partim in hac coniugatione, partim in illa: neceſſario plures guſtus qualitates extiterũt. Cæterum omniũ quę nutriunt, cõmunis dulcedo eſt. Nam quicquid nutrit, aut plus aut minus eſt dulce. His vero quæ nõ nutriunt, cõmune eſt id quod per negationem aut priuationem ſic dicitur, velut non dulce, & ſalſum. Particulares autẽ differentiæ cõplures merito euaſerunt: quia id quod cuiq; rerum familiare eſt, vnum eſt: nempe quia & natura eius familiaris, vna: aliena vero plurima: partim plus, partim minus a ſubſtãtia eius diſſidentia. Quæ itaq; ſumme acida ſunt, acerba, aut amara, aut ſimpliciter aliã quamuis qualitatẽ præter dulcem ſortita ſunt, ea omnia nutrire nequeũt: ſicut quæ ſolum dulcia ſunt, omnia nutriũt: inter ea autẽ quæ miſta ſunt, quotquot dulcia ſimul & acerba ſunt, & craſſioris ſunt eſſentiæ, & tẽperaturæ frigidæ: velut paulo ante oſtẽdimus. Quotquot vero acida ſimul ac dulcia, tenuïora quidem ſunt, quàm acerba: ſed & ipſa tamen refrigerant. Quinetiam amara quidem calida ſunt, ſed acria his etiã calidiora. Nutriũt ergo hęc omnia ſi iunctã habeant dulcedinẽ. Cæterum per ſe dictorũ nullum vt nutriat ſatis eſt. Porrò duplici ratione miſta eſſe aſſolent, nempe vt diſſimilaria ſint, & diuerſas habeãt qualitates in diuerſis partibus: aut ſimplicia & ſimilaria: ſed quæ in mutua eorũ quæ multũ diſſident, alteratione conſiſtãt. neq; enim mel extẽplo fit amarum: ſed aut multa coctione aut vetuſtate amaritudinẽ induit: nec id tamen illi niſi pedetentim accidit: neq; quotquot ex fructibus dulces euadunt, ſicut quædam ficus & melopepones, & ipſi repente ſemelq; ab initio qualitatem abijciunt. Nam ijs quæ à natura mutãtur, ſenſim fiunt mutationes: potiſſimũ vbi in multum diſſidentes aut planè contrarias qualitates alteratio ſiue tranſitus perficitur. Sicut ergo quod eſt ſumme dulce, aptum eſui eſt: quod vero ſolum ac ſyncere amarũ, eſui ineptum: ſic quæ in medio ſunt eorũ, nutriunt quidem etiã, verum minus quàm dulce. Eadem ratio eſt in alijs qualitatibus. Nam nutrire præter dulcẽ nullæ omnino poſſunt. At elemẽta multo ſanè etiã minus nutriunt, nullamq; guſtui qualitatẽ offerũt: proinde & terra, & aqua, (ſunt enim ambo guſtui inſipida) minime nutrire idonea ſunt, ſicut nec aër, nec ignis. Itaq; pro horũ interim admiſtione, dulciũ ſæpe qualitas exoluitur, aquea ferè eſſentia in pumilium (χαμαίζηλα Græci vocant) fructibus ſuperante: (nam triticum, hordeũ, fabæ, cicer, & quæ eius ſunt generis, quum propter humiditatem principiò qualitatũ propè expertia ſint, tẽporis ſucceſſu maturata ac ſiccata dulciora euadunt.) terreſtri vero & ſicca in paleis, fœno, gramine, & harundinibus ſiccis, & lignis: quorũ tamen quædã prius quàm aruerint, dulcia nobis ſunt, nutrimentumq; interdum corpori exhibẽt, velut palmæ cerebrum, (ſic enim nominant

ſummã eius particulam) & gramen, & molles maluarum radices, maxime quæ in Aegypto proueniunt: ad hæc plerarunq; arborũ germina. Siquidem quod nutrit, à ſimilitudine quæ illi eſt ad id quod nutritur, dulce apparet: à diſſimilitudine vero, nõ dulce. Porrò multæ quum ſint diſſimilitudines, multas proinde neceſſe eſt qualitates eſſe non dulces: quas verbis quidem efferri eſt impoſſibile: attamen memoriam earum mouere ſuggerereque quodammodo licet, quum omnes homines certiſſime norint, alium fieri in lingua ſenſum atque affectum ab acerbis, alium ab acidis, & alium à ſalſis, aliumque ab amaris.

καὶ τῆς ἀγγεώσεως τε καὶ τῶν καλάμων μαλάκαι ῥίζαι
graminis et calamorum molles radices

Qua de cauſa quę igni admouentur, alia ſuauiora, alia inſuauiora efficiãtur. Et qua de cauſa edulia quædam quum per ſeſe edi non poſſint, ſuauitatẽ tamen ijs præbeant quæ per ipſa præparantur. Cap. XV.

ITaque quemadmodum edulia quæcunq; nutriendorum naturæ ſimillima ſunt, ea & dulcedinem præ ſe ferũt, nec vllã præparationem poſtulant: ſic quæ temperaturam nacta ſunt remotiorẽ, alia cõdimentis, alia coctione, alia vtroq; indigent. Nec vero mirum eſt, quum condimentorum nullum edendo ſit, ſuauitatem tamẽ ijs augere quæ per ipſa præparantur: quippe quum fieri poſſit vt immoderatis duobus coëuntibus, id quod ex ambobus miſtum ſit, cõmoderatum euadat, ac proinde quoq; dulce appareat: quũ immoderata minime ſint talia: poſtea vero quàm & per elixationẽ & per aſſationem, & omnino per calidum quiddam præparatio fiat ciborum, nihil etiam abſurdum eſt aut ambiguum, quæ prius non erant ſuauia, tunc fieri ſuauiſſima. Apparet enim calidi natura quibus admota fuerit, ea celeriter alterare, atq; in aliam ſpeciem mutare. Quocirca nec id quoq; dubiũ eſt, quædam ſuauiora, quædam vero inſuauiora effici igni applicata: tum quædam tempore minimo, quædam plurimo coqui debere. Etenim quæ nutriẽdorum corporum temperaturis ſimillima ſunt, ea vel citra coctionem aut præparationẽ iam dulcia apparent. Quæ vero diſſimilia ſunt, omnia inſuauia ſunt antequam præparentur. Porrò quæ nimiſquam calida ſunt, frigido corrigi debẽt: quæ vero multum frigida, calidorum miſtura ciborũ, & igni: ad eundẽ modũ humiditate, quæ terrea ſunt & ſicca: ſiccitate, quę plus q̃ conueniat aquea ſunt & humida. Siccitates ergo, humidorum admiſtio: humiditates vero, ſiccorũ miſtura igniſq; emendant. Maximam rei dictæ fidem affert quæ in ore fit mutatio. Nam qui pluſculũ ſuſtinuerũt ieiunium, ijs ſaliua ſalſa redditur: qui vero plurimũ, non ſalſa modo, ſed & amara. Sic etiam corpus vniuerſum, bilioſum habitũ cõtrahit, ac ſi perinde vt lingua ſenſu polleret, ſalſedinem quoq; quæ in ipſo eſt, atq; amaritudinem perfacile, reor, perciperet, ad hæc etiã ipſam dulcedinem quæ naturali ineſt ſanguini. At nunc vbi vaſe quopiam aut rupto aut aperto affatim calidus ſanguis in linguam effunditur, dulciſſimus apparet: vtiq; ſi ſecundũ naturam habuerit. Nam morbidus, amarus, aut ſalſus eſt, aliamve eius generis qualitatẽ præ ſe fert. At qui in toto eſt corpore, nos fugit, non aliter q̃ aut bilis, aut pituita. Quanquam bilis quidem flaua vel minima quapiã parte linguam cõtingens, perpetuò amara appareat: atra vero acida. Porrò vbi pituita linguã attingit, partim quidem dulcis, partim acida, partim ſalſa ſæpe eſt manifeſto viſa, cum & ipſa in toto animali incognita ſit.

Qua de cauſa mel à caliditate validiorem amaritudinem contrahit: lac vero frequenter etiam dulcius efficitur: quum tamen vtraq; guſtui ſint dulcia? An quia mel quum ſumme ſit dulce, nec quicquã addi poſſit ad dulcedinẽ, in conſequentem recidit qualitatem: lac vero minus dulce quum ſit, quod reliquum eſt à calore accipit?

Cap. XVI.

NIhil mirum igiturneq; cur rerum omniũ dulciſſimum mel, ſuccum generet amariſſimum: neq; cur id maxime ætate florentibus, & calidis natura, & febriẽtibus accidat. Nam vt foris quum pluſculum igni admouetur, amarum efficitur: ad eundem modum & in animantium corporibus, vbi ſyncerum validumq; nactum calorẽ fuerit, bilioſum ſuccum procreat. At in temperaturis frigidioribus, ſiue propter ætatem, ſiue propter naturã corporis, ſiue etiam ob morbum facilè in bonum & moderatum ſanguinem cõuertitur: quippe quum neque nimium in ijs corporibus aut excalfiat, aut alteretur, verum ei quod modice coctum fuerit, ſimile quiddam perpetiatur: planè illis adſimilatur, prorſumq; ſeruat dulcedinem. Et quid obſecro miri ſi à valẽtiore animantis calore, aut longiore coctione veterem mel dulcedinem exuat? tum etiam citra hæc per ſuum ipſius calorem ſpatio temporis amarum euadat? Nam in mutationis duntaxat celeritate, haudquaquã quòd aliam perpetiatur paſſionem ab alia cauſa, differentia conſiſtit: quippe & paſſio eſt eadem, & cauſa quæ mutat. Paſſio quidem amaritudo: cauſa vero caliditas immodica. Porrò immodicum, quod ad alterationem ducit, duplex eſt. aut enim in admoti conſiſtit robore, aut in temporis diuturnitate. alterum ex nobis & igni, alterũ ex ſeipſo mel accipit. Et merito ſanè tempore maiore id fit ex ipſo. ſiquidem quod mutat, imbecillius eſt. Ergo quod à minore longiori fit tempore, quid mirum eſt à maiore in breuiori perfici? Cæterum lac etſi guſtui ſit dulce, tamen ex ſeſe nunquã amarum efficitur. Vincitur enim in eo à frigore magis caliditas, quàm ipſa vincat: proinde etiam repoſitum aceſcit. Ex tribus enim ſubſtãtijs qualitate diſſidẽtibus (velut ſupra quoq; dictum eſt) conſtat. Prima quidem craſſa, ex qua caſeus conficitur: altera pingui, ex qua butyrũ: & tertia aquea, quod ſerum nũcupamus. Verum ex hiſce pinguis quidem vel maxime temperata eſt, craſſa vero paulum ab ea declinat: at excrementum illud ſeroſum, & frigidum & humidum eſt. Quare lac vniuerſum à modicæ caliditatis corpore longo interuallo relinquitur: quapropter ex ſe aceſcit potius quàm amareſcit. Ac ſi guſtari poſſet, vbi in vẽtre & per venas cõcoctũ eſt, ipſo etiam melle dulcius inueniretur. Nam quod foris & ex ſeſe mel obtinet, id dum coquitur, lac accipit. Et quum admodũ ingens in animãte calor extiterit, tãtam acquirit lac dulcedinẽ, quantam mel deperdit. Rectaq; id ratione euenit. etenim quod ſumme dulce eſt, ac proinde etiam nihil apponi ad eius dulcedinem poſſit, id vt in conſequentem verti pergat qualitatẽ neceſſe eſt. At cui quid deeſt, id per cõcoctionẽ acquirit. Proinde ſanè lac vbi cruditatẽ in vẽtre perpetitur, duplicẽ ſuſcipit alterationẽ. In frigidiore nanq; ventre aceſcit: in calidiore nidoroſum amarumq; efficitur. Non tamen mel coquendo, vnquam aciditatem admittit: quippe quum calidius ſit q̃ vt vbi non ſuperetur aceſcat. Porrò vtraq; linguam mordicant, tum quod acidum eſt, tum quod amarũ, non tamen id tanquam proprium linguæ ſenſus poſſidet. Quippe ſi in aliam quãuis carnem cute ſpoliatam ipſa inieceris, & illam ſanè etiam mordebit. Ex quo conſtat mordacitatem à tactu proprie, non à

guſtu ſentiri. Quin & quæ acria appellantur, velut pyrethrum, alliũ, cepa, non linguam modo mordicant, ſed & omnem reliquam noſtram carnem: cõmuniſq; eſt mordicatio tribus iſtis ſaporibus, acido, amaro, acri. Verum acido quidem vt frigido ſimul & ſubtili, (nam & id ſæpe monſtratũ eſt) amaro vero & acri vt calidis.

Quod ſapores acres omnium ſunt calidiſſimi. Cap. XVII.

QVod itaq; ſapor amarus calidus ſit, modo oſtẽdimus. At de acri vocato, principio ne demonſtratione quidem eſt opus: præuertit enim ſenſus euidẽtia, rationis fidẽ: quare nec quiſquã de ipſo addubitauit: imò & Plato de eo tanquam omnium calidiſſimo pronũciat, tum Ariſtoteles quoq;, & Theophraſtus. Atq; adeo nec veterũ nec recentiorum quiſquã eſt qui ſecus ſentiat, quippe quum excalfactio ex eſſentiæ eius ſit ratione. Itaq; ſi vel ex plebe quempiã roges quid vocet edulium acre, dixerit ſanè, puto, quod fortiter dum guſtatur excalfacit, velut piper, pyrethrũ, naſturtium, allium, cepa, & id genus omnia: videturq; id adeo ſaporũ genus, quum appellatione careret propria, cõmuni per excellentiã vſum. Nam quũ & ſapor amarus, & ſapor acidus, ambo etiam acres ſint, in quocunq; tamen corpore vehementem comperimus acrimoniam, tametſi neq; amarum ſit, neque acidum, acre appellare conſueuimus: quanquam multa in ſpecie ſint corpora eiuſmodi. alia enim edi poſſunt, alia eſui ſunt inepta. Ea igitur quæ idonea ſunt eſui, dulcem quãdam ſaltem obſcuram admiſtam habeant qualitatem neceſſe eſt. proinde multis ipſorum pro opſonio vtimur, multis vero vt cõdimentis tantum: at vt cibo, ipſorum omnino nullo, idq; ob virium vehementiam. Porrò eorum quæ non eduntur alia mortifera ſunt: alia ſimpliciter medicamenta: omnia ſaltem cuti noſtræ impoſita vlcus celeriter moliuntur. Quin & horum quoq; nonnulla qualitatem quandã amaram præferunt, quemadmodum eſculentorum quædam dulcem: non tamen vocantur amara: quandoquidem hæc in eis leuis eſt & infirma, valida autẽ vis acrimoniæ. Sunt & quæ ne guſtare quidem audeas, cuiuſmodi eſt thapſia, cantharides, & ea quæ eroſione aut putrefactione interimunt. Sed & horum guſtum eſſe acrem exijs conijcere licet quæ in toto agunt corpore. Multa vero etiã ipſo ſtatim odore aliena ſunt, planeq; pugnantiam cum homine indicant, velut & hæc ipſa quæ nunc dicta ſunt, & cicutæ, papaueris, mandragoræ, & hyoſcyami ſuccus. Quin & nuper quoq; herbam quandam conſpeximus, quam Centurio quidam ex barbarica circa Aegyptum regione comportauerat, odore adeo graui, adeoq; inamœno, vt nẽ guſtare quidem auderem, ſed letalem eſſe conijcerem. vtebatur autem ad vrgentes arti culorum dolores: atq; ipſis etiã laborantibus refrigerãdi pollere facultate eſt viſa. Eſt autem colore ſubflauo, odore tam graui, quam cicuta: niſi quòd leuem quendam inſtar aromatũ odoris adferat gratiam. Nomẽ herbæ ex qua ſuccus hic exprimitur, lycoperſium eſſe dicebat. Verum de facultatibus deleterijs alibi tractabitur. Scire autem oportet acres ſapores omnes, (nam de iſtis agebatur,) ſumme eſſe calidos, ac deinceps poſt illos eſſe amaros, deinde vero dulces. Cum vero in omnibus ampla ſit latitudo: is qui magis aut acris aut amarus aut dulcis eſt, magis quoq; eſt calidus: qui vero minus, tantũ amittit caloris, quantum abeſt ab exacta guſtus qualitate. Terminus autem ſeu finis ſaporis amari eſt abſtergere: acris vero, vrere: at dulcis, nutrire: vbi videlicet in ſua quiſq; natura abſolutus fuerit: hoc eſt vbi quoad

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 103 sur 277

fieri possit, minime alienis permisti sint qualitatibus: velut amarus prorsum quidem est calidus: verū qui modo admodum ex dulci mutatione natus est, & minus amarus est, & minus calidus. At qui diutissime mutatus est, summe amarus est, & proxime ad acrem pertingit: vt nō abstergat solum, sed etiam exedat & mordicet: velut aristolochia quidem, iris, & panax, id modo possunt, nempe vlcera abstergere, atq; expurgare. At vitis agrestis, quæ græce staphis agria dicitur, nihilo ab istis amaritudine vincitur: nisi vel ipsa quoq; vincat. est enim iam etiā acris, idq; valde: tum multū quoq; calida: vt nō sordem vlceribus auferat modo, sed & ipsam quoq; carnem colliquare possit. Porrò quod in vlceribus nati sunt præstare amari sapores, id ipsum in corpus assumpti efficere valent. abstergunt enim, expurgantq;, & quæ in venis est crassitiem incidunt: quamobrem menses mouent: educendoq; ex pectore pulmoneq; puri auxiliātur. Et in summa, siue crassa in eis pituita, siue pus, siue aliud quippiam contineatur eiusmodi, expurgant: eaq; ratione & comitiali morbo competunt, quicunq; certe naturam non habēt deleteriam ac venenosam. Illi enim toto genere præter naturam sunt. Sic & ijs qui sanguinem spuunt, noxij sunt: quippe quum isti adstringentia & viscosa, non incidentia diuidentiaq; exposcant. Atq; hæc quidem iam quadantenus curandi attingunt methodum.

Quà differunt amarus acrisq; sapor? Quòd amarus præterquam quòd calidus sit, etiam est siccus: at acris, vtiq; qui non exactus est, vberē quādam humiditatem obtinet. Cap. XVIII.

POstea vero quàm de saporibus amaris diximus, diximusq; quòd incidēdi vim habeant & extenuandi, tum abstergēdi, ac nimirum etiam calfaciendi, hactenus tamē, vt non vrant: rursum ad acres orationē vertamus. Ac primū exacte ipsos calidos dicimus: deinde exedentes, vrentes, crustam molientes, ac deniq; etiā colliquātes: eosq; vel cuti impositos esse huiusmodi. Sin intrò in corpus sumantur, si quidem tota substantia animanti cuipiā summe aduersentur, putrefacientes, eiusq; generis animantium deleterios. Sin caloris duntaxat immoderatione: si crassæ sint essentiæ terreæq;, interiora exulcerandi pollere facultate: sin tenuis, vrinam mouendi, sudoremq; ciendi vim habere: in summa autem, incidendi, & digerendi per halitum. Ex quo genere quidam tum exspuitionibus ex thorace, tum mensium motibus auxiliantur. Cæterum quando sit, quo modo, & qua methodo vtendum, non est præsentis tractationis exponere. de omnibus siquidem eiusmodi in curandi methodo differetur: quare de acrium saporum natura plura scribere supersedebo. sat enim fuerit distinctiones adijcere exactiores quibus ab amaris differunt. Nec enim sola caliditate vehementi ab illis diuersi esse consueuerunt: sed quòd amari omnes non modo calidam habeant facultatem, sed & siccam, cineri (vti eos quis optime comparet) adsimiles. Acres autem, quicunq; vtiq; amari non sunt, multam interim humiditatem admistam habent, proindeq; corporum eiusmodi non pauca à nobis esitantur. Porro quòd non calidus modo sed & siccus est omnis sapor amarus, in primis nos maximeq; discreta docet experiētia, de qua sæpenumero verba supra fecimus. Iis vero qui præter experientiam per rationem etiam scrutantur, similiter accidit. Admodum itaq; excalfactis dulcibus, siue id ab igne, siue à calore ingenito, amarorum corporum constare generationem

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 104 sur 277

indicauimus:quæ protinus conſiſtentia quoq; ſicciore apparent:tum vero quoniã abſumatur ſemper ac defluat ab eis humor in vaporem à calore ſolutus,neceſſe eſt reliquum terrenius ſicciuſq; effici:quippe quum dulce præterquam quòd calidum ſit,ſiue plus,ſiue minus,neceſſario ſanè & humidum plus minuſve exiſtat. Si autẽ corporis noſtri naturæ maxime eſt ſimile,ipſa vero ſit tẽperate tum calida,tum humida:id quod ex dulci ſuperaſſato prouenit,perinde vt calx ciniſq; calidum ſiccũq; neceſſariò efficitur:proinde abſtergere quoq;, cõminuere, ſecare craſſos viſcoſoſq; humores, ſicut cinis & nitrum, eſt natũ. Nec enim aëria eſt neq; tenuis neq; aquea eorũ cõſiſtentia:ſed,vt paulo ante dictũ eſt,terrena,exacte à calore elaborata,ac velut ſuperaſſata ipſorum eſſentia. In cõparatione ergo adſtringentium quidem,non parũ ijs tenuiora ſunt medicamenta amara:vt ad acria vero, craſſiora:quamobrem neq; facilè craſſos viſcoſoſq; humores pertraſeunt: velut ea quæ ſunt tenuiore eſſentia,nec incidere perinde vt craſſiora nequeunt. In medio autẽ vtriuſq; exceſſus ſint oportet quæ inciſura ſunt: nẽpe vt neq; prompte penetrẽt perinde vt flamma,neq; dum cunctantur tardantq;, diſſecare non poſſint. Verum de iſtis in ſequenti libro qui ex ordine eſt quintus,tractabitur. Nunc autem tantũ nouiſſe ſuffecerit,q; qualitas omnis amara calidis ſimul ſicciſq; ſubſtantijs accidit,& præter hæc tenuibus & terrenis. Inaudiendum eſt autem totum quòd dicitur,coniunctim,haudquaquã vtrunq; ſeparatim legendum. Nam ſic pugnare cum terreno videatur tenue. Verũ non ſimpliciter tenue, ſed vt in terrena conſiſtentia tale eſſe amarum aſſero,velut calx & cinis, & quicquid exacte peraſſatum fuerit,ciniſq; redditum. forte autẽ verius adſimiles fuligini,ac ipſius flammæ fauillæ, quippe quæ guſtantibus apparet amara. Ergo craſſum & terrenum eſt corpus,ferrum,ac lapis:fauilla autem & cinis tenue. Ignita itaq; ferrum lapiſq;,calce cinereq; ſunt craſſiora,multoq; magis q̃ fauilla:ad hæc quoq; & calidiora. Sed ferro lapidiq; ignito, ea quæ per eroſionem interimunt medicamenta,ſimilia ſunt:quæ à corporis nimirum calore huc perducũtur:velut chalcitis,myſi,ſori:ad hęc arſenicum,hydrargyros,lithargyros,& alia innumera. craſſarum enim ſunt partium id genus omnia,ac poteſtate calida,ac proinde temporis ſpatio accenſa per eam quæ eſt in animante mutationem,non aliter quàm lapis ferrumq; ignitum vẽtrem tum exulcerant, tum exurunt,quum ſcilicet in corpus diſtribui præ grauitate haud poſſint. Iſtis autem ſubtiliora ſunt,tametſi & ipſa terrenæ ſunt conſiſtentiæ,calx, cantharis, lepus marinus:quorum quædam vſq; ad iecoris pertingunt regionẽ,quædam verò vſq; ad veſicam & pectus,in tãto interim itineris ſpatio igneam acquirentia naturam. Porrò ariſtolochia & iris his etiam ſubtiliores ſunt:quippe quæ tum humidæ eſſentiæ,tum aëriæ plus quàm illa obtinent:quod hinc conſtat,quòd neq; adeo ſint ſicca duraq;,neq; adeo grauia:quapropter & deleterium effugere genus. Sanè vero & cãtharis parce interim ſumpta, quibuſque oportet admiſta, præterquamquòd veſicam nihil offendat,etiam renes expurgat. imò & quæ efficaciora conficiuntur ad vrinas mouendas medicamenta, nonnihil habent cantharidis. Sed de hiſce alias habebitur ſermo.

Quòd ſapor amarus inſit corporibus temperamento ſiccis:& ſi planè amarus ſit,eſculentus non ſit. Cap. XIX.

AT amarus ſapor quòd ſiccis tẽperie corporibus inſit, hinc colligere licet, quòd & minimè omniũ amara putreſcant,minimeq; vermes aliaq; nonnulla animalcula, qualia in radicibus herbiſq; ac fructibus putreſcenti-

Vide ſimilia apud Ariſtotelem part 3ũ ꝓbl. 1ũ

Lithargyros nõ eſt ſpecies lithariæ nempe ea quæ ex rõbo quoq; fabricando lithargyros ſit quæ ꝓ ſimplex appareat

bus prouenire ſolent,procreẽt. Maxime nanq; videmus in humidis naſci corporibus vermes,ac putrilaginem. At quæ exacte amara ſunt,(voco autẽ ita quæ nulla ſenſu notabili alia participant qualitate)omnibus prope animantibus nedum hominibus eſui inepta ſunt:quippe quum animal omne plus minuſq; ſit humidum: amara autem ſicca,haud aliter quàm cinis & puluis. Itaq; neq; cinerem neq; puluerem neq; fauillam neq; calcem animal vllum eſitat,neq; eorũ quæ planè amara ſunt quicquam. Abſinthium enim non ſolum amarũ eſt, ſed & adſtringit:marina vero aqua ſalſa potius eſt q̃ amara,plurimum in ſe habens aquæ potabilis:id quod & ab Ariſtotele olim ſatis eſt demonſtratum. At aqua quæ eſt in lacu Syriæ Paleſtinæ, quem alij quidem mare vocant mortuum,alij ſtagnum bituminoſum,guſtãtibus non ſalſa modo,ſed & amara eſt. Salem vero etiam habet ex ſeſe natum, perinde amarum:primoq; ſtatim aſpectu vnà cum vniuerſo mari tum candidior tum craſſior apparet, ſalſugini meræ ſimilis: in quam ſi ſalẽ inijcias,ne liquari quidem etiã poſſit. plurimũ enim eius in ſe habet:ac ſi quis in eã ſe mergat,cõtinuò ſale tenuiſſimo velut conſperſus vndiq; emergere conſpicitur. Quapropter etiam aqua illa q̃ cætera marina grauior eſt,idq; tanto pondere,quanto fluuiali marina. Itaq; ne ſi coneris quidem,inſiliens in profundum deferri poſſis:ita attollit eleuatq; aqua:non ſanè quia natura leuis ſit:quod quidam veterum ſophiſtarũ prodidit:ſed,vt cẽſuit Ariſtoteles,propter grauitatem inſtar luti quę leuiora ſunt geſtans. Proinde ſi hominem ligatis manibus pedibuſq; in ſtagni illius aquam cõieceris, deorſum haud feretur:quin vero ſicut naues in mari onera plura quàm in fluuijs citra ſubmerſionem portare valent, eundem in modum in ſtagno mortuo multo plura quàm in mari. Tanto enim eſt quæ in illo eſt aqua, marina grauior: quanto marina lacuſtri aut fluuiali. Ineſt enim ei ſalis ſubſtãtia,quę terrea grauiſq; eſt. Ipſiq; tibi marinã,ſi lubet, efficere licet,ſale in aqua fluuiali colliquato:cognoſcereq; quãto grauior reddatur aqua eiuſmodi q̃ ſit dulcis. Quin & modũ iam inuenerũt moderatam ad ſaliendum cõficiendi ſalſuginem,ſi ouum in ea videatur natare. Nam vbi etiamnũ fidit,ac nondum ſuper ſalſuginis ſuperficiẽ innatat,aquoſa magis eſt & dulcis. grauiter vero ſalſa eſt,vbi tanta eſt ſalis copia indita,vt amplius liquari qui poſtea adijcitur nequeat. Quam aquam ſi pendere nõ grauaberis,omniũ aquarum cõperies grauiſſimam. Itaq; ego quãdoq; inanem eſſe diuitis cuiuſdam ambitionẽ oſtendi, qui tantam in Italiam maris mortui aquam deuexit,quę ciſternam implere poſſet. Nam id ipſum ego expedite præſtiti ſale plurimo in aquam potabilem coniecto. Longe etiam grauiorẽ eiuſmodi effeceris aquam, ſi quamplurimum ſalis liquatũ ſub Canis exortum,vbi potiſſimum æſtus iam fuerit valentiſſimus,torreri ſiueris: haud aliter quàm in ſtagno bituminoſo. ſic enim hæc aqua perinde vt illa grauis efficietur:ac ſi ligatum hominem aut aliud animal in ipſam conieceris,inſtar nauis ſuper aquam feretur. Quin vero & amarior protinus quoque eiuſmodi erit aqua ſi decoquere ipſam in igne lubeat. Nam quicquid ſalſum pluſculum excalfeceris, amarum tibi euadet. Sic & ipſius bituminoſi lacus aqua in caua calidaq; regione cõtenta dum ſole torretur,amara efficitur: proindeq; æſtate quàm hyeme amarior eſt. Ac ſi quid eius hauſtum in vaſe cauo regioneq; aprica,(quemadmodum nos effecimus)æſtiuo tempore deponas, cõtinuò amarior ſeſe reddita videbitur. Verũ hæc omnia ijs quæ paulo ſuperius de amari generatione diximus, abunde ſubſcribunt. Cæterum cuius gratia oratio ad bituminoſum digreſſa eſt ſtagnũ,id nõdum

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 106 sur 277

omne expoſitum eſt. nullum enim in eo neq; animal neq; planta ineſſe conſpicitur: imò quum duo in eum fluuij confluant longe maximi, piſciumq; copia ſcatentes, maxime qui prope Ierichontem fluit, quem Iordanem nominant, nullus omnino piſcium fluuiorum oſtia excedit: acſi captos quis in lacum inijciat, celeriter mori conſpicit. adeò eſt omnibus tum hominibus tum plantis inimicum quod exacte amarum eſt, & quod ſqualidum pariter & ſiccum eſt, atque natura velut fuliginem ab exaſſatione referens. Quanquam ne illius quidem ſtagni aqua exacte amara ſit: quippe quum nec ipſe ſal. Vocant autẽ eum Sodomenũ, à circumiacentibus ſtagnũ montibus, quos Sodoma appellitant: multiq; ipſum accolæ ad omnia ad quæ nos alio vtimur ſale, accõmodant. Vis eius non modo plus quàm cuiuſuis alterius ſalis exſiccatoria eſt, ſed & extenuare nata: quia ſcilicet plus quàm alius exaſſatus eſt. Omni enim ſali obſcura quædam adſtringendi vis ineſt, qua eas quę cõdiuntur carnes conſtringit, denſatq; potiſſimum vbi durus & minime fragilis extiterit. Talis eſt exactiſſimus quidem foſſilis ferè omnis: minus autem illo marinus: tum qui multis in locis aquis leuiter ſalſis areſcentibus prouenit, tertiũ locũ obtinet, abſtergere magis q̃ adſtringere contrahereq; potens. proximas his vires habet Sodomiticus, æque atq; marinus, durus: cæterum ob admiſtam amaritudinem, facultatem valentius abſtergentẽ ac digerentem quàm marinus poſſidet. Sic & nitrum ipſum, & ipſius ſpuma, & quod compoſita appellatione vocatur aphrolitrũ, cæteris magis extergere poſſunt, nempe quia minime adſtringunt, & exacte ſunt amara.

Quòd ſapor ſalſus calidus ſit & terreſtris, eaq; ratione quadãtenus ſapori amaro ſimilis. Cap. XX.

ET enim propinquus eſt ſapor ſalſus amaro: quippe terreni ambo ſunt, & calidi: non obſcura tamẽ diuerſitate diſſident, quòd videlicet amarus à calore arido plus ſit extenuatus & elaboratus. Sic in genere ſalis, qui durior eſt & denſior, terreſtrioreq;, qualis ferè eſt vniuerſus foſſilis, minus calidus eſt, ſubtiliumq; minus partium. qui vero rumpi facilis, laxuſq;, tenuior ſimul & calidior eſt: in quo genere eſt & qui ſubamarus eſt, mediam quodãmodo naturam inter ſalem durum & aphronitrum obtinens. Sanè & inter aphronitra, quædam ſunt duræ craſſæq; eſſentiæ, quæq; nec facilè liquari in aqua queant. Verũ de prauis non eſt in hoc loco nobis ſermo, ſed de ijs quæ iuxta nominis rationem eſſentiam habent ſpumoſam, qualis vtiq; eſt ipſa nitri ſpuma. Eſt enim ea omnium modo dictorũ tenuiſſima: velut & Aſiæ petræ flos. multum enim & hic quoq; tenuis eſt, ſed Aphrolitro minus calidus. Quare vtiq; carnium excreſcentiam minore cruciatu colliquat: mordicat autem eas nitri ſpuma: mordicat vero & aphronitrum: nec ſecius quoq; & ipſum nitrũ, tametſi illis ſit minus calidum. Verum ſupra monuimus eſſentiã craſſam plus erodere, vbi nimirum calorem quendam nacta fuerit. Nulla enim eius pars ſine cruciatu celeriterq; tranſit, ſicut eius quæ ſubtilis eſt: verum retẽta & immorans ac tardans, pluſculoq; tempore vni corporis noſtri particulæ inhærẽs, haud immerito moleſta redditur, inſtar pali carni infixi.

Quòd odorata omnia calida. Cap. XXI.

CAeterum vbi de ſaporibus omnibus, quæ conuenire viſum eſt, expoſuimus, reliquum fuerit de odoribus diſſerere: quippe quum huius ſenſibilium generis gratia, odoris ſenſum natura crearit. Sanè pleriq; ſimiliter

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 107 sur 277

ſaporibus nos afficiunt. Siquidem acida omnia, & ante iſta ipſum adeō acetū ſimiliter odoratū guſtumq; mouet: tum acria quoq;, velut allia, cepæ, & ipſa nō minus q̄ guſtum, odoratum quoq; offendūt, mordicātq;. Sic in alijs ſingulatim ſimilis propemodum eſt odoris ſenſus ſenſui guſtus. Itaq; quorundam corporum, etiam non guſtātes, qualitatem cognoſcimus, veluti fimi: proinde omnino nē guſtare quidem aggredimur: quia ſcilicet admodū fides habeatur odoratui. Quinetiam ſiqua boni odoris edulia putrilagine corrupta, odore nos ſuo offendūt, protinus ea abijcimus, haud guſtare dignati. fereq; in omnibus mutuo conſentiunt odoratus & guſtus: attamen in odore ſuauiſſimis, velut roſa, plurimum differunt diſſidentq;. tantum enim abeſt vt guſtantibus ſuauia ſint, vt amaritudinem non paucam præ ſe ferant, tametſi amarum nunquam odoratum, eſt neq; vt medicamen nobis ſuaue, neq; vt cibus. Quænam igitur huius ſit diſſonantiæ cauſa, licet Theophraſtus quæſiuerit, tamen præſtiterit & quæ nos de ea cognoſcimus exponere. Amari ſaporis generationem ex dulcibus à calore extenuatis prouenire iam clare docuimus: apparuitq; calidiora ſimul & tenuiora temperie eſſe amara, quàm dulcia. ſed & odoris ſenſus in ipſis cerebri eſt ventriculis: velut & id quoq; alibi à nobis demonſtratum eſt: & odorabilium vaporoſa eſt ſubſtantia. Ea enim quæ à corporibus defluūt, ambiēti permiſta, ac deinde per narium inſpirationem in cerebrum delata, ſenſum mouēt. Recta ergo ratione, quæcunq; odorata, eadem & calida ſunt: quippe quum vaporū copia à calore proueniat: non tamen protinus quicquid odoratum eſt, ſuaue eſſe colligitur. Siquidem non omne id ſpiritui in cerebri ventriculis cōtento familiare eſt. Etenim quemadmodum qui linguæ obueniunt ſapores, ij qui familiariſſimi, ijdem & dulces erant: qui vero non familiares, cōplures habebant differentias: ita odores qui familiares ſunt cerebri ſpiritui, ijdem & grati ſunt & ſuaues: qui vero non familiares, multis differentijs à ſeſe mutuo diſſident. Cæterum non omnibus impoſita ſunt nomina perinde vt ſaporibus. Dicimus enim quippiā acidū acrēq; habere odorē: ſed auſterum, acerbū, ſalſum, aut amarū haud etiā dicimus. Verum in haſce duas appellationes odorabiliū pleraq; reducimus, beneolētia, & graueolētia appellātes: beneolentia quidem proportione quadā ad ea quæ linguæ ſunt dulcia: graueolentia vero ad ea quæ nō dulcia. vno enim nomine totū hoc in ſaporibus genus appellari nequit: videtur autē à corporibus nō odoratis aut omnino paucū defluere, aut quod pro mole ſua non ſit moderatū, ſicut in ijs quæ exacte tum ſalſa tum acerba ſunt. Exacte autē quum tale aut tale quid dicimus, ſyncerū, & quātum fieri poſſit, alterius qualitatis expers dicimus. Siquidem craſſa vtriſq; eſſentia eſt, & ad hoc acerborum etiā frigida. quare veriſimile eſt, quod ab ijs defluit, paucū eſſe & craſſum, & mole ſua terreū, ac proinde per inſpirationē in cerebrū non incidere.

Quod neq; ex odore neq; ex colore certò quid definiri de medicaminum temperie poſſit. Cap. XXII.

TAque haud ſolida res eſt ex odore de ſenſibilium temperatura conijcere perinde vt ex guſtu. Nam quæ odore carent, craſſam quidem eſſentiam obtinent: cæterum quę ſit eorum in calore frigoreq; natura, id vero nondum conſtat. At quæ odorata ſunt, tenuia vtiq; ſunt quadantenus & calida. Verum eius tenuitatis caliditatiſq; quantitas haud etiam indicatur. Porrò maxima po-

tissimaq; causa quamobrem in odoratis nihil euidens de tẽperatura iudicari queat, inæqualitas est substãtiæ, de qua sæpenumero verba mihi iam habita sunt, vbi demonstrabam corpora pleraq; dissimilari esse subsistentia. Ac nunc quoq; etiam claritatis gratia vnum proponã exemplum, nempe rosam, quæ non ea modo ratione dissimilaris est, qua pars quidem eius continet, pars vero cõtinetur. Continens quidem, durum & terreum: quod continetur, succus est humidus. imò & succi ipsius tria sunt excrementa, quemadmodum suprà necessarium esse demonstratum est: vnum terreum, quale est in vinis fex: alterum aërium, quod ipsum quoq; vini flori proportione respondet: tertium aqueum, quod in omnibus bullitionem efficere corruptionemq; diximus, vbi nimirum neq; deuictum neq; planè alteratũ ebullitionis tempore fuerit. Sanè huius excremẽti gratia quidam succos non nisi coctos reponunt, alij in sole feruenti præsiccatos. nam terrei aërijq; gratia non admodum corrumpendos metuunt: quum ea & separari videãt, ægreq; corruptibilem sortita substantiam: quandoquidem temperamẽtum nacta sunt siccum. Sed de istis suprà abunde disseruimus. Cæterum in rosæ natura aliud gustantibus acerbum est: quod terreum vt sit & crassum frigidumq;, necesse est: aliud vero amarum, quod tenue est & calidum: & tertium in his aqueum, necessario quidem frigidum, sed in tenuitatis crassitudinisq; oppositione quadãtenus summorũ medium: cuius mistura neq; ipsum illud adstringens, neq; ipsum amarũ, summe est tale quale dicitur. qualitates enim omnes exoluit aquei admistio. Ipsum itaq; hoc aqueum elaboratũ extenuatumq; atq; excalfactum quodãmodo videtur, ac proinde facilè in vaporem solui: & hac ratione rosam tum odoratam esse, tum celerrime resiccari. Atq; hæc omnia de eo ex gustu conijcias: at per odorẽ haud æque: quippe quum non æque omnes eius partes euaporent, nec perinde sensum moueant. In gustu autem omnes similiter gustabilium corporum particulæ in linguam incidunt, sensumq; mouent pro sua natura singulæ. Quare certum tutumq; non est de tota medicamẽtorum facultate ex odore conijcere. Nam ea sola agnosci possunt quæ modo posuimus. Multo minus ex coloribus de medicinarũ virtutibus colligere quid valeas: quippe quum in singulis coloribus calida, frigida, humida, siccaq; reperias: quemadmodũ in primis huius operis cõmentarijs ostẽdimus. In quoq; tamen singulatim genere aut seminis, aut radicis, aut succi ex colore indicationẽ quandam liceat sumere: vtpote cepa, scilla, vinũ, quanto fuerint albidiora, tanto & minus sunt calida: quæ vero subflaua fuluaq;, calidiora. Idem vsuuenit tritico, milio, ochris, phaselis, ciceri, ireos radici, asphodeliq;, alijsq; compluribus. In quoq; enim genere in vniuersum fulua, flaua, rubraq; omnia albis sunt calidiora. Itaq; etsi hinc quoq; de medicamentorum viribus coniectura fieri queat, tamẽ sermoni adijciatur, optimũ sanè esse (vt & dictum & ostensum sæpenumero est) per experientiam discretam facultates inuenire. in hac enim falli non possis. quanquam prius quàm experientia virtutem agnoscas, gustus pleraq; indicet, pauculum etiam approbante ipso odore.

Libri quarti finis.

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 109 sur 277

GALENI DE SIMPLICIVM MEDICAMENTORVM FACVLTATIbus liber quintus, Theodorico Gerardo Gaudano interprete.

QVintum librum de ſimplicium medicamentorum facultatibus orſurus, ea primùm repetam, quæ ſupra demonſtrata in rem præſentem cẽſentur accõmoda, ſumpto ab elemẽtis principio, aqua videlicet, igne, aëre, ac terra, quæ nonnulli à qualitatibus denominãtes, humidum, calidũ, ſiccum, & frigidum eſſe aiunt. Sunt ergo qualitates hæ humiditas, ſiccitas, caliditas, frigiditas. Quæ vero ab illis denominantur corpora, ea ſunt tum cõmunia omnium elemẽta, tum ea quæ per harũ excellentiam aut humida, aut ſicca, aut calida, aut frigida nuncupãtur, tum ea quæ ad conueniens ſiue ſymmetrum generis eiuſdem aut ſpeciei conferuntur, quæq; ad quiduis obuium. Sanè de horũ differentia frequenter tractauimus, nec minus diximus quatenus differat nutrimentum à medicamento, & quòd nutrimentũ vincitur ac ſuperatur ab eo quod nutritur, medicamentũ autem contrà. ipſum enim vincit atq; ſuperat corpus cuius fuerit medicamentum. quippe cum vtriuſq; referatur ad aliquid notio. Oſtenſum præterea eſt medicamentũ alterare natum eſſe aut vna quapiã qualitate, nempe aut calfaciendo, aut refrigerãdo, aut humectando, aut ſiccãdo, aut dictorũ coniugatione quapiam, aut tota ſui ſubſtantia, ſicuti complura letalium medicamentorum, nec pauca alexiteriorum ſeu amuletorum, tum purgantia omnia, ac pleraq; eorum quæ epiſpaſtica, hoc eſt attrahentia nuncupãt. Sed de iſtis quæ reliqua ſunt infra adijciã. Quæ vero vna duabuſve qualitatibus in vniuerſum corpus noſtrũ agunt, ea hoc in libro exponam, rurſum hic ſumpta hypotheſi ſuperius demonſtrata, quòd ſimplicium medicaminũ pleraq; diſſimilarium ſint partium, reſq; vera cõpoſita. cæterum appellari ſimplicia, quòd cuiuſmodi ſunt, talia natura ſint, nec quicquam ex noſtra induſtria aſſumpſerint. quinetiam q; quędam craſſarũ ſunt partium, & terrena ſuis ſubſtantijs, quædã tenuia & aëria, alia vero aquea, & dictorũ media. Hæc quum ſint ſuperioribus libris demonſtrata, hypotheſes mihi ſunto ad ea quæ nunc dicenda veniunt. His ergo propoſitis ordienda iam oratio eſt.

De vſu medicamentorum. Cap. I.

VSus eſt frequenter hominibus medicamentorũ ob id ipſum tantummodo, vt aut refrigerẽt, aut humectẽt, aut calfaciãt, aut ſiccẽt, aut per coniugationẽ horum quid agant. Interim vero vt quod ſupra modum laxatũ eſt, contendant atq; contrahãt, aut quod intenſum eſt laxent, aut quod cõdenſatum eſt rarefaciant, aut rarũ condenſent, aut durũ emolliãt, aut immodicã mollitiem ad duritatem reuocẽt, aut plenũ euacuent, aut vacuum impleãt, aut eius generis quid agãt. Nam quiſquis perfrixerit, nõ medicus tãtum, ſed quiuis etiam ex plebe, ab ipſa rei natura ductus, calfaciens medicamen inuenire deſiderat: aut ardenti febre æſtuans,

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 110 sur 277

quod refrigeret. Sic priuatus quiſpiam ſi vlcus habeat nimis molle ac humidum, id medicum deſiccare iubet: aut ſi ſiccum & exuccum, humectare. Quinetiam quum ſiccitatem pariter atq; caliditatem toto corpore percipiunt, ceu qui æſtuãt, ſiue vſti ſunt, aut defatigati, lauari expetunt, frigidamq; bibunt, tum quicquid refrigerare ſimul & humectare poteſt, ſtudioſe exquirunt, votiq; ſæpe cõpotes fiunt, atq; ipſa natura duce eorũ remedia plericq; idiotarũ inueniũt. At phlegmones, ſcirri, œdematis, eryſipelatis, putredinis, herpetis, gangrænæ, nullus ex illis ſibi remediũ perueſtigandum ſumit, tanquã vnũquodq; eorũ maius iam ſit quàm pro captu hominis plebeij, ac ſcientiã requirat venerabiliorẽ. Eam ſcientiã nuncupant Medicinam: & qui eam exercet, Medicum. Atq; hucuſq; & ipſi procedunt, vt ſciant vlcus cauum carne impleri, ſordidum purgari debere, æquabile cicatrice induci. Non tamen norũt quid carne impleat, quid purget, quid cicatrice inducat. Sic ſanè etiã ſi muſculũ habeãt durũ aut tenſum laxúmve, q̃ duro quidem mollientibus ſit opus, tẽſo autẽ laxantibus, laxo vero contendentibus, id ſatis perſpiciunt: non tamen compertum habent medicamentum quod aut emolliat, aut laxet, aut contendat, ſed ea inuenire opus eſt medici. Siquidem inuenias ex plebe quoſdam qui non ſecus atq; medici medicamentorũ pollent inuentione, ſed hactenus, dum calida modò ac frigida, humida ac ſicca perquiruntur. Verum in ijs quæ modo dicebamus, prorſum rudes reperias. Tametſi, ceu ante monuimus, haud omniũ tum calfacientium, tum refrigerantium, tum humectantiũ, atq; exſiccantiũ, æque facilis eſt atq; expedita inuentio. Quippe quòd napy pyrethrumq; excalfaciunt, & portulaca ſolanumq; refrigerãt, tum aqua & oleum humectant, & acetum & marina aqua deſiccant, penè omnibus non medicis duntaxat ſed & idiotis confeſſum eſt. At roſaceũ an ne calfacere an refrigerare dicẽdum, ſimiliter acetũ, oleum, & eius generis non pauca, ingenti cõtroueꝛſia iactata ſunt. Verum de talium facultate in quatuor ante hunc libris diſputauimus, in primo ac ſecundo ſophiſtarũ redarguentes epicheremata, ſeu in vtranq; partem ratiocinationes monſtrantes veramq; methodum, cuius quis ductu medicamẽtorum facultates inueniat. In tertio, miſſis ſophiſtis, omnes ab initio logicas expoſuimus quæſtiones, quibus maxime inſiſtas, quibuſq;, vt ſic dicam, artificioſe efformatus, idoneus ſis ac ſufficiens qui medicamentorũ omnium facultates inueſtiges. In quarto de proprijs linguæ ſenſorijs diſſerui, quos ſapores appellitãt: id indicans, quo pacto hinc orſus, primas inuenias tum qualitates, tum facultates. Attigi porrò etiam in extremo libro qualitates odoratus, docens quantum itidem & hinc iuuari queas ad primarũ inuentionem facultatũ. At in hoc quinto libro aliud mihi propoſitũ eſt facultatũ genus expromere, quas vocare potes ſecũdas ac tertias poſt primas & omnium cõmunes. Siquidem quum particulatim vnumquodq; nõ pari modo ex illis temperatũ ſit: aliud, puto, ex ijs laxatorium euaſit, aliud intenſorium, aliud emolliens, aut indurãs, aut rarefaciẽs, aut condenſans: tum ex operibus quæ edere nata ſunt, facultates in ſe habere dicta ſunt rarefaciendi, condenſandi, emolliendi, indurandi, illinendi, extergendi, attrahendi, repellendi, ad hæc laxandi, contendendi, ora reſerandi, ac contrahendi, incraſſandi, extenuãdi, dolores ſedandi, ac ciendi, (illas ἀνωδύνους, has ὀδυνηρὰς nominant) concoquendi, puris mouendi, digerendi per halitum, ſudoris prouocandi, ſoporis cõciliandi, ſtuporis accerſendi, animum alienandi (ἐκστατικὰς nuncupãt) vrendi, erodendi, cruſtam faciendi, fundendi,

densandi,succum prauum procreandi,exuperandi,purgandi,sistendi,exasperandi, leniendi,infarciendi,farctu liberandi,ac quum vlterius etiam procedunt, ac propè particulatim opera appellant,vrinas ciendi,vomitus proritandi,subducēdi ventris ac lubricandi,per nares & os purgandi,quas ἐξέτους & ἀποφλεγματικοὺς vocāt,menses mouendi aut cōprimendi,similiter lactis ac seminis tum generandi & extinguēdi, tum prouocandi & reprimendi,magisq; etiam cum à iecore hepaticas,à liene splenicas,ab auribus oticas,ab oculis ophthalmicas,à dētibus odonticas,à coxa ischyadicas,à renibus nephriticas,à pedibus podagricas, ab articulis arthriticas,à costis pleuriticas,à tussi bechicas,& à calculis cōminuendis λίθων θρυπτικὰς facultates vocitant,ad particulares perueniunt. Pari modo quædam dicta est à procreanda in vlceribus carne facultas sarcotica,ab inducenda cicatrice epulotica,à glutinando colletica,à purgatione cathartica,ab excrescentia carnis detrahenda cathæretica:ferēq; numerari nequeant omnes particulatim facultates,si ab vnoquoq; singulatim eorū quæ perficiuntur deflexa illis imponere nomina aggrediamur. Sed præclarius sanè ac methodo dignius est,si missam facientes orationem tum prolixam,tum confusam,cōmodis speciebus consuetas medicamentorum facultates compendio definiamus,non puris mouendi aut mitigandi,aut doloris sedandi, aut per halitum digerendi,aut laxādi in triticeæ farinæ cataplasmate facultatē inesse dictitantes,sed modice tum humidam,tum calidam. superius nanq; positum est in quo significato eiusmodi dictionem efferimus. Similiter non vrinas aut menses prouocās, aut bechicum esse medicamen,aut pleuriticis,aut peripneumonicis,aut purulentis(quos ἐμπύους vocant)congruere,aut morbis comitialibus & spasmis & palpitationibus & tremoribus & ruptionibus & spasmatibus prodesse, neque carne implere,aut purgare sinuosa vlcera,aut lateris iecoris lienisve dolores sedare,neque chœradas discutere,aut ex ossibus carnes educere,ad eundem modum neque genituræ profluuio congruere,aut in vteri fomenta vtiliter misceri emollientem & referantem, quin nec quod neuos & ephelides detergeat,& inueteratum capitis dolorem sanet,aut fœtum corrumpat detrahátq;:sed sufficit hactenus dixisse calidam,hactenus siccam,& eatenus tenuium partium illis obuenisse tēperiem atq; tum omnia quæ nunc memorata sunt,tum longe item plura indicasse:quin alio quoq; modo de ea dixisse sat est amaram esse,sed nō extreme,imò ita vt dulcedo quædam admista appareat. Ac primus doctrinæ modus empiricorum proprius est,secundus virum potissimum rationalem decet:atq; hunc mihi nunc exponere statutum est.

De pus mouentibus,atq; emollientibus medicamentis. Cap. II.

Reliqua vniuersa ea quæ quatuor superioribus libris sunt dicta, propria sunt ipsius de medicamentis speculationis,nisi siquando per affinitatem curandi methodum sermo attigit:at in quo nunc versamur,ad illam magis pertinet:quapropter sæpe consiliū mihi fuit omnino intactum præterire. Verum quandoquidem visum est præexercendos esse eos qui assequi deberent curandi rationis intentiones,& plerisq; ex amicis,potissimumq; ij quorum in gratiā hunc tractatum conscribere sum aggressus,ita me facere censuerunt:idcirco sermonem hunc hoc in libro absoluam,sumpto exordio ab emollientibus,& pus mouentibus. Quæ cum

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 112 sur 277

vtraq; sint calida humidaq;, diuerso tamen vtrunq; modo. Hæc enim ceu simillimũ corpori in pus mouendo calorem producentia, absque vlla existentis in eo humiditatis aut consumptione, aut adiectione: illa vero ceu maiorem quàm pro natura accẽdentia, ac nonnihil quoq; humiditatis contrahentia. Porrò perspicua est notaq; pus mouentium notio. Siquidem suppuratio in pus est mutatio.

Tribus modis dicitur molle & durum, partim vt extreme tale, partim vt per excellentiam, partim vt ad symmetrum generis eiusdem aut speciei aut quiduis obuium. Cap. III.

Sed de emollientibus medicamentis, ipsaq; adeo emollitione nõ perinde simpliciter loqui licet, quia videlicet nec de duro molliq; corpore. Siquidem partim absolute durum dicitur, vt terra: partim per excessum, vt vnguis, calcar, cornu: partim ad symmetrum sui generis aut speciei, vt hoc animal puta elephas, aut hic homo puta Hercules: partim ad quiduis obuium collatum, vt Diogenes ad Aristotelem. Pari modo dicitur molle, aut vt summe eiusmodi, aut per excessum, aut ad symmetron sui generis, aut speciei, aut ad quiduis obuium. Quod vero tripliciter quoq; id genus omnia dicere liceat, partim vt à mistura aliena, summaq; habentia qualitates à quibus nuncupata sunt, partim vt ad symmetron sui generis aut speciei, partim ad quiduis obuium collata, & quod nihil retulerit illo an hoc modo dixeris, frequenter mihi ostensum est. Omissis itaq; cæteris significatis, de mollibus durisq; vt ad optime cõparatum habitumq; hominem contemplemur, quem sanè regulam ac mensuram statuimus omnium quæ eum in modum dicuntur: nec tamen ad illius partem quamcunq;, puta os adipémve, sed quæ temperie media est, nempe cutem, maximeq; eam quæ in manibus est, vbi perfecta est tangendi potentia. In vnũ autem redit, si quod per excessum ad totam substantiam dicitur, sic molle durumq; appellites, quandoquidem medium quoddam est tactus noster: vti & Aristoteli visum est, & Plato quoq; sensisse videtur, quum ait. Dura quidem, quibus caro nostra cedit. Mollia vero, quæ cedũt carni. Nam cutem hominis eo ipso in libro, Timæo scilicet, genere esse carnem ostendit. Quin & Aristoteles quum ait molle esse quod in se cedit, durum quod non cedit, idem quod Plato sensisse videtur, & maxime quòd ad tactum ea iudicanda censet, tanquam ad medium. Quod vero in comparatione ad quiduis obuium durum est ac molle, id in eo quòd magis minusque cedat, iudicari videtur. Quin & ipsam cutem nostram aut musculum quum induratum dicimus, cum naturali eius statu aduentitium affectum conferentes ita nominamus. Sanè corporum hoc pacto affectorum ad statum naturalem reditus emollitio est.

Quot modis fiunt dura? nempe aut reficcatione, aut cõcretione, aut nimia impletione, aut harum coniugatione quapiam. Cap. IIII.

Porrò quum varie quidq; durius efficiatur, nempe aut siccescens, aut concrescens, aut nimia repletione, adeo vt vehementer distendatur, aut coniugatione quapiã: sequitur vt & propria suaq; cuiq; emolliendi sit ratio. Itaq; de omnibus deinceps distinguamus. Interim illud prius cõmonefacientes, nominum verborumq; co-

piam plerunq; non esse indecoram, sed potius eius cõtrarium: illiberalem vero tum esse, cum non est necesse de illis distinguere. Nam ita & Plato prodidit. Et nobis in præsens necessitas incumbit de duri significatis definire, principio rursum ab ijs desumpto quæ modo dicere desijmus. Nam quod in se cedit, molle est, si quidem corpus simplex fuerit. Siquidem quod ex pluribus constat aut sese contingentibus, sicut tritici aceruus, aut inuicem implicatis, vt lana & pili, simul & cedere potest, nec tamen esse molle. Contrà in ijs quæ summe plena sunt, velut vtres, vesicæq;, neutrum latus in se cedit, nec tamen quod continetur durum est, sicut nec quod continet vbi impletũ est durius seipso euasit, aut aduentitiũ alium affectum est adeptũ, nisi quòd nunc tensum est, quod hactenus fuerat laxum. Quamobrem ego id renitens, græce ἀνάτυπτον, non durum appello, quãdo nimirũ accuratius loqui propono. Permitto tamen qui velit durum appellare, quin & ipse persæpe sic nuncupo. Sed illud tamen moneo, non vnã esse induratorum naturam, neq; vnam medelam. Nam quod à siccitate induratũ est, humectari postulat: quod vero à congelatione, excalfieri: quod autẽ à repletione, inaniri: quod deniq; à siccitate simul concretioneq;, humectari simul ac cõcalescere: quod vero à cõgelatione pariter & impletione, pariter quoq; & calfieri & euacuari. Siccantur itaq; corpora citra congelationẽ tum in validis exercitijs, tum in sole feruẽti, tum in inedia lngenti, tum in febre ardenti, & medicamentis quæ ita siccãt vt non refrigerent quoq;. Congelantur à vehementi duntaxat frigore, sicut sanè & implentur à largi tantum humoris affluxu. At siccantur simul & congelantur coëuntibus quæ simul conuenire possunt causis: vt si quis supra modum laboret in frigore. Sic quoq; replentur simul & congelantur ab influxu frigido, ac partis refrigeratione. Frigoris rursus causa triplex est, vna à foris incidẽtibus, puta aëre, aqua, medicamento, quod sæpe factitant in erysipelatis. Altera est propria patientis particulæ temperies. Tertia ab influente in ipsam humore prouenit. Nam is sæpenumero seipso calidior effectus est, aut putrescens, aut contactu calidarum natura partium alterascẽs, cum interim quod partibus natura frigidioribus affricuit frigus, plurimo perdurat tempore. Atq; tot quidem modis corpora tum indurãtur, tum molliũtur. At medicamen emolliens, (græce vocant μαλακτικὸν) non de omnibus ijs modis efferre videntur, sed peculiariter de ijs quæ congelatione induruerunt, magisq; etiam si in eis contentus sit humor præter naturam, velut in scirrosis. Quippe si à siccitate induruerit, humectare nõ mollire id præcipiunt, sicut impleta euacuare, nõ emollire. Sed de nominibus neq; contendere honestũ est, neq; curiosum esse est necesse: verum rerum insistere diuersitatibus præstat: in quibus si quid peccatur, ingẽs ægrotis damnũ malumq; prouenit. Itaq; quod resiccatum est, humectãtia poscit remedia, de quibus supra abunde disserui. At quod à frigore cõgelatum est, excalfacientia postulat: quæ nec ipsa obscura sunt. At quod impletum est, aut refrigerantia requirit, aut excalfacientia, aut quæ proprie vocantur siccãtia. Vniuersa siquidem hæc humorem superfluum euacuãt, sed sua ac peculiari quodq; ratione. Frigida quidem duobus modis, nempe repellentia, simulque cum calore multam educentia humiditatem, sicut Aristoteles docuit. Quæ vero excalfaciunt, dum contentũ in incalescentibus corporibus humorẽ in vapores dissoluunt. Quæ autẽ desiccant, velut quæ vocãtur diaphoretica, hoc est per halitũ digerentia, & ipsa duplici ratione, aut humores ebibentia quum poris quibusdam insunt, aut tota alterantia partẽ. Verum quãdo tempestiuus cuiusq; sit vsus, nõ est præsentis negotij

definire,ſed ad curandi attinet methodum. Quæ vero à frigore pariter & ſiccitate induruere,ea excalfacere pariter & madefacere expedit,non ſicut pus mouentia calore & humiditate ſecundum naturam attemperatis,ſed tanto eſſe medicamen expedit calidius,quanto exuperauit frigiditas: tantoq; ſiccius,quanto & vicit ſiccitas. In quibus menſuram finire ad curandi itidem methodum pertinet. Sufficiat autē hic medicamentorū ſpeciei formulā quādam exponere,idq; pauculis exēplis. Igitur oleum & aqua calida humectant ſimul & excalfaciunt. Quod ſi ambo invnū miſceantur,multo magis tum excalfaciet,tum humectabit quod ex ambobus erit miſtū,ſicut aquæ potabilis balnea cum oleo copioſo exhibita. Idem efficit eduliorū qualitas,ſi ſimiliter habeat. Itaq; ingentis famis,quam βουλιμίαν nomināt,illiuſmodi ſunt remedia. Eſt enim ea affectio frigiditas iuncta ſiccitati: & ſanatio eius per contraria perficitur. Veruntamen cataplaſma quod ex farina triticea cōficitur,in temperatis naturis pus mouens,nec quicquā naturalis partiū humiditatis aufert,quod quidem relatu ſit dignū: multoq; magis nec apponit,ſicut nec calorē intendere poteſt,nec hebetare,ſed tantū in ſubſtātia ipſa augere. Cæterum nō idem eſt,qualitatē intendere,& augere ſubſtantiā. Sed hæc paulo poſt accuratius oſtendā. Attamen id genus medicamēta humida calidaq; dicimus,non ceu calidiora humidioraq; quàm noſtra ſit ſubſtantia,ſed ceu ſimilem habētia nobis tēperiem,quæ calida & humida eſt iuxta veterem ſermonem,velut in libris de Temperamentis oſtendimus. Nec tamen ſic aquam humidam aut galbanum *calidum dicimus,ſed illam tanquam quæ carnem noſtram riget,hoc tanquam quod calfaciat. Nam tametſi aqua calida euacuare quæ per humorum influxum contumuerunt valeat,ſimilares tamen partes ſaltem omnino humectat,ſicut in primo libro à me monſtratum eſt.

* Vetus interpres legit ignis

De medicamentis pus mouentibus. Cap. V.

MEdicamenta itaq; quæ pus mouent,eoq; perinde vt aqua calida excalfaciāt,ſuperfluum in ſpatijs vacuis contentū humorem per halitum digerunt: ſicut in libello de inæquali intēperie monſtrauimus. Ipſis tamen ſimilaribus corporibus ſecundum naturam affectis,humiditatis nihil neq; adijciunt,neq; adimunt,quod quidem manifeſtū ſit,& ſentiri queat. Quippe quum temperaturā poſſideant æqualem ac parem,earū ſubſtantiā tueri potius quàm alterare poſſunt. Nam in ſuppurationibus humiditas quidem alteratur,itēq; ſiqua ſit caro contuſa: cætera vero quæ ſecundum naturā habent,ſubſtantiā ſuam ſeruant. Etenim quum tres in animalium corpore fiant alterationes: vna planè ſecūdum naturā eſt,quum videlicet in ventre cibus coquitur,aut in viſceribus & vaſis qui inibi generatur ſuccus,vnde rurſum pars vnaquæq; nutriatur. Altera contrà planè: præter naturā,nēpe in putreſcentibus omnibus. Atq; hæ quodāmodo inuicē ſibi contrariæ ſunt. Tertia ex vtraq; miſta & media eſt,partim ſecūdum naturā exiſtēs,partim præter naturā. Siquidem alterationi ſecundum naturā duo hæc inſunt,vt & ex familiari animātis natura fiat alteratio,& ab ingenito calore planè ſuperetur. Ei vero quæ præter naturam eſt,& ab aliena caliditate mutatio prouenit,& ad nihil vtile. At media earū, quæ ſcilicet ſuppurationes comitatur,ab ingenito quidem fit calore,ſed non planè vincente. neq; enim ex materia peragitur quæ prorſum benigna ſit,neq; tamen ex omnino aliena. Itaq; quemadmodum naturales alterationes quæ ab innato proue-

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 115 sur 277

niunt calore, à ſimili extrinſecus iuuãtur, pari modo & quę in mouẽdo pure conſpicitur. Nam quid æque concoctioni ventris conferre nouimus, atq; corpus humanũ illi impoſitum? Proinde quidam puellos noctu admouẽtes per quietem, longe euidentiſſimum adiumentũ ſentiunt. Confert ſiquidem amplius, magiſq; multo familiaris eſt eo calore qui à fomẽtis paratur. Eiuſdem gratia vtilitatis quidã paruos catellos per quietẽ ventri imponunt, copiã coquentis cibos caliditatis adaugentes, non qualitatem. Tale eſſe debet quod ad mouendum pus adhibebitur medicamentum, qualis eſt in naturis temperatis calor natiuus. At ſi iuſto calidior natura fuerit, in eo corpore, quod pus mouebit medicamen, calidius ſit oportet: tanto nimirum tẽperato calidius, quanto & natura eius tẽperatam in caliditate exuperat. Itaq; clarum iam illud eſt ex curandi methodo, cuiuſq; ſingulatim hominis ſuum ac proprium eſſe puris mouendi medicamentum. Nec minus illud conſtat, quod ſæpenumero iam demonſtratum, horum comprobatur teſtimonio, omnes medicamentorum facultates vt ad optime temperatum hominem explorãdas. Siquidem nulla conſtitui ars poſſet, niſi prius velut regula ac ſcopo generi materiæ in qua verſatur conſtituto, ad illum iam particularia omnia dirigantur. Rurſum ergo propoſito tãquam ſcopo quodam in hoc ſermone optime temperato homine, eius reſpectu aliud eſſe dicimus medicamentũ pus mouens, quàm quod indurata emollit, eſſeq; eorum temperaturas, quas ſuperius eſſe poſuimus eius quidem quod naturæ in mouẽdo pure auxilio eſt, commoderatam & ſimilem ei corpori cui admouetur: ac proinde quòd natura noſtra humida ſit & calida, humida calidaq; medicamenta eiuſmodi frequenter appellari. Eius vero quod indurata emollit, temperata natura multo calidiorem, non tamen iam valde calidam.

De ortu ſcirri. Cap. VI.

ORitur autem induratorum affectio ex fluxione viſcoſa & craſſa paruis particulæ poris ſiue meatibus impacta. Digeſto vero per halitum quod tenue eſt eius ac ſubtile, ac deinde quod reliquum eſt refrigerato ac velut cõgelato, vocata ſequitur ſcirrωſis, ac proinde frigidum pathos aiunt, & per calfaciẽtia curari. Porrò quoniam cum frigiditate humor redundat ſuperfluus, idcirco etiam compoſitam eius eſſe medelam, ob refrigerationem ſcilicet excalfacientia poſcente affectu, ob alienam vero & ſuperuacaneam humiditatem, euacuantia. Vnde fit vt eorum quæ ſcirri in morem indurata ſunt, nullum curari valeat, neque à valide exſiccantibus, neque à fortiter excalfacientibus, neque ab ijs quæ vtraq; hæc præſtare poſſunt. Nam quæ valide excalfaciunt, hęrens ac contentum in particula humidum violenter digerentia atq; eliciẽtia, reliquum omne deſiccãt, & incurabile conſtituũt. quæ vero fortiter deſiccant, etiamſi non excalfaciant, tamen ipſa non per medium, euacuando ſcilicet quod ſubtile eſt, ſed ex profeſſo ac ex natura ſua ad ſummã ſiccitatem infixam particulæ fluxionem adigunt. Sola igitur ea quæ calfaciunt, ſed non admodum, vnaq; exſiccant non magnopere, eiuſmodi ſanare affectus poſſunt: vocanturq; ea medicamenta græce μαλακτικὰ, latine emollientia nomino, eodem tempore vtrunque agentia, nempe quod congelatum eſt fundentia, & ſenſim per halitum digerentia.

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 116 sur 277

Emollientia medicamenta in hoc à pus mouentibus differunt, quòd emollientia calidiora ſunt, & moderate deſiccant exiſtẽtem in partibus humiditatem: pus autẽ mouentia corporibus quidem noſtris ſimilem calorem obtinent, ſed tamen exiſtentem in eis humiditatẽ ſeruant. Cap. VII.

QVapropter calida ſunt id genus medicamẽta, nec admodum ſicca, à pus mouentibus eò diſſidentia, q̃ calidiora ſint, & ſicciora. Illa enim cognatam ac ſimillimam corporibus noſtris caliditatẽ poſſident: emollientia vero licet validiorem habeant, non tantã tamẽ vt attractionis violentia reliquum deſiccent. Præterea ea quæ pus mouent, humorẽ qui præfuit in partibus induratis, ſeruant: emollientia vero paulum quiddam eius abſumunt. Proinde quanuis innumera ſint calfacientia ſimul atq; exſiccantia medicamenta, ſola tamen ea quæ conuenientem ac ſymmetrum calorem poſſidẽt, vnaq; illi reſpondentẽ ſortita ſunt ſiccitatem, mollire quæ ſcirri inſtar indurata ſunt poſſunt, quale eſt bdellium, ſtyrax, galbanum, thymiama ammoniacum, medulla tum ceruina tum vitulina, adeps caprinus, & taurinus, & quæ eius ſunt generis. Nam nunc cõſilium non eſt omnem expromere materiam, ſed vnam de id genus facultatibus omnibus generalem conſtituere doctrinam. Præſtat nanq; in genere de pus mouẽtibus atq; emollientibus cognoſcere quòd illa æqualem accẽdunt calorem ei qui eſt in homine ſecundum naturam: quæ vero emolliunt, multo maiorem. Quocirca illa quidem quantitate potius quam qualitate caloris agere ſunt nata: at quæ indurata emolliunt, qualitate potius. Itaq; ſi in parte quæ ſuppuratione indiget, aſſiduò impoſitas ſeruare manus aut aliam quãuis partem poſſibile foret, celerrime ſic ſuppuratio procederet. Pari quoq; modo ſi medicamentum hominis temperaturæ ſit q̃ ſimillimum, ocyſſime concoquet quod in pus verti debet, vt eſt nonnunquam caro, nimirum vbi contuſa fuerit: interdum vero humor qui phlegmonen produxit.

Quòd pus mouentia etiam emplaſtica eſſe conueniat. Cap. VIII.

QVinetiam quòd emplaſticũ eſſe debeat eius generis medicamentum, & ipſum liquidò mihi apparere videtur. Nam ſi ſubſtantiã innati caloris augere, non intendere qualitatem ipſam cõueniat, poros corporis obſtructos eſſe neceſſum eſt, quò videlicet halituoſos tranſpiratus includãt. Siquidem ea cataplaſmata quæ aut detergẽtia, aut validius excalfaciẽtia, halitus difflari permittunt: exſiccant quidem, ſed pus non mouent. Talis eſt hordeacea, cicerum, fœnigræci, fabaceaque farina, amplius etiam ærina, eruina, panici, lupinorum, milij, omniumq; adeò exſiccantium: quippe quum tum per ea quæ detergunt, etiamſi non admodum excalfaciãt, ſed quia obſtructione liberant, reſerantq; meatus, vnà quoq; calor particulæ euolet, vt naturalis, haudquaquam ſeruetur commoderatio: tum ab admodum excalfacientibus huius etiam non parum vacuetur, & qui reliquus eſt incaleſcat: ex quo fit vt natiui caloris ſubſtantia diminuatur, ſed qualitas intendatur. Quorum neutrum fieri expedit, verum halituoſum & calidum ſpiritum cõtineri quamplurimum, & ad vnguem caliditate ſymmetrum: quippe cum hic in pueris copioſiſſimus, omnes actiones naturales adaugeat. Sed ſunt quos id fugit, & cum hoc quòd ignorent, Hippocratẽ inſuper accuſare non verẽtur, quòd dixerit creſcẽ-

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 117 sur 277

tia plurimum habere caloris innati. Sed nos dicta eius haud perperã capere oportet, ac cognoscere innatum dixisse calorem, quem in quoq; animantium spiritum nominamus, de quo & Aristoteles scriptũ reliquit. Verum nihil prohibet sanguineam substantiam simulq; aeriam vna cum spiritu calidum inaudire innatum. Ac Stoici quidem hunc ipsum spiritum animæ esse substantiam autumant. Nos sanè de animæ substantia non admodum pronunciare quippiam audemus, & ad præsens superuacaneũ arbitramur. Quanquam nos iam ante spiritum innatũ etiamsi non sit animæ essentia, saltem primum eius esse instrumẽtum in commentarijs de Hippocratis Platonisq; placitis demonstrauimus: & certe dicimus eum spiritũ in omnibus animantis contineri partibus, sed non vndiquaq; esse sui similem, veluti nec sanguinem, esse necesse. Tum in spatijs inanibus non paruam eius inesse substantiam, imò potius velut materiam quãdam leuiculam etiamnum mutationem exposcẽtem ad innati spiritus qualitatibus suis absoluti generationẽ, nihilo secius tamen iam tum etiam admodum ad naturalia opera conducentem. Porrò autem vnum ex naturalibus operibus est ea quæ in pus fit cõuersio. Nam & illic quædam perficitur coctio. Quum autẽ coquere consilium est, quamplurimum, meo iudicio, spiritum seruari intus oportet Atqui digeritur tum ab euaporantibus ac detergẽtibus, qualis est hordeacea fabaceaq; farina: tum à resiccãtibus: qualis est panici, lupinorũ, milij: tum ab excalfacientibus, qualis est fœnigræci. Quin multo etiã magis ab ijs quæ simul & excalfacere & resiccare possunt, puta lolio, eruo, cicere, ochris. Porrò omnium ad puris generationẽ aptissimum est, ex ijs vtiq; quę perfundũtur, aqua temperata, aut cui additum oleũ est, quod hydrelæum græci vocãt: ex ijs vero quæ irrigantur, oleum temperatum. At ex ijs quæ ex hydrelæo illinuntur, farina triticea, & panis ipse. Sed is modice coctus sit oportet. Nam qui plurimum coctus est, quodammodo siccior est, aptusq; phlegmonis quæ ægrius cõcoctionem admittũt. qui vero minus, ijs quæ admodum calidæ sunt, atq;, vt sic dixerim, feruent, congruit. Tum cui plus additum olei fuerit, pertinacius coctioni aduersantibus conuenit. Cui minus, feruentibus magis competit. Et sanè quod ex pane cõficitur cataplasma, difficulter coctioni cedentibus phlegmonis idoneum est, si quidem panitum sal tum fermentum admistum est. Quod verò ex triticea farina præparatum est, calidioribus vtilius est. Et ipsius etiam triticeæ farinæ quæ pura est, tum panis quoq; qui purus est, puri mouẽdo cõpetentior est, nimirum quum furfur minus sit calidum, & magis desiccet Farina autẽ pura, quæq; alere est nata, humida est & calida: qualia certe ad pus producendum cõferre ostendimus. Itaq; medicamenta quæ phlegmone tentatis imponuntur partibus, si calida sint & humida, ad pus mouendum cõducunt, vti adeps suillus, & vitulinus. Nam tauri & capræ acriora esse ostẽdimus: quãobrem phlegmonis tum frigidioribus tum durioribus magis cõgruũt. At suillus ijs quæ proprie phlegmonæ appellãtur, familiarissimus est. Est & adeps gallinaceorum familiarissimus, magisq; etiam anserum, quodammodo tamen ad digerendum potentior. est enim substantia sua tenuior, sicut & bubulus & caprarũ crassior & terrenus magis. Quin & agrestium animalium omniũ acrior est adeps simulq; siccior multo quàm domesticorum, maximeque pardalis & leonis. Quare horum nullus omnino puri mouendo idoneus est, sed, vt dixi, suillus & vitulinus. Porrò pus mouent & pix & resina, nempe oleo quopiam aut rosaceo subactæ. Sed & hic ad feruentes phlegmonas ex rosaceo eas liquare oportet: ad frigidiores vero

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 118 sur 277

excalfaciẽtium quopiam,puta cicino,raphanino,veteri,ſicyonẽ. Quod ſiquando ſola vtaris cera,alijs ad manum nullis,ad pus mouendum & ipſam in calefacientiũ quopiam diſſoluere oportebit: quippe cum ipſa per ſe minus ſit calida quam vt pus mouere poſſit. Siquidem illinendi certe vim obtinet. Solis itaq; feruentibus phlegmonis apta eſt, ex calidorũ oleorũ quopiam liquata. Verum quemadmodũ hæc ſymmetria ac mediocritate inferior eſt vt ad medias tẽperie phlegmonas,hominumq; & partium naturas, ſic paulum quiddam excedunt reſina & pix. Quapropter hæc omnia ſimul miſta moderate pus mouent. Sed hæc iam ad tractatum de medicamentorum compoſitione attinent, quem vt aliquatenus attingeremus, ſpeculationis ipſius nos ſequela adegit. Rurſum ergo ad propoſitum reuertor. Eſt autem propoſitum definire quæ ſit in genere pus mouẽtium natura. Dictum vero eſt quod modice eam humectantẽ & excalfacientem eſſe oporteat: quod alijs verbis eſt vt neq; excellat neq; inferius ſit temperatura corporis ipſum immutantis, ſed quoad fieri poſſit ſimillimum. Cæterum quod medicamentum puri mouẽdo idoneum tale ſit facultate, & actu ſiue energia fiat eiuſmodi dum corpori noſtro admotũ eſt, ſæpenumero iam ante dictum eſt: ſed nunc nihilo ſecius id repetimus, quãdoquidem vtrobiq; eius meminiſſe oportet. Atq; eiuſmodi eſt pus mouentis medicamẽti tẽperies. Porro corporis ipſius conſtitutio emplaſtica eſt: quo maxime pollẽt quæ lẽta & viſcoſa ſunt, velut adeps porcinus, butyrũ, thus, & quod ex farina triticea cõficitur cataplaſma: quippe quæ moderate tum calida tum humida lẽtaq; ſunt, ac proinde puri mouendo idonea. Chondrus tamen farina triticea ſiccior eſt, quanq; nihilo minus lẽtus ſit, niſi forte etiã amplius: vnde fit vt in medijs phlegmonis puri mouendo ineptior, in humidioribus etiam triticea farina præſtantior ſit. Verum & hæc iam præſentis cõmentationis limites excedunt. Itaq; denuo ad medicamenta duritates emollientia reuertor, hactenus & hic curandi methodum attingens, quantum dicendorum claritati cõducat. Scirrum vocant tumorem præter naturam, doloris vacuũ, ſed durum. Sunt autẽ inter eos quidam qui vbi plurimum increuerint, ſimul atq; indurati fuerint, non modo dolore carent, verum etiã ſenſum exiguum aut etiam nullum habent reliquum: porro naſcuntur ex humore craſſo & frigido, quales ſunt in animalium corporibus dũtaxat duo, bilis videlicet atra, & ſuperexſiccata pituita. Proinde tumores ſcirroſi omnino aut pituitoſę ſunt ſubſtantiæ, aut atrabilariæ, aut ex vtraq; miſti. Sed de agnitione eorũ non eſt nunc tempeſtiuũ diſſerere, verũ de medicamẽtis emolliẽtibus illud vt nunc dicam opportunũ eſt, nempe quod proprie vocantur emollientia, quæ medẽtur ſcirroſis tumoribus ex pituita reſiccata craſſoq; humore prognatis. Conſueuerunt autẽ ij potiſſimum in muſculorũ capitibus, & qui ex eis prodeunt tendonibus cõſiſtere. At quæ ab atrabilario ſucco duruerunt, cancroſa ſunt omnia, & ab emolliẽtibus medicinis exaſperantur. Sed horum quo pacto meminiſſe oporteat, in cõmentarijs methodi curãdi docebimus. Quę vero à lento craſſoq; humore cogelato indurata ſunt, calida poſcunt ſiccaq; medicamenta, ſed non tamẽ quæ valida ſunt ac violenta: ſed ſufficit interim vt ſecundi aut tertij ſint ordinis excalfacientium, primi exſiccantiũ. Porro quũ nõ exigua ſit in corporibus induratis maioris minoriſq; latitudo, neceſſe vtiq; eſt & medicamentorũ illis medentiũ non paruam eſſe latitudinẽ. Siquidem adeps caprinus, & gallinarũ, quæ ſic indurata fuere iuuarunt. Verum illi quidem imbeciliores ſunt, & moderatas duritates emolliũt. Valentior gallinarũ gallorumq; adipe

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 119 sur 277

anſerinus eſt, caprarum vero hircinus, validior quoq; & taurinus, ſed minus tamen q̄ hircinus. Quinetiam medulla ceruina modice emollit, & cū ea vitulina: quippe quum id genus omnia medicamēta calida ſint, & mediocriter ſicca, multoq; magis excalfacere quàm exſiccare nata. Vnde ſi quis forte ea quandoq; calida dicat & humida, non repugnandum. nam paulum abſunt ab ijs quæ neq; humectant neq; deſiccāt. Eodem ex genere ſunt, quanquā validiora, ammoniacū thymiama & ſtyrax & galbanum & bdellium ſcythicum: ſed ad emolliendum præſtantiora ex ijs ſunt quæ recentia ſunt. Siquidem inueterata validius q̄ oportet deſiccant. Id ipſum vſu venit in medulla & adipe, quippe quæ & ipſa vetuſtate ſeipſis tum acriora tum ſiciora euadūt. Quin & oleum quoq; ſicyoniū ex hoc eſt genere, nec in poſtremis id quod inueteratum eſt: & ea quæ præparantur, vt ſuſinū. Sed de cōpoſitis hic dicere ſtatutum non eſt. Porrò radix altheæ, & cucumeris agreſtis, nonnullæq; aliæ plātæ partim in oleo partim in aqua decoctæ emollientium medicamentorum facultatē induunt, ſicut maluæ agreſtis folia tum cruda tum cocta. Atq; hoc ſimplex medicamentum eſt, ſicut porcinus adeps vetuſtatem paſſus: ſed ſalis nihil oportet adijcere, ſicut nec alijs quæ emolliūt. valde enim deſiccat ſal. Porrò quæcunq; alia emollire poſſunt, ſeu ſimplicia ſeu cōpoſita ſint medicamenta (alibi enim ea recenſebimus) calida ſunt ex ſecundo & interdum ex tertio ordine, leuiter vero ſicca. Sed & his ſanè illinendi vis (emplaſticam vocant) inſit neceſſe eſt, non aliter q̄ ijs quæ pus mouent. Sed quanto maiore euacuandi facultate pollere debent, tanto vtique minus et iam meatus illitu obſtruere.

Quòd medicamēta indurātia humido frigidoq; ſint temperamēto. Cap. IX.

SAnè emollientium facultas medicamentorū abunde iam expoſita eſt, proinde deinceps de indurantibus verba faciam. Frigida itaq; hæc ſint oportet & humida, velut ſemperuiuum, portulaca, pſyllium, lenticula paluſtris, ſolanum. aut hoc quidem certe non eſt temperamento humido, ſed medium abſolute humectātis & exſiccantis, ex pugnantibus facultatibus compoſitum, exſiccante videlicet, & humectāte: nimirum cum & duplicem in ſe habeat ſubſtantiam, terream, & aqueam. Sed iam non eſt mihi cōſilium ad particularem materiam ſermonem deducere, verum generales duntaxat breuiter facultates definire. Sanè ſi quid ſimul & refrigeret & deſiccet, & ipſum profecto omnino indurabit: ſed non eſt ex ijs quæ proprie indurant. Siquidem congelatione potius quàm euacuatione durū efficitur corpus, prout ſupra poſuimus. At ſi quid ſit quod proinde quia natiuum humorem nō retinet, induratum eſt, id ſiccum potius quàm durum appellabimus: conſtatq; eius ſanatio rigatione & humectatione, non emollitione: ſicut certe & tenſio curatur laxatione, & laxatio tenſione.

De tendentibus laxantibuſq; medicamentis. Cap. X.

SEd hæc vt ſe habeant liquidò cōſpiciuntur, cum in cute, quemadmodum & ab Hippocrate dictū eſt, cutis durę mollificatio, tenſæ laxatio, tum etiā frequēter in articulis. Igitur laxatio prouenit humectatis immodice quæ circa eos ſunt ligamentis pariter & tendonibus, tenſio vero non etiam ſimpliciter, ſed aut pluſculū exſiccatis, aut refrigeratis, aut phlegmone affectis, aut ſcirro. Atq;

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 120 sur 277

ita quidem in articulis. In cute vero nõ tantũ ita, ſed muſculis quoq; qui ei ſubiecti ſunt, quoquo modo in tumorem ſublatis. Nam & præ carnis ſæpe copia quibuſdã tẽditur. Quod vero & in phlegmonis idipſum illi accidat, ſupra poſitũ eſt. Quamobrem non ſimpliciter vna eſt ſpecies laxantium remediorum, vtpote quum alia humectãdo, alia calfaciẽdo, alia vero emolliẽdo, quędã euacuando, nõnulla tumores præter naturã purgando, aliá etiã per cõiugationem horum quampiã agẽtia, laxare aſſolent. At Theſſalus, fereq; ſequaces eius vniuerſi, ſicut in alijs multis, ita & in his appellationes ſimul cum rebus cõfundũt, quicquid obuiũ eſt, citra vllam examinationem cõſcribentes. Quamobrem vbi quę in manibus ſunt abſoluerimus, neceſſe nobis forſan fuerit aliquando in eos ſtylum cõuertere: in præſentiarum autẽ quod dicta cõtinuo ſequitur perſequamur, rurſum ſumpto principio ab ijs medicamẽtis quæ vocantur emplaſtica. Quia vero ſæpe iam ante de ijs diximus, breuiter ergo Emplaſticum medicamentum eſt quod tenaciter corporis poris ſiue meatibus illitum inhæret. Porrò abunde dictum eſt nobis de pororum quos nos ſtatuimus natura in libris de temperamẽtis. Demonſtratum autem eſt & in libro hunc præcedente, mordacitate vacare omnino debere medicamentum emplaſticum. nam ſi qua illi inerit mordacitas, hærere in poris nõ poterit, ſed omnino facilè excernetur, aut partium aliquam liquando, aut certe humorem ex alto attrahendo. Sed & illud ſatis conſtat, terrenæ conſiſtentiæ & viſcoſum eſſe oportere emplaſticum.

Quòd poros purgãtium medicaminũ vnumquodq; calidum ſit, & tenuiũ partium: nam amara omnia & nitroſa ſunt. Cap. XI.

SEd de iſtis ſupra abunde dictum eſt. Quod vero illi contrarium eſt, dici queat poros repurgans, & infarctu liberãs: ſicut & ipſum emplaſticum nõ modo emplaſticũ dicitur, ſed & ἐμφρακτικόν, quaſi dicas infarciens. Fuerit autẽ id ſicut effectu cõtrarium, ita & corporis natura neq; viſcoſum, neq; mordicatis expers, ſed nitroſum & ſubtile. Nam in ratione maioris ac minoris differũt, ſubſtantiæ genere minime diuerſa tum emplaſtica ab ijs quæ ſordẽ nutriunt, tum repurgantia ab extergentibus. Nam quæ in ſuperficie ſordem auferunt, ſiue in cute, ſiue in vlceribus, ea extergentia ſiue rhyptica nominantur. Quæ vero poros etiam expurgant, ea ſubtiliorum his partium ſunt, & emplaſticis contraria: proinde pororum ecphractica & eccathartica, quaſi expurgantia & farctu liberantia dicas, appellantur. Sunt autẽ hæc tum nitroſa, tum amara, atq; cuti extimæ impoſita ſolam nitroſam qualitatem poſſideant exactam eſt opus ad ea peragẽda quæ dicta ſunt. At introrsùm in corpus aſſumpta, etiamſi adiuncta ſit quædam adſtrictio, poſſint tamẽ ſic quoq; magnos purgare abſtergereq; meatus, cuiuſmodi ſunt in vaſis. Nam foris meatuũ exiguitas prius ab adſtrictione occluſa quàm probe queat expurgari, non etiã inde in altum abſtergentem ſubſtantiam recipit, nec expurgatur. At quæ circa ventrẽ ſunt partes omnes, quęq; in iocinore, liene, alijſq; omnibus viſceribus: cum maximos in ſe meatus habeant, maius accipiunt cõmodum ex vaſorum corroboratione, q̃ propter oſculorum exiguitatem lædantur. Proin intus abſinthiũ repurgare poteſt, foris non poteſt: quippe compoſitum eſt, vt ſupra dixi, ex amara acerbaq; facultate. Quamobrem eius generis medicamenta particulatim vt perſequar, non eſt neceſſe. Quæcunq; enim repereris nitroſa & amara, ea ad purgandos

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 121 sur 277

meatus omnes valere noueris. At cutis ac vlcerum ſordes, non hæc tantum, ſed & viribus minora auferre poſſunt, qualia ſunt dulcia quæ tenuium ſunt partium, puta mel, & ex cerealibus ſeminibus quędam, vt eruum, fabæ, hordeum, lupini: quanquam in his ipſis fabacea hordeaceaq; farina tantum extergit, non etiam meatus farctu liberat. Erui autem & lupinorum, potiſſimum ſi amara fuerint, ſupra quàm quòd extergunt, nõnihil quoq; meatus purgare valent. Simile quiddam amygdalis accidit. nam & horum ipſorum ea quæ amara ſunt, & detergunt, & meatus expurgant: quæ vero edendo ſunt, detergunt quidem, non tamẽ infarctu liberant. Quin & vrticæ ſemẽ, non ſecus atq; eruũ amygdalaq; amara, meatus purgat. Ex eodem genere ſcilicet ſunt ſcilla & iris, & quæcunq; alia vincentẽ in ſe qualitatem amaram poſſidẽt. Siquidem nitrũ ipſum per ſe, & aphronitrũ, & ſpuma nitri, & ſeriphon, & abrotonum, & id genus relíqua cum cibo potuq; aſſumpta eandem vim obtinent. Protinus enim his ineſt vt craſſos lentóſq; humores extenuãdi vim obtineãt, ſicut emplaſticis omnibus craſſos lentóſq; corporis ſuccos reddẽdi: quamobrem lentis ac pituitoſis thoracis pulmoniſq; humoribus aut puri & incidendis & extenuandis & educendis aptiora inuenire alia præ iſtis medicamenta nequeas. ijſdem iſtis & iocinoris obſtructiones expurges, & modicas etiam lienis. nam quæ maiores ſunt, vehemẽtiora deſiderant, nẽpe capparis corticem, radices tamarices, ſcolopendrion, & ſcillam, & eam quæ id ipſum nomine repræſentat, aſplenos appellata. Sed tamen iſtis vtendum in quoq; viſcerũ eſt: ad iecur, ipſis per ſeſe duntaxat: ad lienẽ vero, miſtis aceto, aut ei incoctis: ad thoracẽ pulmonémq;, melicrato, ptiſanæ, oxymeliti, aut dulcium vinorum cuipiam. Sed hæc ad curandi pertinent methodum, proinde in præſens rationibus ea confirmare omitto. Nam & in illo opere & in alio quod de componẽdis medicamentis inſcribetur, eas explicabo.

Quòd vrinam cientia ex acrium genere ſint, ac proinde calida & ſicca, tum quòd ſanguinem ſeroſum ſegregẽt, craſſum vero cogant. Cap. XII.

PORRÒ quæ neceſſe eſt vt dictis adijciam, ea duntaxat expromam, nempe quum plurimã mouere vrinam annitimur, non admodũ dictis vtendum pharmacis, ſed quæ acriora ſunt, & magis excalfaciunt. Dictum ſiquidem ſupra eſt acre omne eſſe calidum. eius generis ſunt ſemen apij, petroſelini, fœniculi, dauci, agrioſelini, ſmyrnij, & ſanè ipſum quoq; ſeſeli, & ammi, & phu, & meon, & aſaron, & acoron, à quibus ſanguis non extenuatur duntaxat, ſed & funditur ac ſecernitur, non ſecus atq; lac quod coagulatur, ſeroſo videlicet & tenui ſeorſum ſegregato, craſſo vero in ſeſe coëunte. Siquidem quò facillime ad ſe attrahant renes quod in ſanguine aqueũ tenueq; ac ſeroſum eſt, vtraq; hæc cõferũt, nẽpe totius ſanguinis primùm fuſio, deinde ſegregatio, quorum neutrum abſq; valido calore peragi queat. Quamobrẽ puris ex thorace expuitioni ea omnia aduerſa ſunt: quippe quum natura eorum ſit, tum excalfactoria exſiccatoriaq;, tum etiam ſecretoria, & coactoria. Cogitur quidem in ſeſe quod craſſum eſt, excernitur vero ac ſecernitur in ipſo coactu quod in ſanguine ſeroſũ ac tenue defertur. Atq; hoc ad ſeſe trahere renes anteuertũt: quod vero coactũ eſt atq; exſiccatum, haud etiã facilè expuitur. Proinde, vt modo poſui, incidendi vim habeat eiuſmodi medicamentum oportet, ſed non tamen inſigniter calidam, ne videlicet valide deſiccet: ac eiuſdem profecto

commoditatis gratia cum ſorbitiunculis potionibuſq; humectantibus exhiberi poſtulat. At quæ renes expurgant, & ipſa quidem incidẽtia ſunt, verum larga humiditate non indigent. Porrò quæ calloſas ſiue tophaceas conſiſtentias incidere ſunt idonea, & ipſa vtiq; admodũ incidunt, ſed minimũ caloris poſſident. Quippe caliditas callum pariter ipſa contrahit ac procreat, non incidit neq; diuidit. At quæ minus ſunt calida, cum hoc quòd incidere valeãt, meliora quoq; ſunt, velut radices regiorum aſparagorũ, & rubi, & betonica, & polium, tum ochra, & vitrum vſtum, & ex ſcilla confectum acetum, & quę ſunt eius generis. At Theſſalus inſulſiſſimus atq; imperitiſſimus, ſicut pleraq; alia artis, contumelijs ac probris immerito afficit, ita & hæc quoq; diſcerpere contendit, nullum eſſe medicamentum cenſens quod proprie ſit aut hepaticum, aut nephriticum, aut pleuriticum.

Quòd rarefacientiũ temperies moderatæ ſit tum caliditatis, tum ſiccitatis, cõſiſtentiæ vero tenuium partium: anaſtomoticorum autẽ tum calidior tum etiam mordax atq; acris, ac craſſarũ partium: porrò cõdenſantium adſtringens & aquea potius: ſtipantium vero ſiue στυπτικῶν craſſarum partium, & frigida. Cap. XIII.

SEd illius peccata alijs libris detegam. In præſenti autẽ libro reliquas ſimplicium medicamẽtorum facultates ediſſeram, exordio rurſus ab aperientibus ac rarefacientibus (illa anaſtomotica, hæc araiotica nominant) deſumpto. Videntur enim & hæc quodam ſanè modo iam dictis eſſe vicina, nempe quæ extergere, incidere, obſtructiones tollere, diuidereq; diximus: quanquã nõ vndiquaq; eſſe ſimilia. Sanè & horum ante omnia diſtinguenda notio eſt, ac ſic inquirenda ſubſtantia. Quæ cutis meatus referant, rarefaciẽtia dicimus: quę vero vaſorũ oſcula, aperientia. Quin & illis cõtrariorum, quod poros cõtrahit, cõdenſans appellitant: quod autẽ oſculum occludit, haud etiã proprio deſignãt nomine, ſed generalioribus, puta cõtrahens, occludẽs, cõſtringens, obſtruẽs nominant. Porrò vtriuſq; natura ſic habet, rarefaciẽtium quidem tum modice calida eſt, tum minimè deſiccans, tum tenuium partium: aperientium vero, tum craſſarũ partium, tum acris ac mordax. His porrò cõtrariorum, cõdenſantium quidem frigida ſanè, ſed non terrena neq; aëria, ſed potius aquea. Eorum autẽ quæ apertiones ſiue anaſtomoſes occludunt, craſſarum partium, & frigida. Exempla horum ſunt, rarefacientis quidem naturæ chamæmẽlum, & althea, & quod ex ipſis præparatur oleũ, nec minus quod ex agreſtibus conficitur cucumeribus. Quin & vetus & cicinum & rhaphaninum oleum ex eadem ſunt nota. Aperientis vero facultatis, quæ acria ſunt ſimulq; terrena, cyclaminus, allia, cepæ, fel taurinum: vnguentorumq; adeò omniũ quæ ſimul craſſarum ſunt partium, & calida, ſubſidentię: cuiuſmodi eſt irinum, & amaracinũ: quæ vtiq; & occæcatas aperiunt hæmorrhoidas. Porrò quæ vteri os à phlegmone aut ſcirro aut ariditate occluſum aperire dicuntur: ex accidenti, non autẽ primario & per ſe eiuſmodi habere facultatem cenſentur, velut nec ea quæ labiorum à phlegmone occluſorum aut genarum aut narium aut gutturis aut præputij aut ſedis aut alterius eiuſmodi oſculi inſtrumẽti phlegmonen ſanant, atque occluſionẽ corrigunt. Ea nanq; phlegmonen ſoluere dici poſſint, haud quaquã aperientia ſiue anaſtomotica. Peccat ſanè in iſtis Dioſcorides, nonnunq; aperiẽtis inquiẽs facultatis

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 123 sur 277

medicamentum quod laxat,aut emollit,aut humectat,aut phlegmonē ſoluit.Atq; rarefacientium & aperientium eiuſmodi ſunt eſſentiæ. At eorum quæ ipſis cōtraria ſunt,condenſantium quidem, aquæ eſt frigidæ, ſemperviui, portulacæ, tribuli viridis, pſyllij, herbæ quam muris aurem vocitant, lenticulæ paluſtris, & vt ſemel dicam,quæcunq; refrigerant,ſed non adſtringunt. Proinde & mandragora,cicuta, altercum,papauer,ipſas nunc dico herbas, ſi quis modice vtatur, condenſandi vim obtinent:ſin liberalius,non modo cōdenſandi, ſed & obſtupefaciendi. Si vero etiā plurimum,non tantum obſtupefaciendi,ſed & enecandi. At eorum quæ aperientibus aduerſantur,ſubſtantia,cum ſit craſſarum partium, & frigida, adſtringentium eſt omnium,quæ quidem admiſtam non habent acrimoniam. Quorum ſanè materiæ abunde multa poſuimus in quarto huius exempla:in quo & eſſentiā eiuſmodi medicaminū terrenam frigidámq; expoſuimus. Mirum ergo videri non debet ſi ſola contrahere occludereq; poſſit aperta præter naturam vaſorum oſcula. ſoli enim huic, quæcunq; requirunt ea quæ contrahi debent,omnia adſunt: nimirum quæ conſiſtentiæ craſſitudine foris incumbat, nec paruos meatus penetrare poſſit, tum frigiditate ſua intrò premat, atq; vndiquaq; in ſeſe contacta vicinaq; corpora cogat ac cōtrahat. Nam proinde q; deſiccat,(eiuſmodi enim eſſe oſtēſum eſt quicquid adſtringit)humorē depaſcitur,& partē roborat. Itaq; ſi hæc omnia cōueniant, oſculum cludetur,ceu à manibus foris, ipſis nimirū adſtringentis ſubſtantiæ partibus contractū. Ea vero medicamenta quæ frigida quidem ſunt aut æque,aut amplius,ſed ſubſtantiam ſortita ſunt aqueam,ea inquam debiliter & cōtrahunt & cōſtringunt,nimirum propter mollitiem. quippe quicquid valenter tum conſtipare tum conſtringere debet,robur quoddam renitens & durum habeat oportet: quæ cum careant medicamēta naturæ magis aqueæ, tenues quidem poros in vnoquoq; corpore contrahunt atq; condenſant,cęterum inſtrumentum vndiquaq; totum cōſtringere nequeunt. Quamobrem merito talia cōdenſantia quidem ſunt(græce στυπτικὰ)non tamē obſtruētia,græce στεγνωτικὰ dicta. Intelligas nunc velim obſtruētia ſiue ſtegnotica me dicere corpora quæ ſenſibiles excretiones cohibent. corpus enim ſtegnoticū,quod στέγει ſiue claudit ac cōtinet in ſe,nec quicquā quod ſenſu queat percipi,ex ſeſe emittit,græce στεγνὸν nūcupatur. Atq; hęc eiuſmodi ſunt tū tēperaturę tū facultatis. at rarefaciētia prorſum quidem calfaciūt: nec enim aliter diffundere & laxare poſſent ſubſtātiā:ad quod cōſequitur vt & pori dilatētur. Debent autē nō admodū eſſe calida tēperie. ſiquidem ea iam acria ſunt, & inhorrere faciūt. neq; itē exſiccatoria. nam & hæc ſenſilia corpora colliquāt, doloremq; in ipſis excitāt.

Quòd eſcharotica craſſæ ſint cōſiſtentiæ,ac vehemēter cauſtica ſiue vrentia, adeò vt corpus ſenſibiliter colliquēt. at ſeptica,quæ videlicet non dicuntur proprie cauſtica,& ipſa colliquare ſunt nata,non tamē tam valēter q̄ eſcharotica. ad hæc cōſiſtentia ſunt tenui,ac proinde latentem moliuntur colliquationem.

Cap. XIIII.

TAq; quæ citra moleſtiam excalfaciunt,ea ſola omnium ſunt rarefaciētia. Si vero nō modo calida fuerint,ſed etiā cōſiſtētia craſſa,ſi quidem vehementia ſint,& cauſtica, hoc eſt vrentia, & ignis inſtar corpus colliquant,& ſæpe eſcharas hoc eſt cruſtas ritu cauterij efficiunt. Porro ſi debiliùs quàm vt vrere poſſint calfaciant,

anaſtomoticam ſiue aperiendi vim obtinent. Itaque medicamen omne anaſtomoticum eſſentiæ quidem terreæ ſimulque igneæ eſt, hactenus tamen excalfaciens, vt nondum vrat. Si porrò cauſticum ſit, non tamen vehementer, præterea eſſentiæ tenuioris, id planè ab omni aberit mordacitate: aut cum exiguo tum dolore tum morſu carnoſas partes eliquabit. Nam quod non confertim alterat, vti quæ vehementer ſunt calida, quodq; non ægre penetrat, ſicut quæ craſſæ ſunt eſſentiæ, latentẽ ea actionem obtinent. Siquidem alterationum ſubitæ confertæq; mutationes maxime ſenſibiles ſunt, tum penetrationum quæ violentæ ſunt. Quippe quod in craſſa eſſentia cauſticum eſt, id cuicunque inhæſerit parti, ſtipitis ritu infixum excruciat. Verum hoc quidem eſcharoticum eſt, perinde vt cauſtica. cæterum de quibus nunc agitur, cruſtam non faciunt, & vocantur ſeptica, hoc eſt putrefacientia, haud quidem appellatione propria: (nam quæ vere ſunt ſeptica, humectant ſimul & calfaciunt) veruntamen ſymptomatis ſimilitudo vt ſic appellemus efficit: vtpote cum ab vtriſque nullo doloris ſenſu fiat corruptio. Multis enim modis corrumpi quid poteſt. Siquidem quæ nimio plus refrigerata ſunt aut excalfacta, tum exſiccata aut humectata, ea omnia corrumpuntur. cæterum non quicquid corrumpitur, σήπεσθαι, hoc eſt putreſcere dicimus, ſed quibus id cum fœtore accidit. Sed de nominibus non admodum eſſe ſolicitum oportet: verum nouiſſe expedit ea medicamina quæ ſepta & ſeptica nuncupãtur, vt ſunt auripigmentum, (ἀρσενικὸν Græci vocant) ſandaraca, chryſocolla, dryopteris, pityocampe, aconitum, omnia tum liquare, tum colliquare, ac potiſſimum carnem tenellam, idq; abſque dolore. Sed ſunt inter ea quæ proprie vocant cathæretica, hoc eſt detractoria, eiſq; vtuntur ad inducendam vlceribus excreſcentibus cicatricem. Sunt tamen & ipſa eiuſdem generis facultatis, ſeptices ſcilicet: verum tantulo imbecillioris, quòd extimam modò ſuperficiem quam contigerint detrahant, non tamen in altum ſubire valeant, velut aſiæ petræ flos: quanquam nec ipſius reuera facultatis cicatricem inducentis, quam vocant ἐπουλωτικὴν. Siquidem quæ huius ſunt facultatis, non detrahere neq; liquare carnem ſunt nata, verum indurare & deſiccare, cuiuſmodi ſunt alumen, galla omphacitis vocata, æs combuſtum, maxime lotum. nam quod lotum non eſt, quiddam obtinet cathæreticum, velut & æris ſquama. Nam quod lotũ eſt, omniũ medicaminum cicatricem inducentium longe præſtantiſſimum eſt: quippe quod probe cicatricem inducit, modice adſtringat oportet atque deſiccet. Quapropter ſpinæ ægyptiæ fructus, & mali granati putamina ſicca, & eius generis vniuerſa, cicatrici inducendæ ſunt medicamina.

Anaſtomotica

Τὸ γὰρ παχυμερὲς καυστικόν

Septica { ἀμφοτερως / ψυχρως

τανυσι ἐπουλωτικοῖς

ἁ ἁλιὰ ἐστιν

Aes vſtum et lotum

Epulotica Vera

Quòd cicatricem inducentia medicamenta adſtrictoria eſſe & deſiccatoria conueniat: quæ vero vlcerum caua implent, mediocriter extergentia, & morſu vacantia. Cap. XV.

et ſuperata ſanidem

Epulotica falſo

CEterum confuſa eſt apud pleroſq; medicorum non ſolùm appellatio, verum etiam omnium id genus medicaminũ facultatis cognitio. Siquidem quæ carnẽ detrahere ac colliquare ſunt nata, ea nonnunquam nominant epulotica, hoc eſt cicatricem inducentia, ſcilicet quòd horum ſæpe vſu vlcera ad cicatricem perueniãt. ſed id neq; primario, neq; peculiari ipſorũ facultate, neq; in omni vſu ſequitur. Siquidem ad exactum pulueris læuorem redacta id genus medica-

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 125 sur 277

menta per ſpecilli cuſpidem carnem leuiter contingentia, ad cicatricem vlcera perducunt. At ſi paulo largius vtare, mordicant colliquantq; carnem, & vlcus cauum efficiunt, contrà quàm in ijs quæ re vera ſunt epulotica. Siquidem niſi ſatis magnã eorum quantitatem imponas, nihil proficies. Id enim eſt in planis vlceribus ad cicatricem ducendis conſilium, vt caro alteretur, fiatq; cutis: id quod perficitur per ea quæ illam contrahere, conſtringere, cõſtipare, denſare, præterea ſiccare, & calli inſtar indurare valeant: quippe quum cutis velut in callum durata caro ſit. Atq; ea ſanè medicamenta quæ ſic agere poſſunt, primario propriéq; dicuntur epulotica, ſiue ad cicatricem perducentia: cætera vero, nempe cathæretica, hoc eſt detractoria, ſecundario, & per accidens: ſicut & ea quæ abſque adſtrictione deſiccandi vim habent mordacitatis expertem. Nam & hæc quoque ex accidente cicatricem inducunt, cuiuſmodi vtiq; medicamentum eſt myrrha, & lithargyrus, & oſtreum, & diphriges combuſta: quandoquidem & ipſa ſæpenumero cicatricem inducunt illita. Cæterum ſcire oportet, vbi tum in his libris tum alijs omnibus hanc vocẽ ſæpenumero adijcio, id me velle ſignificare, quòd aliquando promiſſa fruſtrentur, propterea quòd nec primario nec ex ſua facultate efficiant. Porrò epulotica medicamenta vlcus omne planum claudere cicatrice valent: ſicut mediocriter citráque morſum abſtergentia cauitates implere. Cæterum de hoc genus medicamentis fuſius dicetur in commentarijs de ratione curandi, cum quo multis locis magna eſt huius libri affinitas, ceu etiam ab initio præfatus ſum. Proinde ſuſpenſo de iſtis ſermone, ad alterum genus facultatum, nempe attrahentium & repercutientium ſiue repellentium tranſeundum cenſeo.

Quòd attrahentium eſſentia & calida ſit, & tenuium partium: repercutientium vero, & frigida, & craſſarum. Cap. XVI.

IGitur attrahentes ſunt quæ ex alto vehementius extrahunt: repercutientes vero, quæ in altum occurrẽtes ſibi ſuccos repellunt. At eſſentia illis quidem calida eſt, & tenuium partium: his vero frigida, & craſſarum. Attrahit enim perpetuo calidum, repellit vero frigidum: verum quod cum caliditate coniunctam habet partium tenuitatem, trahit vehementius. quod vero cum frigiditate partium craſſitudinem, id violentius propellit. Itaq; ex actionis vehementia nomen vtrique impoſitum. Atq; adſtringentium quidem nota eſt eſſentia: attrahentium autem alia ſponte nata eſt, alia vero ex putreſcente areſcenteq; generationem ſortita. Sponte nata, vt dictamni eſſentia, & propoleos, & thapſiæ, & ſagapeni, & ſuccorum cyrenaici & medici, & ſiquæ his ſimilis extiterit. Ex putrefactione, qualis eſt fermenti, & pſorici quod vocant. Quòd ſi fimis quoque ex putrefactione generatio conſtat, vtique omnes attrahendi facultate pollebunt. Sed non parua illis ineſt diuerſitas. Nam columbinus admodum attrahit: ex æquo autem vtrinque ab hoc receſſerunt, ad calidius quidem anſerinus, ad frigidius vero gallinaceus: hoc etiam magis vincuntur humanus & ſuillus. At canum ſtercus ſimile eſt medicamentis extergentibus, maxime ſi veſcantur oſſibus. Crocodilorum autem terreſtrium ſtercus magis etiam id perficit atq; abſoluit. Sed & aliud eſt attrahentium genus medicamentorum, quod qualitatis familiaritate attrahit: id quod aliud eſt nihil quàm totius eſſentiæ ſimilitudine: ceu quæ nutriuntur, familiaria nutrimenta

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 126 sur 277

attrahunt. Talium medicamentorum ſunt purgantia omnia, & nonnulla alexiteriorum ſiue amuletorum. Cæterum calida vt ſint id genus omnia neceſſe eſt. Nam inter ea, quæ eſſentijs ſimilia ſunt, quod calidius eſt, id potentius attrahit, vtpote quod ſimilitudini auxiliarium adiunxerit calorem. Siquidem quum ipſum duabus cauſis attrahat, ſuperabit id quod vna duntaxat trahit. Porrò nihil refert ἑωσ-
5 καστικὴν, aut ἑλκυστικὴν δύναμιν dicas, latine attrahentem ſiue attractoriam facultatem.

Alexiteriarum & alexipharmacarum facultatũ, quædam alterando, quod mortiferum eſt iuuant, quædam vero euacuando. Et earum quæ alterãt, aliæ vna aut duabus qualitatibus agunt, aliæ tota eſſentia. Similiter quæ
10 euacuant, quædam ſubſtantiæ ſimilitudine euacuant, quædam caliditate ſubtili ac tenui. Cap. XVII.

VErum quandoquidem de iſtis abunde dictum eſt, trãſeamus ad facultates quas vocant alexiterias, & alexipharmacas. Eſt autem
15 harum natura duplex. Siquidem quædam alterãt, quædam vero euacuant ex corpore patiente, ſeu venenum corrumpens, ſeu deleterium medicamen. Alterãt igitur aut vna qualitate, aut duarum coniugatione, aut deniq; tota ſubſtantia. Euacuant totius ſubſtantiæ ſimilitudine, & caliditate ſubtilium partium. Quatuor itaque ſunt vniuerſæ differentiæ proficiſcentis ab illis vtilitatis, duæ alterantes, & duæ vacuantes.
20 Atq; ea ſanè quæ qualitatis cõtrarietate auxilio eſt, manifeſta eſt. Nam ſi frigidum ſit medicamen deleterium, aut venenum animantis, ab excalfacientibus petendum remedium. Sin calidum, a refrigerãtibus. Si vero humidum, ab exſiccantibus. Sin ſiccum, ab humectantibus. Sic etiam ſi humidum ſit & frigidum, ab exſiccãtibus &
25 excalfaciẽtibus. Sin calidum & ſiccum, ab humectantibus & refrigerantibus: & in reliquis duabus coniugationibus ex proportione. Sed nec obſcura eſt alteratio quę fit per totius ſubſtantiæ facultatem, vtiq; ijs qui memoria tenent quæ demonſtrata ſunt in cõmentarijs de naturalibus facultatibus, & in illis quæ inſcribũtur de Temperamentis. Siquidem facultates quæ deleteria medicamina alterant, naturam ha-
30 bent mediam inter corpora perpetientia, & medicamẽta ipſa lædentia, vt videlicet eadem ſit proportio corporis ad facultatẽ alexiteriam, quæ illius ad deleteriam: & rurſum deleterij ad alexiterium, quæ alexiterij ad corpus. Eapropter propemodũ omnia quæ deleterijs aduerſantur, ſi largius ſumpta fuerint, grauiter animãtis corpus oblædunt. Quamobrem ea moderatione quantitatis omnes id genus facultates exhibere oportet, vt neq; copia nimia corpus offendant, neque exiguitate ſua à
35 deleterijs vincantur. Sed hoc iam attinet ad curandi methodum. Nunc autem quæ reliqua ſunt perſequamur. Omne deleterium venenum à foris impoſitis medicamentis euacuatur, nempe aut caliditate attractionem molientibus, aut totius ſubſtantiæ ſimilitudine. Sed & hic quoad fieri poterit maxime medium natura alexi-
40 terium ſit oportet, corporis videlicet quod curatur, & veneni lædentis. Nam ſi aduerſiſſimum foret corpori, in ipſum ageret potius, ceu deleterium, haud euacuaret venenum. Etenim, vt claritatis gratia ſummã repetamus, ſcire oportet deleterias facultates vniuerſas tẽperatura eſſe aduerſiſſimas corporibus quæ ab ipſis lædun-

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 127 sur 277

tur. Itaq; si à similibus temperie medicamentis euacuẽtur, erunt & hæc corporum naturis contraria. Sanè & sunt quadantenus contraria, non tamen adeo vt interimant, sed ambigant potius, in medio sita eorum quæ ex professo corpus animantis lædunt, & quæ iuuant. Porro nihil interierit deleterias facultates, an phtharticas, an phthoropœas, an alio quouis modo appellare voles: similiter nec an alexiterias, an alexipharmacas. Attamen si qui ea quæ venenatarum bestiarum ictus aut venena sanant, alexiteria nominare velint, quæ vero medentur, deleterijs, alexipharmaca, ceu quidam censuere: disceptandum cum istis ac pugnandum de nominibus non est. Nec enim ex istis comparatur curandi morbos peritia, sed ex rerum ipsarum cognitione.

Quod anodynorum, hoc est dolorem sedãtium, & paregoricorum, hoc est lenientium aut mitigantium vocatorum medicamẽtorum, quędam reuera sunt eiusmodi, velut calida coniunctam habentia partiũ tenuitatẽ: alia vero nomine duntaxat, veluti narcotica, hoc est stupefacientia, qualia sunt refrigerantia omnia.

Cap. XVIII.

POrro quandoquidem & de his quod ad præsens conueniat satis iam expositum est, trãseundum deinceps est ad sermonem de facultatibus anodynis, hoc est dolorem sedantibus, & paregoricis aut praynticis, id est lenientibus aut mitigantibus, aut vtcunque nuncupare libebit. Facultas igitur anodyna, alia reuera est, alia tantum dicitur, tanquam si quispiam hominem mortuum dicat anodynon, quia dolore vacet. Caterum facultas reuera anodyna est eorũ quæ primo ordine excalfaciunt, si vtique in essentia tenui contineatur. At facultas eorum quæ dicuntur, frigidorum est quę absoluto vtentia frigore partem obstupefaciunt. Est autem stupor paulo minus quam insensibilitas, ac sensus priuatio. Porro quæ affectum sanando, dolorem sedant, nec ea merito anodyna dici possunt. Nam id cõmune est omnium quæ curant. Itaque quæ reuera sunt anodyna, partium sint tenuium, & calidiora quàm quæ symmetra sunt, necesse est, vt scilicet euacuent, ac digerant, tum rarefaciant, extenuent, concoquant, & æquabile reddant quicquid in partibus dolore vexatis aut humiorum acrium, aut lentorum, aut crassorum, aut multorum tenuibus spiramẽtis infarctorum, aut etiam vaporosi, aut crassi, aut admodum frigidi spiritus exitum cõmodum non inuenientis inhæsit, atq; inclusum est. Itaq; nihil prorsum adstrictionis habeant oportet, ne si pars quidem aut etiam affectus exposcant. Ex quibus liquet quod interdum affectionem non iuuabunt, sed dolorem tantũmodo mitigabunt, quando videlicet reuera dicentur anodyna. Interdum vero etiam affectum ipsum adiuuabunt, & facultatẽ habebunt duplicẽ, nempe anodynam, & sanantem. Sed de talibus copiosius agetur in curandi voluminibus. At in præsenti hoc dixisse sufficiat, nempe q; horum anodynorum proprie nuncupatorum medicamentorum quædam, vt est ante dictum, primi sunt ordinis excalfacientium, quæ sanè proprie sunt anodyna, ceu oleum anethinum. quædam vero similiter vt corpus nostrum, velut pus mouentia nuncupata, de quorum materia supra disertum est. Sed de ipsorum vsu in libris de curandi ratione definietur. At ea quæ κατασηπτικὰ, id est soporem epota moliuntur, ac proinde ναρκωτικὰ

hoc eſt ſomnū conciliantia à pleriſq; appellantur, temperiem ſortiūtur vel ſumme aduerſam ijs quæ reuera ſunt anodyna. Refrigerāt ſiquidem omnia corpus, & ſenſum eouſq; obſtupefaciunt, vt ſi paulo liberalius ebibantur, mortē afferant. Cæterū ad vſum propoſitum optima ſunt quæ deſiccāt. Quæ vero frigida cum ſint, humiditatis item copiam obtinent, ceu cicuta: ea potui non ſunt vtilia. talis eſt mandragora, excepto cortice eius ſicco: & altercum, præter ſemen. Sed tamen & in his candidum ſemen atro præſtat. At ſunt quæ tota eſſentia nobis contraria ſunt: proinde ſi vel minimum eorum aſſumptum fuerit, omnino lædat neceſſe eſt, ceu dryopteris, & pityocampe, & thapſia, & ſolanum manicum, & hydrargyros, & fungorum nonnulli, præterea ſaliua & fel venenatorum animalium. Nam talia omnia genere ſunt deleteria, non quantitate. Ac proinde nihil eorum in alexiterias antidotos inditur, veluti papaueris ſuccus, & myrrha, & ſtyrax, & crocus. Siquidem hæc ſi largius bibantur, quædam dementant, quædam mortem inferunt: verum conuenienti quadam menſura alijs admiſta adiuuant. Porrò quæcunq; inter ea mentem lædunt, continuò etiam pleraq; caput degrauāt, vaporum prauorum congerie ipſum implentia. Sed & quædam os ventriculi tentant atq; affligunt, vt & inde caput per conſenſum lædatur. Cōmuniter vero vniuerſa duobus modis cerebrum affligunt læduntq;, aut quum tota ſubſtantia ſunt contraria, aut cum vna duabuſve qualitatibus temperaturam immutant.

Duobus modis dicitur cathartica, hoc eſt purgās facultas. aut enim quocunq; modo expurgans corporis recrementa, aut quia vim attractoriam familiarium ſuccorum obtinet.

Cap. XIX.

QVAETERUM quoniā de his ſufficiēter dictum iam eſt quod quidem ad præſentia faciat, tempeſtiuum nunc eſt, reſumptis dictorum capitibus, ea adijcere quæ ſermoni reliqua eſſe videātur. Nam in veritate quidem nihil eſt reliquum, nimirum quum ſecundæ iam facultates omnes ſint expoſitæ, quales ſint genere ſcilicet, nec paucæ ſpeciatim ſuperius explanatæ ceu exempla, vnde quis orſus, quorumq; auxilio reliquas ipſe queas aſſequi. Verum nihilo ſeſe res deterius habebit ſi claritatis gratia breuibus iterum capitibus ea fuero cōplexus. Primùm enim facultatem omnes purgatoriam in ore habent, haud tamen omnes perinde intelligunt: quia vocabulum duo ſignificat. Alterum cōmune omniū quæ quouis modo animalis excrementa expurgāt. Alterum vero quod per excellentiam de ijs tantūmodo dicitur quæ aut per vomitū aut per ventris deiectionē purgent. non tanquā eiuſdem ſit generis tum ea quæ fit per nares, tum ea quæ per os fit purgatio. Vocāt autem ea medicamenta quæ naribus (quas Græci ῥῖνας nominant) capitis purgandi gratia infunduntur, errhina. At quæ in ore colluuntur, aut dentibus manduntur, omnia vna nomēclatura cōprehendentes apophlegmatizonta nuncupāt. Eiuſdem cum iſtis ſunt generis, quæ vuluæ admota expurgant. Quæcunq; ſiquidem purgare animaduertimus, ea trahēdi vim poſſident, alia vnum quempiā ſuccum, alia duos, aut etiam plures. & id illis inter ſeſe cōmune eſt. Nam quæ craſſis lentiſq; humoribus extenuādis aut vrinā ciere poſſunt, aut ex pectore pulmoneq; eijciēdis excreationibus auxiliari: ea purgāt ſanè quidem, verum antedictis nō ſimiliter nuncupantur, ſed alia vocātur vretica, alia bechica, alia menſes mouentia, hac re à ſuperioribus

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 129 sur 277

diuerſa,quòd non habeant vim familiarium ſuccorũ attractricẽ,vt illa.Quamobrẽ & in hiſce ſermo aliam diſtinctionem poſtulat,nempe huiuſmodi.Quæ in peſſis aut fomentis,aut quouis modo ſimili,vuluæ admouentur,ea duplici ratione agere conſueuerunt.Nam alia calfaciendo duntaxat prouocãt,alia facultatibus attractorijs & purgatorijs quas vocant,quas demonſtrauimus trahendorum familiaritate attractiones peragere. At quæ hoc nomine bibuntur,vt ſanguinem extenuent,& meatus obſtructione liberent aperiantq; ea trahendi facultate vacuationẽ non perficiunt.Atq; priora quidem cum purgãtibus eiuſdẽ ſunt generis,ſecunda vero cum ijs quæ lac & ſanguinẽ generant:de quibus paulo infra verba faciemus,vbi prius de bechicis diſertum à nobis fuerit: quandoquidem & hæc bifariam nominata ſunt, partim quia tuſſim prouocẽt,partim quia ſedent. Atqui contrariæ horũ facultates ſunt.Alia enim extenuãdi naturã habent,alia incraſſandi.Atq; extenuãdi quidem facultas in calidis & tenuium partium ſubſtantijs ſita eſt,incraſſandi vero in frigidis & craſſarum partium eſſentijs ineſt. Atq; hic ſermo hoc in loco finem habeat. Conuenit autem tranſire ad id quod paulo ante diſtulimus.Eſt enim ſocietas & ſimilitudo quædam tum operũ tum facultatũ in ijs quæ prouocant ſedantq; menſes, lac,& ſemen. Sed & affinia illis quodammodo vicinaq; ſunt quæ vrinas mouent,& bechica. Proinde de quolibet ſeorſum diſſerendum eſt.

Quòd lac generantium aut ſemen prouocantium facultas moderate ſit calida & humida,alimentorum vero in totius eſſentiæ conſiſtat ſimilitudine. Cap. XX.

IActis & ſeminis effectrices facultates ſunt partim in medicamentis tantũ,partim in alimentis.In medicamẽtis,quum ſuccos pituitoſos excalfaciẽtes in ſanguinẽ vertimus. In alimentis autẽ ſecundum ſubſtantiæ totius ſimilitudinẽ,vbi videlicet boni ſunt ſucci,& humida,ac tepide calida,ceu ipſum lac. Siquidẽ ſanguis caloris eſt particeps animali mediocris: plus quàm verò mediocris,bilis:ſicut pituita frigiditatis. In medio autẽ pituitæ & ſanguinis eſt lac,vtiq; quod ad calorẽ attinet.Non tamen æque ab vtroq; abeſt,ſed lõgius abeſt à pituita, propius accedit ad ſanguinem. Quum ergo minus quàm expediat ad vbera lactis venit,velis autem copioſe prouenire,ipſum contemplator ſanguinem. Aut enim paucior eſt quàm conueniat,aut deterior.Itaq; qui paucior eſt,vniuerſam victus rationem expoſcit humectãtem & excalfacientem. qui autem deterior eſt,ſi quidem bilioſus fuerit, primùm purgationem deſiderat, mox victum quem modo dicebamus. ſin pituitoſus,medicamenta requirit excalfacientia aut primo aut ſecundo ordine,non tamen deſiccantia.Verum inter ea potiora ſunt quæ non tantum ſunt medicamenta,ſed & nutrimẽta,velut eruca,fœniculum,anethum. Dico autẽ ipſas herbas etiamnum virentes & humidas.Nam ſicca plus quàm oporteat & excalfaciunt & deſiccant. Huius generis eſt & ſmyrnium,apium,ſion,polium,eaq; virentia prius quàm ſiccentur: quippe quum ea quæ deſiccant,humorẽ ſanguinis depaſcentia, ipſum craſſiorem ſimul pauciorem q; efficiant: tum ſi natura quoq; ſint calida,iuſto etiam calidiorem. ſin frigida,frigidiorem.Debet enim eſſe modice calidus,ac neutiquam craſſus,vt lac generet.Quocirca quę ſunt illiuſmodi,extinguunt magis lac quàm procreant. At quæ ſic vt dictum eſt calfaciunt,nullam q; inſignem

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 130 sur 277

adiunctam habent ſiccitatem,lactis procreatricem habere facultatem merito dicta ſunt. Verum ea numero ſunt perquam exigua. Nec enim profecto facile inuentu eſt quod propoſitam in temperie ſortitum ſit mediocritatem: cæterum infinita ſunt & multitudine incomprehenſa quæ lac lædant. Etenim quæcunq; plus quàm expediat calefaciunt,quæq; deſiccant aut refrigerant,partim qualitatem ipſius ſanguinis vitiantia,partim ipſum minorem reddentia,lac prouenire prohibent.

Quòd menſes mouentiũ medicaminũ facultas calidior eſt,& modice deſiccat, alimentorũ vero eſt ſecundũ totius ſubſtantiæ ſimilitudinẽ. Cap. XXI.

PArrò dictis adſimilem vim obtinent quæcunque prouocare aut ſedare menſes poſſunt. Vtrorunque enim communis materia eſt, nempe ſanguis in venis contentus. Itaq; vbi hic fluxilis fuerit,& qualitate contemperatus,vtriq; abũdantem ſuppeditat copiam. Cõmunes quinetiam vberibus vteroq; venæ ſunt non exiles. At quænam eæ ſint,alibi dictum eſt. Itaque vbi ad alterutram partiũ ſanguis defertur,altera ſiccescit. Proinde quibus menſes mediocriter feruntur,ijs lac in mamillis [non] colligitur. quibus vero hoc large ſuppetit,ijs planè mẽſes ſupprimuntur. Itaq; mirandum non eſt ſi tum victus tum medicamenta ſimilia ſint, nempe & ea quæ generant ſedantq; in menſes ſingulos ex vtero purgationem,& ea quæ lactis in vberibus generationem procurãt ac ſupprimunt. Quanquam hactenus differant,q; & calidioribus & magis incidentibus purgatio menſtrua nonnunquam indigeat: quippe quum ea in parte ſitæ venæ magis aperiri debeant,quàm quæ tendunt in mãmas,& ſanguinem fluxilẽ magis requirãt, nimirũ quum vterus ad delationẽ eius nihil conferat. Mittũtur enim in venas quæ illi cõmittuntur,haud attrahuntur menſes. At ſanguis in vbera non tantum mittitur,ſed & trahitur: ac proinde leuiore ſubſidio medicaminũ opus habet quum non abunde in mãmas cõfluit. Et medicinæ quæ iuuãt vt ſanguis in mamillas eat,deficiẽtes atq; imperfectas purgationes etiã adiuuant. Sin autẽ multum oblæſæ ſint,aut planè retentæ,nulla ex eiuſmodi eas ſanare poteſt: verum Sabina,& Meum,& Iris,& Calamintha,& Pulegium, tum Dictamnũ, Aſarõ, Coſtus, Caſia, Cinamomũ, Amomũ, Ariſtolochia, Bunium,& eius generis reliqua abſolutas vteri purgationum retentiones ſanant. nam talia quoq; vrinã promouent. Sed ab ijs quæ hoc ipſum tantum appellantur, nempe vretica,hoc quidem differunt, q; non vehementer deſiccent. Siquidem excalfactio tribus generibus medicaminum cõmunis eſt,puta quæ lacti procreando ſuccurrunt,quæq; menſibus ciendis,aut vrinæ conueniunt. Differũt tamen caloris menſura,tum etiam q; quædam deſiccãt,quædam non. Siquidem quæ nõ deſiccãt, & modice excalfaciunt,lacti generando vtilia ſunt. Quæ vero plus excalfaciunt,nõ tamen valenter deſiccant,menſibus eliciendis ſunt congrua. Verum & vtraque hæc vrinas prouocant,& ad hęc cum primis ea quæ deſiccantia etiã calefaciunt. Proinde ea peculiariter dicuntur vretica,ſiue vrinã mouentia,non quia ſola moueant vrinas, ſed quia ſolas,abſq; vt etiã menſes aut lac. Nam præter alia & reddendis ex pectore pulmoneq; excreationibus incõmoda ſunt deſiccantia. Poſcunt enim & ipſa incidi quidem,at nõ ſiccari,ceu & renum veſicæq; calculi. Verum de talibus medicamẽtis ſupra diſſerui.

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 131 sur 277

Quòd quæ ſemen prouocant, quorundam vt medicamentorum quidem facultas eſt flatuoſa & calida, aliorũ vero vt ciborum flatuoſa quidem etiã, ſed tota ſubſtantia familiaris. Cap. XXII.

VT lac, ita & ſemen quædam generare dicuntur: & quæ his ſunt contraria, extinguere. Tum quædam prouocare, & ipſis cõtraria ſupprimere. Ac generare quidem, quæ procreant quod antea nõ erat. Extinguere vero, quæ corrumpunt. Prouocare autem, quæ quod in alto deliteſcebat, in apertũ proferũt: & his cõtraria, quæ ſupprimũt. Igitur ſemen generãt cibi quidem qui bene nutriũt & flatuoſi ſunt, totiſq; ſubſtantijs familiares, medicamenta vero flatuoſa & calida. Extinguũt autẽ deſiccãtia & refrigerãtia omnia, & quæ totis ſubſtãtijs ſunt contraria. Porrò prouocãt quæcunq; calida ſunt & flatuoſa abſq; deſiccatione, ſupprimũt vero cõtraria. Etenim cum ſeminis ſubſtãtia ex bona ſuperfluitate generationem ſortiatur, ſitq; etiã flatuoſa, bene nutriãt & flatuoſa ſint neceſſe eſt quæcunq; ſemen aut procreare aut ,puocare poſſunt. Itaq; bulbi, cicer, fabæ, polypodes, cõnus, edulia dicuntur multi ſeminis, & ſunt. At ſcincus & ſatyrion medicamẽta ſunt. Porrò ſimul cibi ac medicamina multi ſeminis ſunt lini ſemen & eruca. Cæterum quæ refrigerare ſunt nata tum edulia tum medicamina ſemen cogẽtia, incraſſantia, & ſtabile reddentia, vim habent ipſum ſupprimentẽ, non autẽ corrumpentẽ, nempe lactuca, blitum, atriplex, cucurbita, mora, melopepones, cucumeres ſeu pepones ſeu nõ pepones, hoc eſt maturi, ſeu non. Porrò quæ reſiccant, prorſum ne eſſe quidem ſemen permittunt, etiam ſi calida ſint natura, velut ruta. Si autẽ non calfaciant, multo minus, vt nymphæa. Atq; hæc ſanè rationabile eſt ſubſtantiæ proprietate contrarie affecta eſſe ſemini. Eandem proportionem tum eſculentorũ, tum medicamentorũ eſt inuenire in lacte & menſibus. Porrò alio modo ſub idem genus cadunt quæ reſpirantium inſtrumentorũ reijciendis excreationibus auxiliãtur, quæq; vrinã ciere poſſunt. Hæc enim omnia extenuãdi facultatẽ obtinent, vti contraria incraſſandi. Sed de victu extenuante priuatim conſcriptũ eſt, nihilo ſecius in eodem volumine indicatis quæ incraſſant. Verum extenuãtia & incraſſantia medicamenta ex libris qui deinceps ſequentur ſeligito, in extenuãtibus quidem ſcopũ habens caliditatem iunctam partium tenuitati, in incraſſantibus vero contraria. Oſtenſum enim eſt in ſuperioribus libris quòd propria quædam ſit medicamentorũ eſſentiæ tenuis natura, non ſolis excalfacientibus coniuncta. Eadem ratione & incraſſantium natura non ſolis ineſt refrigerãtibus. Cæterum vt in talibus facultatibus proportio quædã ineſt: eundem in modũ quærendũ eſt in omnibus, etiam ſi nomen non ſit impoſitũ. Vocãtur enim quædam oxydorcicæ facultates, quæ oculos, vbi nullum illis inſit ſenſibile pathema, male tamen munere ſuo fungẽtes corrigunt, & in integrũ reſtituũt. Ac nimirum & in auribus & in naribus & per quemq; aliorũ ſenſuum ſingulatim proportione talis quædã ſit facultas neceſſe eſt, nec tamen facultas nominata eſt ab acumine auditus oxyecos, ſicut nec in olfactu, nec in guſtu, nec in tactu, cum tamen in rebus ipſis ſenſilibus ex proportione inſit. Porrò ſi quis ſimilitudinẽ plus etiam extendat, per quamq; noſtri particulã talem exiſtere medicamentorũ facultatẽ neceſſe eſt, à qua videlicet melior reddatur partis ipſius actio, vt verbi cauſa ventris actio. Siquidem talẽ eius imbecillitatẽ inuenire eſt ſæpenumero, qualis eſt in oculis

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 132 sur 277

amblyopia,hoc eſt hebetudo viſus,cum ij nec phlegmone teneãtur,nec influxu torqueantur,nec vlcerati ſint,nec aliud quiduis mali perpeſſi. Et ſanè in medicamẽtis quæ affectum ventris eiuſmodi emendant,peptica ſiue concoquentia nuncupãtur, appellationis quidem figura nihil proportionale habentia oxydorcicis,cæterum opere ipſo & facultate ſimilia.

De facultatibus à partibus corporis cognominatis. Cap. XXIII.

POrrò quoniam & quaſdam appellatas à corporis partibus facultates eſſe diximus,nihilo fuerit deterius & de his diſſerere. Nec enim(quod quiſpiã forſan exiſtimet)omnibus partis affectibus congruunt,nec ita vni, vt alij nihil proſint,ſed quoniam frequentiſſime aut maxime agãt ea in parte à qua nomen ſunt mutuatæ. Ophthalmicæ quidem,quãdoquidem maxime ac plurimum ad oculos ipſas vſurpamus, velut collyrio δι' ἐόδων,& alio δι' ἀμφόλυγος, & cnico quod vocant,& thure,& alijs omnibus quibus vti quidem liceat & ad aures affectas,aut os,aut nares,præterea pudendum,& anum: verum non ita frequenter, nec tanto cum fructu. Rurſum autem alias nuncupamus hepaticas,alias ſplenicas,pleuriticaſq;,& ſtomachicas:nimirum quum & ipſas ea in parte quã nomine deſignãt,ſæpiſſime ſimul ac potiſſime prodeſſe conſpicimus. Porrò quæ ſit profectus & adiumenti cauſa,in opere de curandi ratione explicabimus, in quo cætera quoq; omnia de medicamentorum vſu exponentur. Itaq; nihil etiam hic hærendum atq; immorandum eſt:niſi quòd vocabulorum nonnihil declarandus eſt vſus:quem cum alij nonnulli recẽtiorum medicorum, tum præſertim qui vocantur Methodici,inaniter innouarunt atque induxerunt.

De inani nominum vſurpatione quam medici recẽtiores & inter eos maxime Methodici induxerunt. Cap. XXIIII.

NAm quòd ſtalticas quaſdam facultates,hoc eſt ſiſtentes ſeu ſupprimentes,& cõſtringentes & cõtrahentes & repellẽtes, aut alias id genus proferant,id nequaquam abſurdum eſt,nec obſcurum. At cum metaſyncriticas tum materias tum facultates nominãt, nec apertum eſt quod dicunt,nec verum,nec etiam ſectæ congruens eorũ qui ſe fugitare profitentur quæ à dogmaticis opinionibus (ὑπολήψεις vocant)proficiſcitur indicationẽ. Sufficere nanq; aiunt ſibi apparẽtes cõmunitates. Atqui,excedentibus corporis meatibus ex ſtatu naturali in ſtatũ præter naturam,in proprietate excedendi exiſtere quædam pathe, ea dogmatica hypolepſis eſt. Sequitur vero ad hanc quaſdã eſſe facultates eiuſmodi παθῶν metaſyncriticas,videlicet quæ cõmutent meatuum alienam à natura cõfuſionem:nam ſic vſurpãt nomina Theſſali ſequaces:atq; ad ea quæ diutina fluxione vexantur,facultates eiuſcemodi adhibent:cum nec monſtrarint meatuum alterationes in talibus prouenire affectibus:nec quòd hæc medicamenta tranſmutare(nam ita verto τὸ μεταυγκρίνειν)vitiatum meatuum ſtatum poſſunt,demonſtrare valeant. Nam,per deos immortales, quur obſecro napy,thapſia,pyrethrũ,capparis,& abſolute quæcunq; vrere poſſunt, ſi diutius corpori inhæreant,meatuum ſtatum commutant?

Metaſyncriticas materias et facultates

Nam quòd partes quæ tentantur assidua fluxione, ab hoc genus medicamentis iuuentur, perspicuò videtur: at quãobrem iuuentur, naturalis speculationis problema est. Ac nos quidem dicimus earum frigidam simul atq; humidam esse temperiem, ac proinde poscere medicamẽta quæ simul & excalfaciãt, & desiccẽt. Atq; alij aliam causam proferent, pro opinione nimirum quã conceperunt de corporis elementis. Nec tamẽ vsurpari cõuenit metasyncriseos vocabulum à quoquã alterius sectæ præterquã eorum qui animãtium corpora & existimant & appellitant syncrimata seu confusiones ex corpusculis insecabilibus, minimisq;, & partitionis expertibus, ac similaribus. quanquã nec istis omnibus: sed ijs duntaxat, qui, vti Thessalus in canone, meatuum alterationi id genus morbos adscribunt. Non enim quà methodicus est Thessalus id dicit: (siquidem vbi tãquam methodicus differit, illic ab obscurorũ recedit indicatione) sed quà dogmaticus, scilicet ab ijsdem quę Asclepiades ponit elementis exorsus, cæterum haud vtrobiq; sequens. Sed nũc tempus nõ est super talibus prolixius differere. Nam quædã curandi methodo magis sunt propria, quædã vero in opere de Themisonis & Thessali secta exactius expromẽtur. Tempestiuum itaq; nunc est cõtractis huius libri velis quiescere, si modò duo illi præterea capita adiecero, alterum superius dilatũ, nempe de facultatibus contrarijs: alterũ ad insequentẽ sermonem necessariũ, definiturus scilicet cuiusq; tum excalfacientiũ tum refrigerantiũ tum exsiccantium atq; humectantiũ ordinem.

Quo pacto contrarias iudicare facultates oporteat. Cap. XXV.

ITaq; cõtrarias iudicare facultates ex operibus oportet, sicut toto hoc libro sæpenumero ostẽdimus, dicentes quasdã facultates emplasticas, & his contrarias extergentes, tũ farctu liberãtes, & infarciẽtes, præterea emolliẽtes & indurãtes, ac laxãtes & cõtendentes. nam adstringẽtes, aut acres, aut amaras, aut acidas aut dulces, non facultates medicamẽtorũ, sed gustus esse qualitates mõstrauimus. Itaq; in his aut prorsum quærẽda non est cõtrarietas, aut nõ vt in facultatibus quærẽda. Quanquam & in istis duplex est scopus, nempe earũ actiones, & tẽperaturæ. Actiones quidem, in densando & rarefaciẽdo, aut quippiã ex alto extrahendo, aut repellẽdo, incrassando materias, aut extenuando, aut infarciẽdo meatus, aut farctu liberãdo. Temperaturę vero in calido, frigido, humido, & sicco: de quibus omnibus abũde in quarto libro determinatũ est, mõstrantibus nobis q̃ adstringens terrestre sit & frigidum: acidũ vero subtile frigidum, amarum autẽ terrestre subtile: deniq; quod absq; insigni qualitate frigidum, aqueum. Sic acre igneum ostẽdimus, salsum vero terrestre calidum, nondum tamen igneum: similiter dulce calidum, sed nondũ vrens. Quæ vero oleosa sunt, omnia aquea sunt & aëria. Secuta sanè sunt temperaturas eorum & opera. Nam adstringens cõtrahere, constringere, densare, repellere & incrassare, ad hæc omnia refrigerare exsiccareq; natum est: acidum vero incidere, extenuare, diuidere, farctu liberare, perpurgare (διακαθαίρειν graeci vocãt) citra excalfactionem. Acre vero similiter vt acidum agere quod ad extenuationem perpurgationemq; attinet: cæterum hoc differt, q̃ acidum refrigeret, acre vero excalfaciat: ad hæc quòd illud repercutiat, hoc attrahat & digerat. Sic amarum quoq; meatus perpurgat, abstergit, extenuat, incidit humorum crassitiem absq; manifesta excal-

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 134 sur 277

©BIUM

factione,frigidum vero aqueũ incraſſat,cogit,contrahit,conſtringit, extinguit,atq; obſtupefacit. Porrò acre extenuat,perpurgat,digerit,perrumpit,attrahit, & eſcharam ſiue cruſtam efficit. At ſalſum cõtrahit,conſtringit,condiendo ſeruat,deſiccat citra apertam aut caliditatem aut frigiditatẽ. Dulce vero cõcoquit,laxat,rarefacit. Oleoſum deniq; humectat, emollit, laxat. Facilius itaq; iam erit ex modo dictis ponderantẽ ſapores,inuenire qui temperamento,quiq; operibus ſint cõtrarij.

De limitatione ac finitione ordinis cuiuſq; excalfaciẽtium, frigefacientiũ, humectantium,& deſiccantium. Cap. XXVI.

POrrò cõgruens iam tempus eſt definitis temperamentorum & facultatum quæ in medicamentis ſunt ordinibus, hunc librum abſoluere. Igitur ſymmetrũ appellare medicamen cõuenit,quod neq; excalfacit,neq; deſiccat,neq; frigefacit, neq; humectat,neq; calidum,frigidum,humidũ, ſiccumve eſt. Quod vero aut calidius aut humidius aut frigidius aut ſiccius eſt,à vincente ſeu excedẽte cognominatur facultate. Porrò per vnumquemq; exceſſum quatuor poſuiſſe ordines,quod ad vſum ſpectat, ſufficit,calidum quidem nominantes primi ordinis, quod nos excalfacit,non tamẽ euidenter,verum vt opus ſit inſuper demõſtratione rationali. ſic frigidum,humidum,& ſiccum,quod demonſtrationẽ requirat etiam, nondum actionem valentem adeptum. Quæ vero manifeſte aut calfacere aut frigefacere aut humectare aut deſiccare poſſunt,ea ſecundi eſſe ordinis dicentur. At quæ iam vehementer quidem,non tamẽ ſumme,tertij. Quæ autem adeò excalfacere poſſunt,vt eſcharam moliantur,& vrant,quarti. Sic quoq; quæ vehementius refrigerant,adeò vt extinguãt,& ipſa quarti ſunt ordinis. Cæterum nullum inuenire eſt quod quarto ordine deſiccet,quod non etiam vrat. nam quod ſumme deſiccat,omnino id etiam deurit. Attamen tertij ordinis exſiccãtium eſſe quippiam queat,quod non vrat,ceu omnia quæ vehementer adſtringunt,ex quibus eſt omphacion,rhus,alumen,balauſtium, galla omphacitis. In his autem ipſis quædam vicina ſunt adurentibus,vt ſquama æris,& æs vſtum, quaſi inter tertiũ quartúmq; ordinem dubie hæreant. In medio tertij eſt æs vſtum,ſi lotum ſit. In principio tertij hypociſtis. Sic autem & in ſecundo & quarto differentias conſtituere licet triplices. Nec enim perinde vrit cauterium, & napy, licet ambo quarti ſint ordinis. De his ſanè omnibus in ſequentibus libris per ſingula ſeorſum medicamenta determinabitur.

Libri quinti finis.

GALENI DE SIMPLICIVM MEDICAMENTORVM FACVLTATIbus liber sextus, Theodorico Gerardo Gaudano interprete.

DE simplicium medicaminũ forma pariter & facultate scribere nobis aggressis, primis duobus libris ante omnia pratuos modos ratiocinationũ quibus recentiorum medicorũ pleriq; vsi grauissime hallucinantur, indicare est visum. In tertio velut elemẽta quædam totius doctrinæ tradidimus: deinde vero in quarto de saporibus diſquisiuimus, studio inueniendorum omnium quæ ex illis ad facultatum conducere cognitionem possent. Differuimus autem in extremo ipsius libri de qualitatibus medicamentorum quæ ad odoratũ attinent. Porrò in quinto ad reliquum facultatum genus trãsgressi, quod quidem ab ipsis operibus quæ perագere natæ sunt, denominatur, & illic quoq; omnem substantiam ostendimus. Et sanè generalis sermo de simpliciũ facultate vniuersus iam finem sortitus videtur. Tempus vero est ad sermones particulares, seu speciales, seu vtcũq; nominare cuiq; visum erit, transire. Et sanè hi priuatim in vnoquoq; medicamine peragentur, ceu protinus in initio fecimus: in horum commentariorum primo quidem de aqua & aceto cõtemplati: in secundo vero de oleo & rosaceo. Nisi quòd illic exemplis sermonem transegimus aduersus eos qui non recte de illorum facultate quid protulissent: hic autem breuibus de vnoquoq; differam, non amplius curans si quis male de quouis eorum quippiam pronũciarit: id tantũ scripturus quod mihi videbitur verissimum, omissa aduersus illos qui quid peccarunt, concertatione. Porrò quòd non modo obscura futura est oratio ijs qui superiora ignorant, verum demonstrationis quoq; fide destituta, vel me tacẽte clarum arbitror. Sed tamen & in memoriã reduxisse forsan præstiterit, primũ quidem quòd in natura tẽperatissima faciẽdum est medicaminũ facultatis periculum, [deinde in intemperata,] postea deinceps in morbis simplicibus. At si quis ex gustus qualitatibus indicatorie cõiectari velit de ipsa facultate, in quarto monstrauimus quænã sit in his methodus. Si quis ergo aut negligenter lectis superioribus, aut planè non lectis, statim ad hunc librũ pergat, festinans quamprimum medicaminũ facultatis peritus effici, haud certam eorum habebit notitiam. Cæterum quoniam medicamenta omnia partim sunt partes animalium, aut plantarũ, aut fructuum, aut horũ liquores (quos ὀπὸς græci vocant) aut succi, partim vero ex metallis sumuntur: optimum mihi visum est de plantis ante omnia differere, tum q̃ numerosissimum illarum est genus, tum quòd viriũ robore præcellẽtissimũ: indè de metallicis tractare, atq; hinc ad animaliũ partes transire. Quinetiam eo illas ordine perscribere decreui, qui in elemẽtis visitur, eas plantarum primo loco collocans, quarum appellationes initium sui sortita sunt elementum α: secundo vero loco quæ à β incipiunt: & sic tertio, quarto, quintoq; loco, atq; ita deinceps, pro literarũ videlicet ordine. Nam & Pamphilus eum in modum tractatum de herbis cõposuit. Verum is ad fabulas versus aniles est, simulq; præstigiaturas quasdam, iunctis nonnullis incãtationibus quas quum herbas colligũt admurmurãt. Et sanè vtitur ad periapta, id est quæ suspendũtur, & manganeas non solũ curiosas, & à medicina alienas, sed etiam falsas vniuersas. At

nos neq; horũ quippiã, neq; nugaces iſtorũ narrabimus trãſformationes. nec enim vel paruis admodum pueris vtiles tales eſſe fabulas exiſtimamus, nedum iſs qui medicinæ opera obire properant. Et profecto protinus in Aphoriſmorum initio ab Hippocrate dictum mihi videtur, Vita breuis, ars vero longa. vt tempus nõ in inutilia impẽderemus, verum quam maximo ſtudio feſtinaremus viam incedere cõpendioſiſſimam, nempe per ea quæ ſunt in arte vtiliſſima. Pleraq; vero iſta herbarum nomina aut ægyptiaca, aut babylonia, quæq; nonnulli aut priuatim aut cõmuni quorũdam conſenſu illis impoſuerunt, hic adſcribere, mihi viſum eſt ſuperuacuũ. nam præſtat, ſi quis hęc volet curioſius perſequi, ſeorſum & per ſe apud illos legere qui trãſtulere. nam ita & libros illos inſcribunt, vt qui eos non cõpoſuerint: velut Xenocrates Aphrodiſiẽſis fecit, vir cum in alijs ſupra modum curioſus, tum a præſtigiatura non alienus. At Pamphilus, is ſcilicet qui libros de herbis cõpoſuit, plane ex ijs quæ vel ipſe ſcribit, præ ſe fert grãmaticum, indicatq; ſe nec conſpexiſſe herbas de quibus cõſcribit, nec vires earũ expertũ, ſed ijs qui ante ipſum ſcripſere, fidem habuiſſe citra vllam explorationẽ. Sic ſane libros expleuit, annexo ad quãq; herbam nominum aceruo, deinde etiam exponẽs ſiqua ex homine ferebatur transformatio: tum epodos & libationes atq; thymiamata quæ in colligendis illis adhibebantur, adſcribens, necnon & alias eiuſmodi præſtigiaturas nugaces. At Anazarbenſis Dioſcorides quinq; libris materiã omnem vtilem abſoluit, non herbarũ tantum, ſed & arborum, & fructuum, & ſuccorum, & liquorũ, memorans inſuper & metallica omnia, & partes animaliũ. Et mihi vtiq; videtur omniũ perfectiſſime tractatũ de materia medicamẽtorum cõfeciſſe. Nam licet a maioribus eo plurima de illis bene ſcripta extent, tamen a nemine omnium æque de omnibus: niſi ſi quis Tanitrum prædicet Aſclepiadis. Nam & huic cætera bene dicta eſſe probantur extra ratiocinationes quas ſuper cauſis affert. Atq; hæc nimirum perlegere debet quiſquis peritus materiæ euadere ſtudet. Ad hæc quoq; quę ſcripta reliquit Heraclides Tarẽtinus, & Crateuas, & Mantias. verum illi non ſimiliter ſcripſerũt, nec in vnum collegerunt omnia, ceu Dioſcorides, qui de materia quinq; libris fecit titulum: verum ſeorſum, verbi cauſa, de præparatione aut probatione ſcripſerũt, vt Heraclides Tarẽtinus: ſeorſum vero de purgãtibus, aut propotiſmis, aut clyſmis, vt fecit Mantias: ſeparatim de facile parabilibus remedijs, vti Apollonius: aut de ijs quæ ſecũdum locos, vt Mantias. Porro plerunq; medicamentorũ vſum veteres in curandi tractatibus prodiderũt, vt & iuniorũ medicorũ propè omnes. Nam & ab Hippocrate dicta ſunt multa, & ab Euryphonte, & Dieuche, & Diocle, & Pliſtonico, & Praxagora, & Herophilo. Nec eſt veterũ medicorũ quiſquã qui nõ aliquid plus minuſve arti cõtulerit ad medicamẽtorũ ſcientiã, idq; citra præſtigiaturã aut mendacium, quæ poſtea inuexit Andreas. Itaq; cui otium ſuppetit legendis vtiliter de medicamẽtis ſcriptis libris, multos quidem habet, vt eſt dictũ, antiquorum, ſed nec paucos iuniorũ, aduſq; Pamphilum & Archigenem. Quin & Rufus Epheſius cum multa medicamẽta in curãdi libris cõſcripſerit, tum de herbis verſibus hexametris quinq; libros cõpoſuit. Nec metus eſt defecturos libros vtiles, etiamſi in tota vita quis aliud nihil q̃ de medicamentis legere volet. Verum abſtinendum ab Andrea eſt, alijſq; ſimiliter mendacibus: multoq; etiam magis fugiẽdus Pamphilus, qui ne per ſomnium quidem herbas vidit quarũ aggreditur figuras perſcribere. nam id genus hominum, (quomodo aſſimilauit eos Heraclides

Tarentinus)similliimum est præconibus, qui formam ac notas fugitiui mancipij, licet ipsi non viderint vnquam, præconio tamen publicant. notas enim ab alijs qui norunt accipiunt,& ceu cantilenam eas proferunt:vt si forte is quem præconio indicant,prope adsisteret,agnoscere tamen non possent. Equidem non possum nõ accusare & illos quoq; qui primi herbarum formas scriptis docere sunt conati,cum melius existimẽ ab ipso præceptore oculis discere,ac nõ adsimilari ijs qui ex libris prodeunt gubernatores. nam sic & verior & manifestior esset doctrina,non herbarum modo & fruticum arborumq;,sed & aliorum omnium medicaminũ. Verum enimuero si omnino libris est opus,quis adeò miser est,vt præteritis scriptis Dioscoridis,Nigri,Heraclidis,Crateuæ,& aliorũ innumerorũ qui in arte ipsa cõsenuerunt,libros grammaticos scribentis incantationes,trãsformationes,& decanorum dæmoniorumq; herbas sacras perferat? Nam q; hominibus istis præstigiatoribus vnicum fuerit studium,vt vulgus imperitum talia scribentes in sui admirationem verterent,vel ex ipsis Pamphili libris discere liceat, qui primam inter herbas conscripsit Abrotonon,omnibus nobis cognitam, ac deinde Agnon siue viticem, & ipsam admodum notam, inde Agrostin herbam,nec vulgo ignotã, mox Anchusam,quam nec ipsam quispiam ignorat,sicut nec Adianton,quæ illi de inceps scripta legitur. atq; in his vtiq; nihil,quod quidem sciam, superuacuum scribit:verum postea herbæ meminit nomine(vt ait) Aëti,hoc est Aquilæ,de qua fatetur græcorum nulli quicquam esse proditum, verum scriptam se reperisse in libello quopiã ex ijs qui inscribuntur Mercurio Aegyptio, continente triginta sex sacras horoscoporum herbas. Quas clarum est esse omnes nugas meras, atque authoris ipsius figmẽta similia Ophionicis Conchlacis. Nec enim prorsum quisquam extitit Cõchlax. ad risum enim fictum nomẽ est,sicut pleraq; alia in libro eius cõscripta. Nec triginta sex herbæ illæ vltra nomen ipsum quicquã sunt,nec vlla ipsis res subiacet. verũ Pamphilo otium fortassis supererat inutiles fabulas libris intexere. At nos nunc quoq; tempus nos perdidisse arbitramur,qui prolixius eorum meminimus. Itaq; quæ vtilia sunt iam nunc ordiamur.

Abrotonum.

HErbæ huius nec speciem formam ve scribere post tot tantosq; viros oportet,nec particulares actiones, ceu illi factitarunt, quas vt non definite distincteq;,saltẽ clare significarunt. verũ & nos quoq; eas copiosius exponemus in opere de componendis pharmacis, simulq; de paratu facilibus: interim vero etiã in curandi methodi libris,nimirum vbi exposcet vsus. Verum quod ab initio propositum fuit,nempe vniuersales duntaxat medicamentorum omnium facultates inspicere,id quidem & in alijs consentaneum est,& nunc sane etiã faciendum,dicendumq; Abrotonum esse calidum & siccũ facultate,in tertio ordine siue recessu post media situm. Porro quod eiusmodi ordo vt ad temperatam naturam expẽdatur, sæpe ante diximus. Sed & inuenimus temperiẽ eius nõ minimẽ quidem & ex gustu ducta cõiectura,vtpote cum sit admodum amarũ. Porro saporẽ eiusmodi,cum terrenæ sit essentiæ,à largo calore extenuatũ ostendimus. Itaq; non instrenue excalfacit pariter & desiccat. Quinimo & cum distincta illa experiẽtia,de qua supra frequenter dictum est,diligenter exploraßemus,ex eadem temperie medicamen hoc

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 138 sur 277

comperimus. Nam ſiue comam cum floribus, (nam reliqua eius palea inutilis eſt) contuſam vlceri puro illinas, mordax & īritans videbitur: ſiue eo in oleo macerato caput voles aut ventrem perfundere, admodum calfacere reperies. Quin & ſi quibus per circuitum redeunt rigores, eos ante inuaſionem rigorum hoc voles confricare, minus vtiq; rigore concutientur: imo & ſenſus quidem protinus vbi admotū fuerit, ipſum calfacere percipit. Porrō q̄ lumbricos interimat, par eſt, nimirū cum cum ſit amarum, ac proinde vel antequam experiaris manifeſtum, ſi quidem memoria teneas quæ in horum cōmentariorum quarto de amari ſaporis natura prodidimus. Scieſq; protinus quod & digerendi & incidendi quandā vim habeat: ſed & quod magis q̄ Abſinthio id ipſi neceſſario inſit, in promptu erit colligere, primū quidem ex guſtu, (pauciſſimæ ſiquidem acerbitatis particeps Abrotonon eſt, nō paucæ vero Abſinthiū) deinde ex eo q̄ inimicū ſit ſtomacho Abrotonon, velut etiā Seriphon, gratū vero & amicū Abſinthium. Siquidem de iſtis ſupra oſtenſum eſt q̄ amarū ipſum per ſe omnifariā infenſum ſit ſtomacho, auſterū vero, aut acerbum, aut in ſumma adſtringens, ſtomacho amicum. Porro vbi qualitates hę inuicē permiſtæ fuerint: quæ vehementior fuerit, ea vtiq; vicerit. Atq; hæc ſatis eſt in hoc tractatu nouiſſe. Monſtrabitur autem in libris de ratione curandi, quo pacto quis optime medicamento eiuſmodi vti poſſit. Ac proinde quærēdum haud etiam eſt quamobrem cum malo cydonio cocto illitum aut pane, oculorum ſanet phlegmonas: neq; quod cum farina hordeacea tritum ac coctū digerat phymata. Neutrum ſiquidem horum nec aliorum quiduis huic tractatui proprium eſt: ſed qui empiricam profitentur doctrinam, ij in paratu facilibus medicamentis ea cōſcribunt. At qui ex ratione artē tractare volunt, ijs opus eſt methodo curandi. Nam alioqui damnū magis q̄ vtilitatem ex tali conſequantur narratione. Sane Hippocrati (qui in Aphoriſmis ſcripſit, Dolores oculorū ſoluit meri potio, aut balneū, aut fomētatio, aut ſanguinis miſſio, aut purgatio. nec adiecit quosnā dolores vini potio, quos balneum, quos fomentū, quos ſanguinis miſſio, & quos purgatio) ignoſcendū forſan quis arbitretur, tribus, vt arbitror, de cauſis. Siquidem aphoriſticam faciebat doctrinam, in qua propter breuitatem & cōpendium pleraq; ita dici conceſſum eſt: & omnia quæ dolores ſoluūt enumerauit, tametſi nō definijt ad quem dolorē quodnā ex illis congrueret. Tum multis in locis aliorum librorū occaſiones nobis præſtitit diſtinctiones in ijs quæ hoc pacto dicuntur, inueniendi. At qui neq; in alijs libris de talibus ſcripſere diſtinctionibus, aut in enarratorio & prolixo tractatu aphoriſtice tamē ac breuiter ſcribunt, aut inſuper etiā ex multis vnum tantum indicant, ij plus nos lædunt q̄ iuuāt. Nam cum ſint multæ in ophthalmijs differētiæ, atq; vna duntaxat ex eis propoſitū poſcat cataplaſma, alię vero omnes ab eo lędantur: ſi quis id ad omnes ſine diſcrimine adhibeat, multo plus lędet q̄ iuuabit. Ad hunc itaq; modum non tantū de Abrotono, ſed de alijs quoq; omnibus ſcribendum nobis eſt, eas quidem facultates quæ ſunt in calefaciendo, frigefaciendo, humectando, ſiccandoq;, ijs quas ſæpenumero memorauimus methodis, reperientibus: quæ vero ſecundum totius ſubſtantiæ proprietatem perficiuntur, ſola experientia. Et de his oſtenſum eſt quod deleteriæ ſint, & deleteriarū alexiteriæ & purgatoriæ. Nam has ex ratione inuenire eſt impoſſibile, præterquam quod in quibuſdam ſuſpicionem duntaxat probabilem inuenire liceat. At de facultatibus quæ hoc pacto inueniuntur, ſeparatim poſtea diſſeremus, vbi videlicet prius ſingulatim per quodq; medicamentum

de ijs quæ calefaciendo, frigefaciẽdo, humectando, ſiccandoq; agunt: tum de ijs quæ ad has conſequuntur, narrationem abſoluero. Porrò vbi vnum modò adiecero, finẽ faciam de Abrotono dicendi, nempe q; ſumme ſuſpiciendus ille Pamphilus etiãſi hanc primam herbarum recenſuit, ac forſan vt nullam deinceps aliam, tamen hanc ſaltem oculis ſuis cõſpicari voluerit, attamen vel maxime hallucinatur exiſtimans hanc herbam à Romanis appellari Santonicu. differt enim ab Abrotono Santonicum, velut etiam Dioſcorides exactiſſime ſcripſit in tertio de materia, & omnes id norũt tum medici, tum rhopopolæ. Nam Abrotoni duæ ſunt ſpecies, altera quã marem, altera quã fœminam nũcupant. quod ipſum definitũ eſt tum apud Dioſcoridem, tum apud ipſum Pamphilum, alioſq; innumeros. At aliud eſt ab eo Abſinthium, cuius rurſum tres ſtatuẽdæ ſunt ſpecies: quarum vnam eodem cum genere ipſo nomine appellitant, cuiuſmodi potiſſimum eſt Ponticum: alterum Santonicum: tertiũ Seriphum. Si vero aliud placet appellare Abſinthium, aliud vero Seriphum, aliud autem Santonicum: nihil intereſt, quod ad præſens certe attinet. Nec enim nomen diuiſuri venimus, ſed ſtudium nobis eſt ipſis de rebus. Porrò quoniam hæc tum ſpecie ſeu forma, tum guſtu, tum facultatibus inter ſeſe diuerſa ſunt non obſcure: vno, ſi ita lubet, omnia nomine nuncupes, verũ exacte vires earũ edoceas. Ac nos ſanè ſufficiẽter ipſas formas à Dioſcoride explicatas eſſe, alijſq; nõ paucis, iam diximus. Itaq; denuo eadem ſcribenda non ſunt, quæ maioribus recte ſunt prodita. At ſi quid illi in facultatibus omiſere indiſtinctum, cuius profecto gratia ad hanc narrationẽ venimus, ea nos adijcere tentabimus. Abſinthium quidem dictis minus eſt calidum, nempe plurimam obtinens adſtrictionem. Quod cum ſit & minus quoq; tenuium quam illa partium, & vtiq; minori etiam q̃ illa ad eundem modum extenuãdi facultate: attamen non minus deliccatoriũ eſt. At cæterorum Santonicum quidem à Santonia regione in qua naſcitur, nomẽ ſortitum, proximam habet facultatem, Seripho paulo imbecillius in extenuando & excalfaciendo deſiccandoq;. Porrò ipſum Seriphon Abrotono minus eſt calidum, verum calidius Abſinthio, ſtomacho impẽdio inimicũ, nempe cum amaritate ſalſedinem quandam præ ſe ferens. Sed & quandam, licet minimam, adſtrictionẽ obtinet. Sic & Abrotonon & Santonicum admodum infeſta ſunt ſtomacho. Solum autem inter ea Abſinthium, & maxime põticum, gratum eſt ſtomacho, quia plurimam adſtrictionem continet. Abrotonũ vſtum, calidum, ſiccumq; facultate eſt, magis etiã q̃ Cucurbita ſicca vſta, & Anethi radix. Illa enim vlceribus humidis ſimul & citra phlegmonẽ callo induratis cõueniunt, ac proinde maxime vlceribus quę pudendorum præputijs cõpetere videntur. At cinis Abrotoni vlceribus omnibus mordax eſt: ac idcirco cum oleo tenui, cicino ſcilicet aut rhaphanino aut ſicyonio aut veteri & maxime ſabino ad alopecias accõmodatur: tum barbam ſegnius tardiuſq; enaſcentem cum aliquo dictorũ oleorum elicit: ſed nec minus illis lentiſcino maceratum. Quippe pro eo q; tenuiũ eſt partium, rarefaciẽdi vim obtinet, & mordax eſt, & calidum: quas vtique maxime eius facultates nouiſſe oportet, nec quicquam etiam particulare in hoc tractatu requirere.

Agnos. Vitex.

Agnos, aut lygos, hoc eſt vitex, planta illa fruticoſa, calidus quidem eſt & ſiccus tertio ordine, verum multum tenuis ſubſtantiæ, tum guſtu acris ſimul & adſtringens: ipſas tamen vitices ad medicinam habet inutiles: cæterum folia ſemenq;

calida ſiccaq; facultate ſunt, ſubſtantia vero tenui. Nam & vtentibus ita apparet, & guſtãtibus acre ſimul & ſubadſtringens percipitur tũm foliũ, tum flos, tum ſemen. Edendo tamen etiã ſemen eſt: verum tam perſpicuò calfacit, vt capiti hoc nomine dolorẽ pariat. At ſi frigatur (nam & ſic editur cum tragematis) minus caput tẽtat. Porrò flatus vetris diſcutit & cum non frictus, & multo magis cum frictus fuerit. Cohibet porrò impetus in venerẽ, tum frictionis expers, tum etiã ipſam expertus. folia item floreſque ipſius fruticis idipſum præſtare poſſunt. Itaq; non tantum eſa potáque ad caſtitatem conferre creduntur, verum etiam ſubſtrata. Hinc eſt quòd Athenis in Theſmophorijs, hoc eſt ſacris Cereris, mulieres totũ ſibi fruticem ſubſternunt. Hinc illi quoq; nomen inditum agni, hoc eſt caſti. Ex quibus omnibus manifeſtum eſt, ſi quidem memoria teneamus quæ ſuperioribus cõmentarijs ſunt dicta, agnum calfacere, ſimulque exſiccare, tum omnium maxime flatus diſcutere. Porrò quòd tenuium ſit partium, facultas eius indicio eſt. Nam quòd caput tentat, non magis à multitudine vaporum ab eo prognatorum, quam à caliditate eius ac ſubtilitate partium fieri rationabile eſt. Nam ſi flatuoſum ſpiritum procreare poſſet, ſanè & ventrem inflaret, & venerem ſtimularet, perinde vt eruca. Verum quum non tantũ non excitare, imò etiã reprimere queat, fuerit profecto ſecundum rutæ maxime facultatem tum in excalfaciendo, tum in reſiccando: non tamen illi par eſt. Nam vtroq; paulo eſt inferior. Siquidem ruta tum magis eſt excalfactoria, tum magis deſiccatoria. Differt etiã qualitatis ſimul ac facultatis miſtione. Nam agni ſemen ac germina modicam ferunt adſtrictionem: at ruta vbi aruerit, exacte amara eſt, & acris. vbi vero humida, ſubamara. Non tamen auſteritas aut acerbitas illi ineſt: aut ſi cui videatur ineſſe, ea vtique omnino obſcura (ſcio) videbitur, nec par ei quæ eſt in agno. Quocirca & ad iecur & lienem indurata & obſtructa agni ſemen potius quam rutæ competit. Sed hæc ad curandi iam methodum pertinẽt: quam vt omnino non attingam de medicamentorum pronuncians facultatibus, fieri non poteſt: verum celeriter ad rem propoſitam reflectere, viri eſt vtique temperati. Magiſq; etiam id in ſequentibus medicamẽtis efficere conabor. hoc eſt, vbi ex quibuſdam euidentibus generalem facultatem collegero, particulares poſtea actiones omittã. Nam in præſens id nouiſſe ſufficit, quòd agnus calidus eſt & ſiccus facultate, idq; non mediocriter, ſed tertio exceſſu: tum admodum tenuium partiũ. Hæc qui norit, ac poſtea methodum curandi didicerit, ipſemet inueniet quo pacto menſes hinc cieat, quo pacto partes induratas digerat, quo pacto laſſitudinem ſoluens, ſeu acopum, & excalfactorium ex eo vnguentum præparetur.

Agroſtis. Gramen.

Graminis radix modice frigida eſt, & ſicca: mordacitatem quãdam exiguam, & partium tenuitatem obtinens. At herba ipſa primo quidem exceſſu refrigerat, in humiditate vero & ſiccitate moderata. Porrò ſemen alibi quidem imbecillum eſt, in Parnaſſo vero deſiccatorium, & tenuium partium, & ſubacerbum.

Agroſtis eſculenta.

Gramen eſculentam habet radicem, vbi mollis fuerit, dulcem quidem inſtar aquæ, ſed acre quiddam exiguum & ſubacerbũ obtinentẽ. Hæc herba planè aquea guſtãtibus eſt. Ex quibus apertum eſt radicẽ modice eſſe tum frigidam, tum ſiccã, ac proinde cruenta vlcera glutinare. At ipſa herba illita nõ vehemẽter refrigerat, in medio conſtituta humiditatis & ſiccitatis. Porrò mordacitas & tenuitas quæ radici

ineſt, exigua eſt quidem, ſed interdum tamen lapides frangere aſſolet, ſi quis eam decoctam ebibat. At ſemen alterius quidem imbecillum eſt, eius vero quæ in Parnaſſo naſcitur, vrinam ciet, & fluxus ventris & ſtomachi reſiccat. vis enim eius eſt exſiccatoria, tenuium partium, & ſubacerba.

Anchuſa.

Anchuſæ quadruplex ſpecies eſt. Quarum onoclea quidem radicem habet admodum refrigerantem & deſiccantem, tum adſtringentem & ſubamarã, tum quæ ſufficiat extenuandis & extergendis humoribus bilioſis, corporibuſq; condenſandis. Cæterum folia habet imbecilliora quidem radice, adſtringunt tamen & ipſa, & deſiccant. Porro lycopſos cognominata refrigerat & deſiccat, magiſq; quam onoclea adſtringit. At onochelos calidior eſt, & magis medicata. Nam pluſculũ habet & guſtu ipſo protinus acrimoniæ. Hac vero etiam calidior eſt parua, quæ & amarior, & magis etiam medicata eſt.

De anchuſis.

Anchuſæ non omnes eaſdem vires obtinent. Nam onoclea quam vocãt, radicẽ habet ſimul adſtringentem & ſubamaram, corporibus cõdenſandis & modice extenuandis idoneam, tum abſtergendis quoque & abluendis bilioſis & ſalſis ſuccis. Dictum enim ſupra eſt quod qualitas acerba miſta amaritudini ea præſtare queat. Sic ſane aurigini & lienoſis eſt vtilis. Sed & refrigerare idonea eſt. Et ſanè cum polenta illita iuuat eryſipelata: & abſtergit non modo epota, ſed & foris impoſita. Proinde vitiligines & lepras ſanat cum aceto. Ac radicis quidem hæc opera ſunt, & operũ facultates quas diximus. At folia ipſius herbæ radice quidem ſunt imbecilliora, non tamẽ aliena ſunt à reſiccatione & adſtrictione. Itaq; etiã profluuium ſanãt pota cum vino. Et quæ lycopſos nominatur, eodem modo eryſipelatis cõgruit, & radicẽ habet quàm onoclea magis adſtringentẽ. At onochelos & alcibiadij cognominatæ vis magis eſt medicata. Nam & guſtu protinus maiorẽ habet acrimoniam, & eos qui à viperis morſi ſunt, admodũ iuuat tum illita, tũ ſuſpenſa, tum eſa. Reliqua vero, nẽpe quarta, quę parua eſt, & ferè nomine caret ex illis ſola, alcibiadio quidem perſimilis eſt, verum & amarior, & magis medicaminoſa, ac proinde ad latos lumbricos idonea oxybaphi menſura cum hyſſopo & naſturtio epota.

Agarici radix.

Agarici radix, hoc eſt quę trũco innaſcitur, primo quidem guſtu dulcis, ſed paulo poſt ſubamara apparet, & acrimoniæ quandam ſpeciem tẽporis ſpatio inducit, leuiculæq; adſtrictionis. Eſt & conſiſtentia laxa. Ex quibus omnibus manifeſtum eſt, ſi quidem quæ ſuperius dicta ſunt meminerimus, quòd medicamentũ hoc compoſitũ eſt ex ſubſtantia aëria & terrea à caliditate extenuata. Porro minimũ habet eſſentiæ aqueæ. Hac ratione & digerendi vim habet, & craſſitudinẽ incidendi, tum infarctus viſcerum expurgandi. proinde regio morbo laborantes ſanat, eos vtique qui ſic ab infarctu iecoris laborant. Iuuat & morbo comitiali obnoxios eadem facultate: tum rigores per circuitum recurrentes ex craſſis aut viſcoſis humoribus natos ſanat. Iuuat & morſos à beſtijs frigore lædentibus, aut compũctos, tum foris in affecta partè impoſitum, tum intro in corpus ſumptum pondere drachmæ vnius cum vino diluto. Eſt & purgatorium,

Agerantum. Agerantū facultatē digerendi habet, & leuiter quadantenus phlegmone liberādi.

Adiantum.

Adiantum in caliditate quidem & frigiditate ſymmetrū eſt, verum deſiccat, & extenuat, & digerit. Etenim caput ex alopecia glabrū capillis conueſtit, & ſtrumas & abſceſſus digerit, lapideſq; frangit epotum, & viſcoſorum craſſorumq; è pectore pulmoneq; excreationibus non mediocriter confert, & ventris profluuiū ſiſtit: non tamen vllam manifeſtam caliditatem affert, ſicut nec frigiditatem. Verum poſuerit ipſum quiſpiam ſecundum hanc oppoſitionem & temperiem in ordine medio.

Aizoon. Semperviuum.

Aizoon vtrunq;, tum maius, tum minus, deſiccat quidem leuiter, quādoquidem & mediocriter adſtringit, omnis alterius vehementis qualitatis expers: quare in eo plus cæteris abundat eſſentia aquea. Cæterum nō mediocriter refrigerat. Eſt enim ex tertio ordine & receſſu refrigerantium. Hinc etiam ad eryſipelata, & herpetes, & phlegmonas à fluxione natas accomodatur.

Aegilops. Auena.

Aegilops digerendi vim poſſidet. id quod ex guſtu patet. leuiter enim eſt acris. Verum & ex eo liquet, quòd phlegmonas induratas & ægilopas ſanat.

Aera. Lolium.

Lolium deſiccat & calfacit efficaciter, vt propinquū ſit acribus, magis quàm iris: ſed non eſt perinde vt illa ſubtilis eſſentiæ, verum multum in hoc deficit. Secūdum hoc ponat ipſam quiſpiam in principio tertij ordinis excalfaciētium, ſecundi vero extremo exſiccantium.

Aegyrus.

Aegyri flores calidi quidē ſunt in tertio * receſſu à tēperatis: at in differētia quæ habetur in ſiccando & humectando, paulum quiddam ad ſiccius deflexerunt: ſed & ſubtiliorum potius quàm craſſiorū ſunt partium. Et folia quoq; ipſius quodā-modo floribus ſimilia ſunt, niſi quòd ad omnia imbecilliora, minuſq; efficacia. Sed & reſina eius floribus ſimilem facultatem obtinet, atq; etiam calidiorem. Porrò ſemen tum reſina tum floribus & ſubtiliorum eſt partium, & exſiccantius, non tamē admodum calidius.

* Arbitror legēdum, primo. nam ſic etiā habet Paulus Aeg.

Acacia.

Acaciæ & planta ipſa acerba eſt, & fructus, & ſuccus, qui lotus quidem & imbecillior & minus mordax redditur, vtpote acrimoniam quandam in lauatione depo nens. Porrò ſi parti alicui ſanæ illinatur, protinus eam & ſicciorem & contractam efficiet, nullum quidem caloris ſenſum inuehens, ſed nec frigoris admodum valentem. Vnde cōſtat medicamen id eſſe frigidum & terroſum, immiſta quadam etiam eſſentia aquea. Et ſanè coniectura eſt nō eſſe ſimilare, verum quaſdam in ſeſe diſpar ſas habere partes tenues & calidas, quæ in ipſa ablutione ſegregentur. Eſtoq; & hoc tertij ordinis exſiccantium, & ſecundi refrigerantium, vbi quidem elotum fuerit, abſque eo verò primi.

Acalephe. Vrtica.

Vrtica. & huius herbæ tum fructus, tum folia (nam hæc potiſſimum ſunt vſui) admodum digerentis ſunt facultatis, adeò vt & phymata & parotidas ſanent. Sed & quiddam flatuoſum obtinent, quo & venerem extimulant; & maxime vbi cum

musto semen bibitur. Porrò quòd non vehementer calfaciat, sed multũ tenuium sit partium, testimonio est crassorum viscosorumq; humorum ex pectore pulmoneq; eductio, tum quòd partes quas cõtigerit pruriant. Porrò flatuosum eius cuius esse particeps dicta est, dum cocoquitur, nascitur. non enim actu flatuosa est, sed facultate. Ventrem autẽ modice subducit ipsa duntaxat abstersione, ac veluti titillatione, non purgatione. Et gangrænosa, & cancrosa, & in totum quæ exsiccari citra mordicationem postulant, ea conuenienter sanat, nimirum cum subtilium partiũ sit, & temperaturæ siccæ, non tamen tantum habens caliditatis, vt iam mordicet.

Acanthos. Spina vulgaris.

Acanthos, alij quidem Melamphyllum nominãt, alij vero pæderota. Folia quidem mediocriter digerentem facultatem obtinẽt, at radix exsiccatoria est, & leuiter incisoria, & tenuium partium.

Acanthion.

Acanthium, radix huius & folia facultatis sunt excalfactoriæ, vt & ijs qui conuelluntur auxilientur.

Acantha leuce. Spina alba.

Acantha leuce. Hanc quidam leucacanthon nominant. radix eius desiccatoria est, & modice adstringens. Quamobrem & cœliacos & dysentericos iuuat, & sanguinis reiectiones cohibet, œdemataq; illitu contrahit, ac dentes dolentes iuuat si decocto eius colluantur. semen tenuis essentiæ & calidæ facultatis est. Itaq; potui dari ijs qui conuelluntur conuenit.

Acantha ægyptia.

Acantha ægyptia, quidam arabicam vocant. similis autem est spinæ albæ nostrati, verum facultate validius adstringente pariter & desiccante. Itaq; profluuium muliebre radix eius iuuat, & alia quibus auxilio est quę apud nos nascitur spina: sed efficacius tamen omnia adiuuant tum radix tum fructus. Hic vero & columellæ prodest, & ijs quæ in sede inflata sunt: tum vlcera ad cicatricem ducit, mediocrem habens & non molestam adstrictionem.

Acorum.

Acorum, huius vtimur radice, quæ gustu acri est, & modice amaro, odoreq; non iniucundo. Itaque facultatis calidæ est, & consistentiæ tenuis. Huic consentaneum est vt vrina moueat, & lienes induratos iuuet, tum ceratoidis crassitiem detergeat simul atq; extenuet. sed ad hoc melior est ipsius succus. Omnino vero siccificũ esse clarum est. Et sanè ordinis esto tertij in vtroq;, in calfaciendo scilicet & desiccando.

Aconitum, siue pardalianches.

Aconitum, seu pardalianches. Hoc septicæ & deleteriæ facultatis est. Itaque in cibo potuq; fugiendum: attamen ad putrefaciendum quædam extra os & sedem aptum est. herbæ autem radix ad hæc est vtilis.

#Aconitum seu lycoctonum.

Aconitum siue lycoctonum, est & hoc similis alteri facultatis, sed peculiariter lupos interficit, sicut illud pardos.

Acte. Sabucus, & Ebulus.

Acte, tum magna illa & arborea, tum herbacea, quam & chamæacten Græci vocant, (Latini hanc ebulum, illam sabucum) vtraq; potentiam habet tum desiccãdi, tum conglutinandi, modiceq; digerendi.

Alimum.

Alimum,hæc planta frutex eſt plurimo in Cilicia præcipue prouẽtu,vbi & germina eius recentia eſitant,& reponunt quoq; in poſterũ futura vſui.Semen pariter & lac planta ipſa generat,eſtq; guſtus acris & ſubadſtringẽtis.Ex quibus omnibus palam eſt ipſam eſſe diſſimilarem.Maior autem pars eius calida eſt tẽperate,cum humiditate inconfecta,& leuiter flatuoſa.

Aloë.

Hæc herba nõ admodum apud nos prouenit:& quæ naſcitur in magna Syria, aquoſior eſt,& facultatis imbecillioris:attamen vſqueadeo deſiccare poteſt,vt vulnera glutinet.At in regionibus calidioribus,qualis eſt Cœloſyria,& Arabia,multo eſt melior.Optima autẽ Indica,cuius liquor eſt id quod ad nos importatur cognominatum aloë,medicamentum ad plurimas res propter ſiccitatem mordicationis expertem vtile.Eſt autem nõ ſimplicis naturæ,ſed,vt eſt indicio guſtus,adſtringit ſimul & amara eſt:adſtringit quidem modice,ſed fortiter amara eſt.Subducit & ventrem,vtputa ex numero medicamentorum quæ Græci ab excernendo ſtercore vocãt ἐκκοπρωτικὰ.Itaq; ex dictis patet(ſi quidem memoria tenemus quæ in quarto libro ſunt demonſtrata)quòd tertij ſit ordinis exſiccantium,calfacientium autem aut primi intenſi,aut ſecundi remiſſi.Sed & ipſius facultatis miſturam atteſtantur particularia eius opera.Nam & gratũ ſtomacho medicamen eſt,vt ſi quid aliud:& ſinus glutinat.Sanat & vlcera quæ ægre ad cicatricem duci poſſunt,& maxime quæ in ano ſunt & pudendo.Iuuat & eorum phlegmonas aqua ſubacta,& vulnera eundem ad modum glutinat.Congruit ſimiliter vtenti & ad phlegmonas in ore,ac naribus & oculis.In ſumma,repellere & digerere ſimul poteſt,cum hoc vt paulum extergeat,quantum videlicet vlceribus puris non ſit moleſtum.

Alyſſon.

Nuncupata eſt hæc herba alyſſon,quòd mirifice iuuet morſos à cane rabido. Sed & rabienti quoq; data ſæpe in totum ſanauit:atque hoc ex totius ſubſtãtiæ ſimilitudine efficit.Dictumq; prius eſt talem facultatem ex ſola percipi experiẽtia, & plane nulla conſtare methodo.Quòd ſi quis ad multa experiatur,cognoſcet facultatem habere mediocriter ſiccificam,& digerentem,cum hoc vt abſterſorium nonnihil etiam obtineat.Hac ratione & vitiliginem & ephelin expurgat.

Alſine. Auricula muris.

Alſine,aut myos ὠτα.Similem hæc facultatem Helxinæ obtinet,nempe refrigerantem & humectantẽ.eſt enim eſſentiæ aqueæ,frigidæ:quare & citra adſtrictionẽ refrigerat.Quocirca ad feruentes phlegmonas & mediocria eryſipelata competit.

Amaracon. Maiorana.

Amaracon excalfacit non inſtrenue,non valde autem deſiccat,ſed in caliditate quidem tertij eſt ordinis,in ſiccitate vero ſecundi.

Ambroſia.

Ambroſia illita vim habet adſtringentem,ac repellentem.

Ami.

Herbæ quam vocãt ami,ſemen maxime eſt vtile.facultatis eſt excalfactoriæ,& deſiccatoriæ,tenuiumq; partium.Sed & guſtu ſubamarum eſt,& acre:& clarum eſt quòd & digerat,& vrinam moueat.Fuerit autem in calfaciendo reſiccandoq; ex ordine tertio intenſo.

Amarantum. gallis, Qui passe velours

Amarantum facultatis est incidentis & extenuantis. coma igitur eius mensis cum vino pota educit. Sed & grumos sanguinis liquare ac soluere creditur, non solū in ventre, sed & in vesica. Sed tunc potius cum mulso bibenda, & omnes simpliciter fluxiones pota desiccat, stomacho infesta.

Amorge. Amurca.

Amurca terrestris est substantiæ, calidæ, non tamen tantum possidet caliditatis vt palam mordicet. Quòd si coquatur quoq; multo etiā magis terrosa redditur. & fuerit sanè ex secundo ordine excalfacientium & siccantiū intenso quodammodo magis. Sic & vlcera corporum tēperatura siccorum curat: quæ vero in alijs omnibus sunt, exasperat. Siquidem contrahit perinde vt resina, & pix sicca, & bitumen. Quæ & ipsa in corporibus admodum duris quæ vulnus habent aut sinum, glutinatoria sunt, alia vero omnia contendunt atque iritant.

Ampelopraſon.

Ampelopraſon. Si inter allium & praſon, hoc est porru, medium quiddam cōcipias, facultatē ampelopraſi inueneris. Est enim agreste, vt sic dicā, porrum: quamobrem & acrius eo & siccius est, sicut agrestia omnia reliqua hortēsibus: ac proinde stomacho quàm illud nocentius: sed & crassos & lentos humores potentius incidit, valentiúsque infarcta organa obstructione liberat. Hac quoq; ratione vrinas sæpe prouocauit vbi à crassis & lentis retinebantur humoribus. Adeo vero est calidum, vt illitum cataplasmatis modo exulceret. Dictum est autem retro quòd quæ eum in modum sunt calida, extremi sint ordinis.

Ampelos agria. Vitis agreſtis.

Vitis agrestis racemi extergendi vim habent, vt epheles & næuos & id genus omnia in extima cute existentia curare possint. Sed & adstrictionem quandam extrema germina, ἀκρέμονας Græci vocant, obtinent, quæ & sale condiri assolent.

Ampelos hemeros. Vitis ſatiua & culta.

Vitis cultæ adsimilis facultas est agresti, sed ad omnia imbecillior.

Ampelos leuce. Vitis alba.

Ampeli leuces, quam & bryoniam & psilothrum vocāt, prima quidem germina ab omnibus pro more edi vere solent, vtpote eduliū stomacho propter adstrictionē acceptum. sed & subamaram & modice acrē adstrictionē possident: quare & vrinā modice cient. At radix & abstergentem & desiccantem vim habet, & moderate calidam: quamobrem & lienes induratos liquat tum epota, tum foris cum ficubus imposita, & psoram & lepram sanat. Porro fructus eius, racemi speciem præferēs, ijs qui coria dēpsant, est vtilis.

Ampelos melæna. Vitis nigra.

Vitis nigra. Vocatur autem hæc proprie bryonia, supradictæ tamen ad omnia similis, nisi quòd imbecillior.

Amygdala.

Amygdala, quæ quidem palam amara sunt, omnino extenuandi vim possident, quod & qualitas ipsa indicat, & experientia comprobat. Ac de amara quidem qualitate in quarto horum commentariorum proditum est. Cæterum duo experientiæ exempla proponi satis est, vnde vim eorū possis discere. Siquidem ephelin expurgant, & excreationibus ex pectore pulmoneq; crassorum lentorumq; humorum

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 146 sur 277

impendio conferunt. Porro hæc oſtenſa ſunt genere quidem incidentis, ſpecie verò extergentis eſſe facultatis. Quin & quòd per accidens facultatem item habeant ab obſtructione liberãdi, & ipſum ſupra demonſtratũ eſt. Sed & experiẽtia monſtrat. Nam in iecore craſſorum viſcoſorumq; humorum in extremis vaſis impactorum obſtructiones abunde expurgãt expediuntq;. Quin & laterũ dolores ab huiuſmodi cauſa natos, & lienis, & coli, & renum, [ſanãt]. Porrò & ipſa arbor ſimilẽ ſortita vim eſt. Nam huius radices coctæ atq; illitæ ephelẽs purgant. Quotquot vero ſunt amygdala dulcia, & ipſa leuiculam amaritudinem poſſident, quæ tamen dulcedine ſuperante occultatur. cæterum id temporis ſpatio clarũ fit. Demonſtratum autem retro eſt qualitatem dulcem moderate eſſe calidam.

Ammoniacum.

Ammoniacum, opus ſiue liquor eſt ferulæ cuiuſdam. hoc habet emolliendi facultatem intenſam, adeo vt & articulorum tophos diſſoluat, & lienes induratos ſanet, & chœradas per halitum digerat.

Amomum.

Amomum acoro ſimilem facultatem obtinet, niſi quòd acorum ſiccius ſit, maiore autem concoquendi facultate amomum.

Anagallis.

Anagallis vtraq;, tam ea quæ ceruleum habet florem, tam ea quæ purpureum, admodum extergentis ſunt facultatis. Habent vero nonnihil etiã caloris, & quandam trahendi facultatem, adeo vt & infixa corpori extrahant. Succus earũ ex naribus purgat eadem de cauſa. In ſumma autẽ deſiccandi vim habent citra mordicationem: quamobrem & vulnera glutinant, & putrida adiuuant.

Anagyrus.

Anagyrus frutex eſt grauiter olens, & digerentis excalfacientiſq; facultatis. Sed folia etiamnum virentia cum propter humiditatis admiſtionem minus ſint acria, idcirco tumentia reprimunt. at reſiccata incidentis ſunt exſiccantiſq; facultatis. Similem ferè facultatem habet radicis eius cortex. Semen autem magis ſubtilium eſt partium. Sed & vomitum prouocat.

Androſæmum.

Androſæmum, planta fruticoſa, natura duplex. vnũ enim aſcyron, & aſcyroides nuncupatũ eſt, ſpecies hyperici. Alterum vero à quibuſdam dionyſias appellatur. Eſt autem ſemen eorum purgatorium. Foliorum vero facultas modice extergens & deſiccãs, vt & ambuſta curare credantur. Cæterum in vino auſtero decocta, vinum ipſum vulnerum grandium glutinatorium efficiunt.

Androſaces.

Androſaces, amara & acris herba. Poteſt autem reſiccata ebibitaq; tum ipſa tum fructus eius magnopere vrinã prouocare, & nimirũ etiã digerere, & deſiccare.

Andrachne. Portulaca.

Andrachne, frigida & aquea tẽperie eſt. Paucæ particeps auſteritatis, proinde fluxiones repellit, & maxime biliоſas & calidas: cum eo quòd eas mutet, & in qualitate alteret, magnopere refrigerans. Et fuerit ſane in refrigerãdi quidem facultate tertij exceſſus à temperatis ac medijs, in humectandi vero ſecundi. Hac ratione & æſtuates, vt ſi quid aliud, adiuuat tum vetris oculo impoſita, tum totis hypochondrijs, maxime in febribus hecticis. Præterea dentium ſtuporem ſanat, nempe quæ

ab acidorum contactu aspere exsiccata fuerant leniens, atque replens, vtpote cum viscosam habeat humiditatem. Similiter vero & succus eius. Itaq; non foris modo impositus, sed epotus quoq; refrigerat. Hoc sanè & toti herbæ commesæ accidit. Quoniam autē restringit, vtiliter dysentericis editur, & muliebri profluuio, & sanguinis reiectionibus. Sed ad hæc quidem multo est, q̄ herba, succus ipsius efficacior.

Anemone. vulgo

Anemonæ omnes extrahendi & attrahendi & ora vasorum referandi facultatē obtinent. Itaq; radix cōmansa pituitam euocat, & succus ex naribus purgat, & oculorum cicatrices extenuat. Insuper sordida vlcerum anemonæ expurgant, & lepras detrahunt, mensésq; appositæ eliciunt, & lac trahunt.

Anethum. vulgo

Anethum adeo excalfacit vt habendum sit aut secundi ordinis intensi, aut tertij remissi. Exsiccātium vero ordinis est secundi incipientis, aut primi finientis. Itaq; merito in oleo decoctum digerit, dolorem sedat, somnum conciliat, & crudos & incoctos humores concoquit. Fit enim ex eo oleum, cuius propinqua sit temperies pus mouentibus, & concoquentibus vocatis medicamētis, nisi quatenus paulo illis tum calidius tum subtilius est, ac proinde digerens. Vstum autē tertij ordinis tum excalfacientium tum desiccantium fit, & proinde vlceribus nimis humidis mollibúsq; prodest, potissimum ijs quæ in pudendis consistunt: at quæ in præputio sunt inueterata, ea probe cicatrice includit. Cæterum viride humidius est scilicet, & minus calidum: itaq; magis cōcoquit, & somnum conciliat, sed minus digerit. Idcirco mihi videntur veteres coronis ex eo plexis vti solere.

Anthillis. vulgo

Anthillis duplex est, sed vtraq; modice desiccat, vt & vlcera glutinet. Cæterum altera, ea scilicet quæ chamæpityi adsimilis est, quadantenus subtiliorum est partiū quam altera: adeo vt & comitialibus competat. Quin & ipsa magis quàm altera extergere potest.

Anthemis, aut Chamæmelum.

Anthemis, aut Chamæmelum. Dictū quidem in tertio libro copiosius est de hac herba, diceturque nunc summatim quòd calfacit & desiccat in primo ordine, est & tenuium partium, ac proinde digerendi, laxandi, & rarefaciendi vim obtinet.

Anisum.

Anisi semen maxime vtile est, acre, & subamarum, vt prope ad vrentium accessum dat caliditatē. Est autem & in siccando tertij ordinis, sicut & in calfaciēdo. Proinde & vrinam ciet, & digerit, & flatus ventris reprimit.

Antirinum. vulgo

Antirinum aut anarinū semen habet vituli naribus simile, ad sanationes inutile. Ipsum autem adsimilis est cum bubonio facultatis, sed multo minoris. Itaq; ex illo de hoc conijcito.

Aparine.

Aparine, quidam philanthropon, alij omphalocarpum cognomināt, modice extergit, & desiccat: habetq; nonnihil subtilium partium.

Pirus.

Piri folia pariter ac turiones austera sunt: fructus dulcedinis quiddam obtinet aqueæ, ex quibus clara quoq; temperies est, inæqualis secundum partes. Nam pars

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 148 sur 277

vna terrea est, alia aquea, cæterum vtraq; frigida: tum alia tẽperata. Proinde esu pira stomacho grata sunt, & sitim prohibẽt. Illita autem desiccant, & modice refrigerãt. Nam ego ijs illitis vulnus glutinasse me memini, cum aliud ad manum esset nihil.

Achrades. Pira siluestria.

Achrades vocatæ, magis quàm pira reliqua adstringunt, & desiccant, & proinde sanè maiora vulnera glutinant, fluxuſq; repellunt.

Apocynum, aut Cynocrambe.

Apocynum, aut Cynocrambe. Vocant autẽ quidam eam Cynomorum, quandoquidem canes celerrime interimit, sicut Lycoctonon lupos. Est autẽ hominibus venenum, herba multum grauiter olens: proinde omnino calida est non instrenue, non tamen proportione desiccat. Itaq; illita admodum digerentis est facultatis.

Argemone.

Et huius herbæ facultas absterſoria est, & digerens.

Arisarum.

Arisarum multo minus est Aro. Radicẽ habet oliuæ magnitudine, sed multo est ipsa acrius.

Aristolochia.

Aristolochiæ radix multo est ad medicationes vtilissima, amara, & subacris. Sed ex illis omnium subtilissima est rotunda: aliarum vero duarum quæ Clematitis appellatur, fragrantior est: itaq; ea ad vnguenta vtuntur vnguẽtarij: sed ad sanationes infirmior. At longa minus quidem tenuitatis obtinet quàm rotunda: sed nec ipsa inefficax est, verum abstergendi atq; excalfaciendi potentiam possidet, minus quidem quàm rotunda absterges ac digerens, sed non minus calfaciens, imò forsan plus quoq;. Itaq; in quibus vsus est modicæ absterſionis, cõmodior est longa, puta in carnis exulcerationibus, & fomẽtationibus vteri. At in quibus crassum humorẽ validius extenuare oportet, illic vsus est rotũdæ. Proinde dolores ab infarctu aut crassitie crudorum spirituum natos magis curat rotunda, & spicula extrahit, & putredines sanat, & sordida vlcera repurgat, dentes & gingiuas cãndidas efficit. Auxilio est & asthmaticis, singultientibus, comitialibus, podagricis, si cũ aqua bibatur: tum ruptis & cõuulsis, vt si quod aliud medicamentũ, idoneũ est.

Arceuthus. Iuniperus.

Iuniperus, calida & ſicca, vtriq; tertij ordinis. At fructus similiter quidem calidus est, sed non similiter siccus, verum in hoc primi fuerit ordinis.

Arctium. Lappa minor.

Arctium illud quod thapſo verbasco est simile, radice tenera, cãdida, dulci, caule oblongo & molli, semine Cymino simili, facultatis est admodum tenuiũ partium, & ob id exſiccantis, [extergentisq;,] tamen modice. Quamobrem radix ac semen eius cocta cum vino quadantenus dolores dentium mitigant. Porrò ambusta & chimethla non horum modo decoctum perfusum, sed & caules teneriores sanare possunt. Arctium aliud, lappa maior, bardana. Alterum vero arctium, quod prosopitida vocant, cuiusq; folia cucurbitæ simillima sunt, nisi quatenus tum maiora, tum duriora: digerit simul & desiccat, sed & adstringit nonnihil: quamobrem folia eius veteribus vlceribus mederi possunt.

Arnogloſſum. Plantago.

Arnogloſſum, miſtę & hoc est temperaturæ. habet enim quiddam aqueum frigidum, habet vero & austerum quiddam, id quod terreum est, siccum, frigidum.

Itaq; refrigerat ſimul & deſiccat, & in vtroq; ſecundi exceſſus à medijs eſt. Porrò medicamẽta quę cum hoc quòd refrigerant, vnà etiã adſtringunt, ea & ad vlcera rebellia omnia, & ad fluxiones & putredines cõueniũt, ac proinde & ad dyſenterias. Nam & ſanguinis profluuia ſiſtũt, & ſiquid aduratur refrigerãt. Tum linus quoq; glutinant, & alia vlcera recentia ſimul & vetera. In omnibus fere id genus medicamentis primas tenet, aut certe nulli ſecundum eſt Arnogloſſum, idq; temperaturæ ſymmetria & conuenientia. Nam ſiccitatem obtinet morſus expertem, & frigiditatem quæ nondum obſtupefaciat. & fructus & radix ſimilis ſunt facultatis, niſi q; tum ſiccioris, tum minus frigidæ. Sed & ſemen ſubtilium eſt partium, & minus frigidæ facultatis: nempe difflato ex eo ac digeſto excremẽto aqueo. Hac ratione & radicibus vtuntur ad dentium dolores tum mandentes, tum collutionibus incoquentes: pręterea ad iocinoris & renum obſtructiones non has tantum adhibẽt, ſed folia quoq;, & multo magis ſemina. Hæc enim quandam in ſe abſtergendi facultatem obtinent: quam & in herba viridi ineſſe ſatis conijci poteſt, verum ab humiditatis copia deuinci.

Arum.

Terrena & ipſum eſſentia conſtat, ſed calida: proinde extergendi vim poſſidet, verum non valentem, ſicut Dracontiũ. Eſt itaq; in exſiccando & calefaciẽdo primi ordinis. Radices eius maxime ſunt vtiles. Siquidem comeſæ craſſitiem humorũ mediocriter incidunt, adeò vt & excreationibus ex pectore idoneæ ſint. ſed magis tamen aptum eſt Dracontium.

Artemiſia.

Duplex quidem eſt herba Artemiſia, ſed vtraq; excalfacit, & modice deſiccat. & ſunt, quod ad calfactionem attinet, exceſſus ſecũdi: quod vero ad reſiccationem, aut primi intenſi, aut ſecundi remiſſi. ſunt autẽ & modice tenuium partium. Itaq; ad renum calculos mediocriter commodæ ſunt, & ad fomentationes vteri.

Aſarum.

Huius herbæ radices vtiles ſunt, facultate ſimiles radicibus acori, intenſiores tamen. Itaq; ex ijs, quæ de illis prodita ſunt, hic facienda coniectura.

Aſclepias.

In tertio Dioſcorides de hac herba cõſcripſit: at nos eius nõdũ periculũ fecimus.

Aſpalathos

Aſpalathus guſtu quidem acris ſimul & adſtringẽs eſt, facultate vero ex diſſimilaribus cõſtat, nempe partibus ſuis acribus excalfaciẽs, partibus vero alijs, auſteris ſcilicet, refrigerans. Itaq; vtriuſq; ratione deſiccat, & proinde ad putredines & fluxiones eſt vtilis.

Aſparagus.

Aſparagus petræus aut myacanthinus abſtergendi vim habet, idq; citra manifeſtam aut caliditatem aut frigiditatem. Hinc renes ac iecur infarctu liberat, & maxime herbæ ipſius radices & ſemen. Quin & dentium dolores ſanat ſiccitatis nomine, quam vel maxime dentes requirunt. Porrò Athenienſes per ph dicunt Aſpharagus.

Aſplenum.

Aſplenum, tenuium quidem partium, non tamen calida eſt herba. Hac vtiq; ratione & lapides frangit, & lienes liquat.

Aſtragalos.

Aſtragalos fruticellus eſt exiguus, radices habens adſtrictorias: quamobrem etiam ex numero eſt non inſtrenue exſiccantium. Nam vlcera vetera glutinat, & aluum fluxu tentatam ſiſtit, ſi quis in vino decoctam radicem bibat. Plurimus huius fruticis prouentus eſt in Pheneo Arcadiæ.

Aſter atticus.

Aſter atticus. Alij bubonium vocant, non ob id tantum, quòd illitum, ſed etiam quòd ſuſpenſum bubonas ſanare creditur: habet vero quiddam etiam digerens: vt miſtæ ſit potentiæ, vti roſa. verum id non adſtringit.

Aſtaphis. Vua.

Aſtaphis, culta quidem, cõcoquendi, adſtringendi, & leuiter digerendi facultatẽ poſſidet. At agreſtis vehementer acrem obtinet, adeò vt ex capite purget, quod ἀποφλεγμαίνειν græci dicunt, abſtergatq; valenter. Itaq; ad pſoram accommoda eſt. Sed & vrendi vim habet.

Aſphodelus.

Aſphodelus. Et huius radix vtilis eſt, ſicut Ari, Aſari, & Dracontij, nempe extergentis facultatis. vſtæ autem cinis calidior, & exſiccantior, ſubtiliorq;, ac digerere potentior efficitur, ac proinde & alopecias ſanat.

Atractilis.

Atractilis, aut cnicus agreſtis, hæc planta ex ſpinarum eſt genere. facultatem habet deſiccandi, & modice digerendi.

Atraphaxys. Atriplex.

Atriplex humida & frigida temperie eſt, humida quidem ſecundi ordinis à medijs, frigida vero primi, quam vtiq; tepidam eſſe caliditatem poſuimus, cuiuſmodi roſis ineſt. non tamen adſtrictionis eſt particeps, ſed aquea eſt, & minimum terrena, ſimiliter maluæ. Quin & ventrem celeriter permeat, vt illa, ob lubricitatem. Porrò paululum omnino eius eſt quod digerendi obtinet potentiam. Hortenſes autem atriplex & malua, q̃ agreſtes, tum humidiores ſunt, tum frigidiores. Proinde phlegmonis & phygethlis incipientibus gliſcentibuſq; & mollibus etiãnum ac velut feruentibus hortenſes, vigentibus autem & declinantibus ac indureſcentibus commodiores ſunt agreſtes. Semen eius abſtergendi vim habet: itaq; ad auriginem ex pituitæ infarctu prognatam vtilis eſt.

Aphace.

Aphace vim habet adſtringendi, ſicut & ipſa lenticula (φάκον græci vocant). Sed & ſimiliter vt lenticulæ edi ſolet. cæterum ægrius quam illæ concoquitur: valentius autem deſiccat, & moderati caloris eſt.

Abſinthium.

Abſinthium adſtrictoriam & amarã & acrem ſimul qualitates poſſidet, exc alfaciẽs pariter & extergens, & roborans & deſiccans. proinde bilioſos vẽtris humores per egeſtionẽ infernam propellit, ac per vrinas euacuat. Magis autẽ quod in venis eſt bilioſum, per vrinas expurgat. Ob hæc contentam in ventre pituitam nihil adiuuat ſumptum. Sic nec ſi in thorace aut pulmone cõtineatur. nam adſtringens in eo facultas, quam amara, valentior eſt. Porrò quod inſit quoq; acrimonia, idcirco maiori portione calidum eſt quam frigidum. At ſi opus eſt generatim comprehẽſam eius temperiẽ ſecũdum primas circunſcribere facultates (etſi anomœomeres

& dissimilare sit) calidum ipsum dixerim primi excessus, siccum tertij. Succus autem eius longe quàm herba ipsa calidior est.

Balanos.

BAlanus myrepsica, hoc est glãs vnguẽtaria, adfertur ex barbarica regione. vtũtur vnguẽtarij carnis eius succo, qui facultate calidus est. Reliquię autẽ vnde expressus est succus, terrestres scilicet & duræ, vincẽtẽ habẽt qualitatẽ amarã. Sed & admista est quædã adstrictio. Proinde extergẽtẽ simul & incidentẽ cõtrahẽtemq; & stipantẽ effectũ possident. Itaq; ad ïonthos, lentes, ephelin, & pruritũ, deinde & ad psorã & lepram cõueniunt. verũenimuero & lienes liquãt iecurq; indurescẽtia. Quòd si quis carnem eius drachmę pondere cum melicrato bibat, medicamẽ experietur vomitorium. Sæpe etiã per infernam aluum largiter subducit. Itaq; quum hoc medicamento vtimur ad viscerum expurgationẽ, & maxime iocinoris lieniscq; ex oxycrato ipsum exhibere cõsueuimus. Gaudet vero vel maxime alioqui aceto ad actiones extrinsecas. Adeò enim efficax efficitur, vt & psoras & lepras extergeat, & multo etiam magis quæ his sunt minora, lentes, vitiliginem, ïonthos, ephelin, exanthemata, achoras, tũ vlcerosa, & quæ crassi sunt succi omnia. Sed & cicatricibus decorem affert. Porrò quòd cum illinenda est lieni, præstet admistam esse farinarum quampiam exsiccantium, cuiusmodi est erui ac lolij farina, id iam potius ad componendorum medicaminum tractationem, haudquaquam ad præsens institutum pertinet. sed & in paratu facilibus ipsum dicetur. verum in præsens sufficit abstergentem & incidentem cum adstrictione quapiam propositi medicaminis dixisse facultatẽ, ac sic ad aliud transgredi. cortex tamẽ eius admodũ adstringit: itaq; & hũc quoq; possis vbi validus vsus est adstrictionis, accõmodare.

Balsamum.

Balsamum desiccat & excalfacit secũdo excessu, est autem & tenuium partium adeò vt odoratum sit. Sed liquor eius subtiliorum etiam partium est quàm ipsa planta, non tamen adeò calidus, q̃ quidam existimant, tenuitate partiũ falsi. Porrò fructus eius persimilis facultatis est, cæterũ longe in subtilitate partiũ inferior.

Balaustium.

Balaustium flos est agrestis punicæ, sicut domesticarum cytinus. valenter gustũ adstringit. Et sanè desiccantis & refrigerantis facultatis est, & nimirum etiã crassæ essentiæ, si quidem memores sumus eorum quę in quarto horum cõmentariorum sunt prodita, vbi ostendimus omne adstringens terrestre esse frigidum. Aliarum autẽ qualitatum nullius præ se fert indicium. Proinde ipsum quis censeat strenue & exsiccare & refrigerare. Siquidem non perperam in quarto horum voluminum terreis frigidis corporibus adstringentem inesse qualitatem demonstratum est. Sanè vero & euẽtus ipse cõprobat. Nam si intertriginibus & alijs vlceribus ipsum illinas, celerrime illa videbis cicatricem cõtrahere. Hoc sanè nomine & ad sanguinem reijcientes, & ad dysenteriam, tum ad ventris vteriq; profluuia nõ est quispiã medicorum qui curandi tractatus conscripsere, qui hoc non vtatur medicamento.

Batus. Rubus.

Rubi folia, germina, flos, fructus & radix qualitate adstringẽte participant, eaq; non obscura. Sed hoc inter se differunt, quòd folia mollia & recens nata plurimum in se habeant substantiæ aqueæ, paucum vero adstrictionis. eadem ratione & germina. Itaq; si mandãtur, aphthas & alia oris vlcera sanãt. Quin & alia vulnera glu-

tinare valent. Est enim eorũ temperies partim ex terrea frigida essentia, & aquea tepida. At fructus, si quidem maturus fuerit, non parum habet succi calidi temperati, qui dulcis est, vti monstrauimus. Itaq; ob hoc & ob modicã adstrictionem esui non insuauis est. At immaturus à frigida substãtia terrea vincitur, ac proinde acerbus est & exsiccatorius. Et sanè vterq; reconditur validius quàm recens desiccans. Sed & flos eandem vim fructui immaturo possidet, vtraq; ad dysenterias, & ventris profluuium, tum robur deperditum, & sanguinis expuitionem idonea remedia. Porrò radix præter adstrictionẽ non paucam habet substãtiam in sese tenuem, per quam & lapides renum comminuit.

Batrachium. Vulgo Ranunculus, gallis bassinet

Batrachium quatuor habet speciatim differẽtias. Omnia vero vehementer acrẽ qualitatẽ possident, adeo vt cum dolore exulcerẽt. hac ratione si moderate ac cõueniẽter vtare, psoras & lepras excoriant, & vngues diuellunt: tum leprosis stigmata digerũt, & acrochordonas & myrmecias detrahũt. Quin & alopecias iuuãt pauco tempore admota. Nam si diutius inhæreãt, non excoriatur solum ipsa cutis, sed & in crustam vritur. Atq; hæc omnia caulis & foliorũ sunt opera si imponas virentia. Porrò radix arefacta sternutationem prouocat similiter alijs quę valenter desiccãt. Sed & dentes dolentes iuuat, vt & frangat eos, valenti scilicet exsiccatione. & vt semel dicam, calida & sicca valde est tum radix, tum vniuersa adeò herba.

Batrachij 4 sũt species prima quæ Ranunculus est pes vocis de folio est ranunculus vulgo bassinet. 2ª de appendiciis aquis nascẽs gaudet de paludinia Gesta, apulmè Galeni secundo Coract. q. quod ranunculi nocui regat 3ª est Ranunculus ephes minima flore luteo gaudens stolo. 4ª est seminalis Geoponicis & similes flore albo et multis foliis ne nouem nominis

Bdellium. Myrrhæ species est gummi quod vndique ad omnes actiones vtile applicatum arcto ponit summa gd hoc est

Bdellium, quod scythicũ nominant, quod sanè & atrius est, & resinosum magis, emolliẽtis admodum & efficacis virtutis est. At alterum, nempe arabicum, quod dilucidius est, magis desiccat quàm emollientia. Igitur recens & humidum est, & cõtusum facilè mollescit, ad omnia ad quæ scythicũ, idoneũ. At quod antiquius est, & admodum gustu amarum, & acre & siccum, ab eorum quæ indurata molliunt mediocritate excidit. Vtuntur autem quidam illis, & potissimum arabico, & ad bronchocelas, & hydrocelas, saliua matutina ieiunaque subigentes, vt emplastri consistentiam accipiat. Porro Arabicum & calculos renum in potu sumptum frangere apparet, tum vrinas ciere, & crudorum flatuum discursus, præterea laterum dolores & rupturas persanare.

Bdellio ego tacemus est quod pharmacopolis ostendunt nigrũ minus est aurei est vasis donatum debilis subtilis pistasse ex vasis bdellij dr. mirrha dicitur Bdellium Arabicum

Bechium. Tussilago. Pharmacopolis do vngula caballina alijs pata equina quibusdam passus asini

Bechium inde adeò nuncupatũ est, quod bechas, hoc est tusses & orthopnœas iuuare sit creditum, si quis folia arida aut radicem in prunis vrens ascendẽtem inde fuliginẽ inspiratu attrahat. Est autẽ modice acris, vt sine molestia noxaye omnes thoracis abscessus credita sit rumpere. Sanè folia virentia partes crudã phlegmone obsessas illitu extrinsecus adiuuant, nempe ob aqueæ substantiæ admistionem, qua omnia viridia teneraq; participãt, alia plus, alia minus. Nam sicca bechij folia acriora sunt quàm vt phlegmonis conueniant.

Bechium Tussilago quia tussim sedat

Blitum. Blitum est frequens in hyspania, apud nos eam folia habet similia atriplici. Succus eius subamaro dulci est phlegmone

Blitum holus est esculentum humidæ frigidæq; temperaturæ in secundo maxime excessu à temperatis.

Bulbus satiuus. Bulbus nomen est generale quod tamen ab Græcis bulbosis frequentius tum id est quod vocatur diuus gallis. Ab romanis / aut est allium ad. Ab hispanis cebollas, vocatur Græce κρόμμυον.

Bulbus esculentus quidem frigidior & crassior est, lentumq; succum procreat. Nam & coctu difficilis est, & flatuosus, & venerem prouocans. Attamen illitus ob amaritatem simul & adstrictionem abstergit simul & glutinat, & nimirum etiam

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 153 sur 277

exſiccat. Eſt enim oſtenſum amaritudinem in extergentibus eſſe ſubſtãtijs, adſtrictionem vero in glutinantibus. At ſiccitas vtranq; conſequitur.

Bolbos emeticos. Bulbus vomitorius.

Bulbus vomitorius multo eſt calidioris temperaturæ quàm ſuperior.

Bubonium. ſer dr q ſanet bubones / glandulas inflammatas /

Bubonium, aut Aſter atticus, nuncupatum eſt ita, quia creditum eſt bubonas ſanare, tum illitum, tum inguini adalligatum. Eſt autem mediocriter digerentis facultatis, quia videlicet & modice calidum eſt, nec vehementer: nec ita deſiccat vt tendat, maxime quum etiamnum molle ac recens fuerit.

Bugloſſum.

Bugloſſum humidæ calidæq; temperiei eſt. Itaq; vinis iniectum, letitiæ ac hilaritatis cauſa eſſe creditum eſt. Sed & ijs qui ob ſupremi gutturis (pharynga græci vocant) aſperitatem tuſſiunt, coctum in melicrato conuenit.

Bunium.

Buinum, alij arcticũ, adeò excalfacit, vt & vrinam moueat, & meſes prouocet, ſed & pſeudobunium adſimilis illi caliditatis eſt.

Buphthalmum.

Buphthalmum ſic appellatum eſt à floribus qui in ſpecie boum oculis videãtur adſimiles: colore autẽ anthemidis floribus ſimillimi ſunt, ita multo tum maiores, tũ acriores: proinde & vehemẽtius digerũt, adeò vt & duritias ſanẽt cerato miſti.

Brathy. Sabina.

Sabina ex numero eſt fortiter exſiccantiũ, idq; ſecundum treis qualitates quas in guſtu præ ſe fert, ſimiliter cupreſſo, niſi q ea & acrior eſt, &, vt ſic dixerim, magis aromatica, ſeu odoratior. Igitur huius quã modo dixi qualitatis eſt particeps, nẽpe acrimoniæ conſiſtentis in temperamento calido, præterea amaritudinis & adſtrictionis obſcurioris q̃ in cupreſſo. Siquidem quanto magis acrimonia ſuperat, tãto etiam potentius digerit. Itaq; glutinare nequit ob ſiccitatis & caliditatis robur. Nam vtriuſq; illi tantũ ineſt, vt etiã tendat, & inflammationẽ afferat. At putredinibus ſimiliter cupreſſo accõmodari poteſt, maxime vbi rebelliores fuerint & diuturniores. Nam hæ citra noxam vim medicamẽti perferũt. Quin & quæ atra ſunt reddita, & admodũ ſordida, ea cum melle expurgat. Carbũculos item ſoluit. Porrò eſſentię tenuitate menſes quoq; prouocat, vt ſi quid aliud: & ſanguinem per vrinas mouet. Fœtum etiam viuentem interficit, & mortuum eijcit. Eſto autem hoc medicamen tertij ordinis tum excalfacientium, tum deſiccantium, ex numero eorum quæ vel maxime tenuium ſunt partium. Et hoc vtiq; nomine vnguentis inditur, & maxime gleucino, & in multas antidotos inijcitur. Quidam vero etiã Cinamomi vice duplũ eius ſubijciũt. Eſt enim extenuãdi & digerẽdi facultatis ſi epotũ fuerit.

Bretanica.

Bretanicæ herbæ folia adſtringentia ſunt, & vulnerum glutinatoria, ſimilia agreſtibus lapathis, niſi quatenus atriora ſunt, magiſq; hirta. Sed & expreſſus ex illis ſuccus perinde natus eſt adſtringere. itaq; coctũ quidam reponũt tanquã inter ſtomatica medicamẽta efficaciſſimũ. Videtur enim ſanare iam etiam putreſcentia.

Bromus.

Bromus, vnum eſt ex leguminibus, verùm vt medicamentum ſimilem hordeo vim obtinet. Nam illitũ deſiccat & digerit mediocriter, & ſine morſu. Temperiẽ

autem habet paulo frigidiorem. Nonnihil etiam adſtrictionis obtinet, vt ventris profluuia iuuet.

Bryon thalattion. Alga.

Bryon thalattion cõpoſitum eſt ex terrena & aquea eſſentia, vtraq; frigida. Siquidem & guſtum adſtringit, & calidis quibuſuis illitum, ea refrigerat & adiuuat.

Bryon, aut Splanchnon. Muſcus.

Bryon, quidam vero Splanchnon. Inuenitur autem in quercubus & piceis & populis albis. vim habet adſtringentem inualidam. Nec enim multum eſt frigidũ, ſed proxime ferme mediſs, quia videlicet & digerendi & emolliendi facultatis eſt particeps, maxime quod in cedrinis lignis reperitur.

Gallium.

GAllium inde adeo nomẽ ſortitum eſt ſuum, quòd lac coagulet. Adſimile autem eſt aparinæ, facultatem obtinens exſiccatoriam & ſubacrem. flos eius ſanguinis profluuijs competere videtur, & combuſtis mederi. Eſt autem boni odoris, & coloris lutei.

Gentiana.

Huius herbæ radix multũ eſt efficax quum opus eſt extenuatione, purgatione, abſterſione, obſtructionis liberatione. nec mirũ ſi hęc poſſit, cum impẽſe ſit amara.

Gigarta, ſiue acinorum vuæ nuclei.

Acinorum vuæ nuclei ex ſecundo ordine ſunt exſiccantium, refrigerantiũ vero primo. Subſtantia eorũ craſſa eſt, & terrena: cui guſtus indicio eſt, nimirum quum acerbi appareant. Quin & experientia comprobat. Nam omnibus ventris cum profluuio iunctis affectibus impendio conferunt.

Gingidium.

Gingidium ſicut guſtu amaritatẽ & adſtrictionem præfert, ſic temperie quoq; ipſa caliditatẽ & frigiditatem. Secũdum vtrãq; vero qualitatem deſiccatorium eſt. Sedenim ſtomacho amicũ eſt, vtpote non paruam obtinens adſtrictionem. Quãobrẽ non admodum cõſpicuam caliditatẽ poſſidet: duobus autẽ numeris deſiccat.

Glaucium.

Glaucium adſtringit cum quodam faſtidio. Tum adeo inſigniter refrigerat, vt ſolum ſæpe eryſipelata, vtique ſi valentia non fuerint, curare poſſit. Miſtura eius compoſita eſt ex aquea terreaq; ſubſtantia, vtraq; ſanè frigida, verum non ſumme, ſed ceu aqua fontana.

Glaux.

Glaux herba, & ipſa lactis generandi vim obtinere videtur. Quod ſi ſit, calida quodammodo humidaq; fuerit.

Glichon. Pulegium.

Pulegium. & hæc herba, quãdoquidem acris & ſubamara eſt, valde tum excalfacit, tum extenuat. Porrò quòd excalfaciat, abunde magnum eſt teſtimoniũ, quòd illita rubrificat: & ſi quis diutius toleret, exulcerat quoq;. Quòd vero extenuet, ſatis indicat quum humida craſſa & lenta ex thorace & pulmone excreatu facilia faciat, menſeſq; moueat.

Glœos. Strigmenta balneorum.

Glœos modice emolliendi vim obtinet.

Glycyriza. Dulcis radix.

Huius fruticis radicũ ſuccus in primis vtilis eſt, ſimiliter vt eius radices dulcis, ſimulq; leuiter adſtringens. Proinde aſperitates lenire poteſt, nec modo in arteria, verumetiã veſica ſcabra: idq; temperaturæ mediocritate. Quocirca fuerit ſanè natura eius familiaris noſtræ temperaturæ. nam tale mõſtratum eſt eſſe dulce. ſed cũ adſtrictio quædam adiuncta ſit, vniuerſum eius temperamentum quantum ex caliditate & adſtrictione eſt, tepidæ potiſſimum caliditatis fuerit, quamproxime accedens ad ſymmetrum ſiue tẽperatum. Porrò quoniã temperie quoq; eſt humidũ id quod modice eſt dulce, iure ſanè etiam ſiti cõgruens medicamentum eſt, nimirũ modice humidũ, ſimul & humana natura frigidius. Refert Dioſcorides radicẽ ſiccã ad leuorẽ redactam, pterygiorum ſeu vnguiũ oculorũ idoneũ eſſe illitu remediũ.

Glycyſida. Pæonia.

Glycyſida, quã pentorobon & pæoniam nũcupant, radicẽ habet leuiter adſtringẽtem cum quadam dulcedine: ac ſi pluſculum dẽtibus mandas, acrimoniam item quampiam ſubamaram ſubeſſe percipies. Proinde menſes ciet ex melicrato, amygdali pota quantitate. Sanè tundere eam neceſſe eſt, ac ita cribratam inſpergere. Expurgat porrò etiã iecur obſtructum, & renes. ſed hęc efficere nata eſt quà acris & ſubamara eſt. Quà vero quiddam etiã adſtrictorium obtinet, in vẽtre proueniẽtes fluxiones ſiſtere poteſt. Cæterum eam tunc in auſterorũ vinorũ quopiam decoctã potare cõuenit. Eſt porrò omnino & reſiccatoria. Eapropter haud deſperauerim eam ex collo pueris ſuſpenſam merito comitialem morbum ſanare. Equidem vidi puellum quandoq; octo totis menſibus morbo comitiali liberum, ac poſtea forte fortuna quum quod à collo ſuſpenſum erat decidiſſet, protinus denuo cõuulſione correptum, rurſuſq; ſuſpenſo in locũ illius alio, inculpate poſtea egiſſe. Porrò viſum eſt mihi ſatius eſſe rurſum id collo detrahere, certioris experientiæ gratia. id cum feciſſem, ac puer iterum eſſet conuulſus, magnam recentis radicis partem ex collo eius ſuſpendimus, ac deinceps prorſum ſanus effectus eſt puer, nec poſtea cõuulſus eſt. Rationabile itaque erat aut partes quaſpiam à radice defluentes, ac deinde per inſpirationem attractas, affectos ita locos curare, aut aërem à radice aſſidue mutari & alterari. Nam hoc pacto ſuccus cyrenaicus columellam phlegmone affectam iuuat, & melanthium frictum palàm catarrhos & coryzas deſiccat ſi quis id in calidum linteum rarum liget, aſſidueq; calorem ex eo per inſpirationem in nares attrahat. Quinetiam ſi cõpluribus linis, & maxime marinę purpuræ, collo viperæ iniectis, illis viperam præfoces, eaq; poſtea cuiuſpiam collo obuincias, mirifice profuerit tum pariſthmijs, tum omnibus ijs quæ in collo expullulant. Sanè de talibus priuatim aliquando forte conſcribam. At nunc pæoniæ cognoſcendum tẽperamentum eſt tum exſiccatorium, tum ſubtilium eſſe partium, haud tamẽ inſigniter calidum, ſed aut ſymmetrum, aut pauxillo calidius.

Gnaphalium.

Gnaphalium inde adeò nominatum eſt, quòd folijs eius mollibus pro tomẽto vtantur. Sunt autem candida, & modice adſtringunt, ac proinde quidam id exhibent ex auſterorum vinorum quopiam dyſentericis.

Gongilis. Rapum.

Gongilidis ſemen venerem excitat, vtpote ſpiritum flatuoſum procreans. Sic & radix coctu difficilis eſt, inflatq;, & ſemen generat.

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 156 sur 277

Damaſonium. Aliſma.

DAmaſonium, aut aliſma. De hac herba in tertio libro tradit Dioſcorides quòd radix eius epota dyſenterias ſanet, & aluum ſiſtat, atque œdemata mitiget. Sed nos ea quidem experti non ſumus: quòd autem conſtitutos in renibus calculos aqua in qua decocta fuerit, pota comminuat, id certe experti ſumus. Ex quo liquet quòd abſterſoriã quandam facultatẽ obtinet.

Daucus. Staphylinus.

Daucus, quem quidam ſtaphylinum nũcupant, agreſtis quidem domeſtico minus eſt eſui idoneus, cæterum in omnibus vehementior: at domeſticus eſui aptior, ſed imbecillior, acrem, & calfaciendi facultatẽ obtinet, ac proinde etiam extenuandi. Certe radix præter iam cõprehenſa flatuoſum quiddam obtinet, ac veneriũ. Semen autẽ domeſtici quidem & ipſum quandã ad venerẽ ciendi potẽtiam poſſidet. Agreſtis vero planè flatu caret, quod ἄφυσον vocant: ac proinde vrinã menſeſq; ciet.

Dauci ſemen.

Dauci herbæ ſemen excalfaciendi vehementer facultatem habet, adeo vt inter prima efficax ſit tũ vrinæ mouendæ medicamen, tum menſibus prouocandis. Multum etiam digerere per halitum foris impoſitum valet. Ipſa vero herba ſimilẽ quidem vim obtinet, tamen ſemine infirmiorem, nimirum ob aqueæ humiditatis miſturam: quanquam vtique & ipſa calida ſit temperie.

Daphne arbor. Laurus.

Lauri arboris & folia & fructus deſiccant & calfaciunt vehementer, pluſq; etiam fructus quàm folia. At radicis cortex minus quidem acris eſt & calidus, plus tamen amarus, habetq; etiam adſtrictionis nonnihil. Quamobrẽ & calculos confringit, & iecori prodeſt. bibitur ex vino fragrante trium obolorum pondere.

Daphne herba.

Daphnes herbæ, quam & daphnen Alexandrinam appellitant, temperatura euidenter eſt calida, & guſtantibus acris ſimul eſt & ſubamara, potaq; tum vrinas tum menſes prolicit.

Chamædaphne.

Porro chamædaphnes germina tenera edi quoque aſſolẽt. Eſt autem perſimilis viribus daphnæ Alexandrinæ, ſicut ſanè & quòd daphnoides nuncupant.

Dictamnum.

Dictamnum tenuiore eſſentia cõſtat quàm pulegiũ, cætera illi ſimile. At quod vocant pſeudodictamnum, ad omnia imbecillius dictamno eſt.

Dipſacos.

Dipſaci ſpinæ radix ex ſecũdo ordine exiccatoria eſt, habetq; nonnihil & abſterſorium.

Dorycnidium.

Dorycnidium temperamento papaueri ſimile eſt, & mandragoræ, ac quæcunq; parem habẽt refrigerandi potẽtiam: excellit & frigiditate aquea: quamobrem paculum quidem, ſoporem conciliat, pluſculum vero ſumptum interimit.

Dracuntium. Dracunculus.

Dracuntium quiddam Aro perſimile obtinet tum folijs, tum radice: cæterum illo tum acrius eſt, tum amarius, ac proinde calfactorium magis, & tenuioribus partibus. Habet etiam leniculam quandam adſtrictionem, quæ quandoquidem cum comprehenſis duabus qualitatibus acri ſcilicet & amara coniuncta eſt, medica-

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 157 sur 277

mentum factũ eſt, vt quę maxime, efficax. Nã radix viſcera omnia expurgat, craſſos potiſſimum & lentos ſuccos extenuans: optimumq; remedium eſt contumacium vlcerum, quæ κακοήθη nuncupant. Expurgat quoq; extergetq; profecto ſtrenue tum alia quæ exterſionẽ deſiderant, tum vitiliginem cum aceto: tum folia item, vtpote ſimilẽ facultatem habentia, vlceribus vulneribuſq; recèns inflictis accõmoda ſunt; & quanto minus fuerint ſicca, tanto magis conglutinant. Nã quæ ſicciora ſunt, viribus ſunt acrioribus quàm vt vulneribus cõueniãt. Creditum quoq; eſt caſeum humidum ſi illis foris tectus reponatur, ob temperaturæ illorum ſiccitatẽ à putredine conſeruari. Fructus valentior eſt non folijs tantum, ſed & radice: itaque & cancros & polypodas eliquare creditus eſt. Succus quoque eius vitia oculorum expurgat.

Dryopteris. Filicula.

Dryopteris guſtu miſtam qualitatẽ præfert, dulcem, acrem, amaram, in radice vero item acerbam. Facultatem habet ſeptícã: proinde etiam pilis glabram cutem efficit.

Drys. Quercus, ſiue Robur.

Quercus partes omnes adſtringentis facultatis participes ſunt. Sed plus tamẽ habet quæ in trunci cortice membrana ſubeſt, tum quæ ſub glandis ipſius caliculo, ea videlicet quæ fructus carnem conueſtit. Quamobrem ad profluuium muliebre, & ſanguinis expuitiones, [tum dyſenterias,] & diuturnos vẽtris fluxus commodã eſſe credunt. Maxime vero ea vtuntur decocta. Valentius tamen adſtringũt fagus & ilex, ſeu quis eas ſpecies eſſe Roboris velit, ſeu toto genere diuerſas. Quin & folia harum plantarum tenella illita non inſtrenue deſiccare valent, minus autem quæ ſunt alterius Roboris, nimirum quanto minus fortita ſunt adſtrictionis. Siquidẽ ego quãdoq; glutinaſſe me vulnus memini ſecuri inflictum, cum nullum adeſſet ad manum medicamen præter ipſius quercus folia. terebam ea in læui petra, & vulnus omnemq; vicinum locum contexi. Eandem folijs vim habet & fructus Roboris, eoque medici nonnulli ad incipientes & creſcentes vtũtur phlegmonas. Nam quæ iam vehementes ſunt, adſtringentia reſpuunt. Sed talia ad curandi potius rationẽ quàm præſentem tractatum attinent. Cæterum in præſentia nouiſſe q eatenus adſtringẽtem, quatenus dictũ eſt, facultatem quercus obtineat, ſufficit: ac proinde deſiccandi, atque adſtringendi: excalfaciendi autem paulo infra media, in genere ſcilicet eorum quæ (vt ſic dicam) tepida ſunt.

Ebiſcus. Althea.

EBiſcus, ſiue althea. Eſt autem malua agreſtis, facultate digerendi, laxandi, ἀφλεγμαντικός, hoc eſt phlegmone leuandi, mitigandi, concoquẽdi difficiles coctu abſceſſus. Radix porro eius & ſemen cætera quidem pari folijs modo agunt, verum tenuiorum partium, magisq; exiccatoriam, ad hæc magis exterſoriam facultatem oſtendunt, vt & vitiligines detergant, & ſemen, renum calculos confringat. At radicis decoctum ad dyſenteriam, diarrhœam, hoc eſt profluuiũ & ſanguinis reiectionem aptum eſt, nempe quum adſtringentem quandam facultatem poſſideat.

Ebenus.

Ebenus ex ijs lignis eſt quæ trita cum aqua in ſuccũ ſoluuntur. Vis ei ineſt excalfaciendi, extergẽdi, & tenuium partium. Quamobrem quæ pupillas offuſcant, extergere creditur. miſcetur alijs remedijs ocularibus quæ ad vlcera multa, fluxiones,

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 158 sur 277

& bullas ſiue puſtulas accommoda ſunt.

Elæa. Olea.

Oliuę rami quantum habent adſtrictionis, tantæ & frigiditatis participes ſunt. Fructus vero, ſi quidem ad vnguem maturuit, moderate calidus eſt: ſin immaturus eſt, magis tum adſtringit, tum refrigerat.

Elæon. Oleum.

Oleum quod ex oliuis conficitur, quod ſanę proprijſſimo nomine oleum appellamus, cuiuſmodi ſit temperaturæ, ſuperioribus libris definitū eſt. Quippe humectatorium eſſe & moderate calidum oſtēdimus. Eiuſmodi eſt quod eſt dulciſſimū: ſitq; potiſſimum ex oliuis quas græci ὀλυβάδας vocāt, nos druppas. Cæterum quod omotribes & omphacinum nuncupant, id quantum in ſe habet adſtrictionis, tantū etiam illi ineſt frigiditatis. Porro oleum vetus, quod quidē ex dulci inueterato efficitur, & calidius eſt, & potentioribus ad euaporandum viribus. Quod vero ex crudo, id dum reliquum quippiam ſeruauerit adſtrictionis, miſtę permanet facultatis. vbi vero illam prorſum abiecerit, reliquo fit ſimile. Quinetiam quicunq; in præparando ramos iniiciunt, ij & ipſi omphacino ſimile oleum efficiunt. Cæterum rogādum non eſt quo pacto ſit præparatum, ſed guſtandum eſt potius: ac ſi præferat adſtrictionis quippiam, eatenus etiam frigidum eſſe exiſtimādum, ceu illud quod ab Iberia portatur, quod ſpanum, id eſt hiſpanicū nominant. Quod ſi nequaquam guſtātibus adſtringere appareat, ſed ad amuſſim videatur dulce, id modice eſſe calidū putādum. Porro ſi tenue quoque cernatur, (tale eſt quod purum eſt, quodq; intuenti tranſlucidū videtur) ac modicū eius latiſſime per cutē extenſum ſibi maneat continuum, celeriterq; à cute combibatur: id vtiq; pro optimo ducēdum, ac olei virtute quàm maxime pollere, quale eſt ſabinum. Porro q̄ oleum lotū minime omniū mordacitatem continet, ſuprà poſitum eſt. Cæterum quo potiſſimū modo id probiſſime laues, in ſequēti tradam opere, quod inſcribetur de medicaminū compoſitione: vbi & de ſicyonio, & ſi quod eius generis præterea oleum eſt, agetur: nūc ſermo mihi eſt de ſimplicibus, adijciāq; & de alijs olei ſpeciebus. Vocatur enim quoddam cicinum oleū, in Aegypto maxime proueniens ex fructu ricini. Tum raphaninum, ſeſaminū, amygdalinum, caryinum, ad hæc ſinapinū, lentiſcinum, laurinū, melanthinum, terebinthinum, maſtichinum, myrtinum, balaninum, hyoſcyaminum, nec pauca præter hæc ex fructibus expreſſa omnia, cæterum tantum inter ſeſe diſcrepantia, quantum & fructus ipſi à ſe inuicem diſſident. Eſt enim cicinum tum tenuius, tum ad diſcutiendum potentius, quàm ſimillimum oleo ex oliua vetuſto. Quamobrem ſiquando in medicamēti compoſitione cicinum oleum adſcriptum fuerit: ſi ipſum non adſit, cōmuni vtendum oleo, maxime ſi fuerit ſabinū. Raphaninū autem cætera huic ſimile eſt, ſed calidius tamē: at hoc etiam calidius ſinapinū. Huic ſimile eſt quod ex melanthio, hoc eſt gith, cōficitur. Pugnant cū iſtis myrtinū & ſeſaminū, tum q̄ adſtringāt, tū quod craſſarū ſint partiū. Miſtę facultatis eſt lentiſcinū & terebinthinū, & maſtichinum. non enim tantū emolliunt, ſed & adſtringunt. Amygdalinum porro amaritatem exuperātem poſſidet, cæterum cuiuſdam etiam adſtrictionis eſt particeps: non tamen caryinum, ſed id vel maxime ſimplicis eſt digerendi facultatis. Calidius eo eſt laurinum, & hoc etiam magis cedrinum. proximum ei eſt quod ex nigra pice conficitur. Dadinum, minus quidem laurino calidum, verum valentius deſiccans. Hyoſcyaminū vero miſtæ facultatis eſt,

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 159 sur 277

emolliendi videlicet, & refrigerandi. Oleum porro cicinum ventrem ſubducit. Hoc vero magis, quod fit ex gnidio grano, tanto nimirum, quanto granum potentiorē purgādi vim obtinet, quàm cicis, id eſt ricinus. Iam quod ex agreſti oliua oleum exprimitur, nō ſimplicem temperaturam obtinet, ſed extergit, ſimulq; adſtringit. Squalidiſſimum id eſt ex omni olei genere, & poſt iſtricum quoque. deinceps illis eſt hiſpanum. Pinguiſſimū eſt libycum, & cilicium: ſimul autē pingue & tenue ſabinum. In medio comprehenſorum omniū ſunt tū id quod per Cyclades inſulas naſcitur, tū quod per Græciā, Aſiamq;. Porro oleū pingue æſtimatur iudicaturq; viſcoſitate: tenue vero, ſi perluceat, ſi purū ſit, ſi plurimū minima eius portione inuſgatur, ſi facile à cute combibatur. Ex dictis cognoſcere iā liceat & de alijs olei generibus, quæ æquiuoce ipſis dicūtur vnguentis, puta roſaceo, melino, liliaceo, & quæcunq; id genus floribus, fructibus, germinibus, folijs in oleo maceratis cōficiuntur. Horum quodq; vbi vnà cum aromatibus præparantur, vnguētum efficitur. De his copioſius dicetur in opere de componendis medicamentis. Porro vbi quod in præſentiarū vtile eſt expoſuero, deſinam. Pro cuiuſq; iniectorum natura oleū variari contingit. Ex ijs ergo quæ in toto hoc opere de quoque inijciendorum generatim diſces, ſingillatim quoq; confectum ex ijſdem oleum cognoſcere dabitur.

Elatine.

Elatine modice tum refrigerat, tum adſtringit.

Elaphoboſcus.

Elaphoboſcus facultatis eſt excalfactoriæ, & tenuium partium, ac proinde exiccatoriæ ſecundo maxime exceſſuum ordine.

Elenium. Enula campana.

Elenij herbæ radix maxime eſt vtilis, non primo ſtatim occurſu excalfaciens, ac proinde dicenda eſt non calida & ficca exacte ceu piper tum atrum tum candidum, ſed cum recrementitio humore. Quapropter eligmatis quæ faciunt ad educendos ex pectore pulmoneq; craſſos lentoſq; humores, idonee commiſcetur. Rubrificant eius quoq; vi partes frigidis ac diuturnis vexatas affectibus, cuiuſmodi ſunt nōnullæ coxarum paſſiones, iſchiadas vocant, & exiguæ aſſiduæq; articulorum quorundā præ humiditate procidentiæ ac luxationes.

Eleliſphacos. Saluia.

Eleliſphacos euidenter excalfacit, ac leuiter ſubadſtringit.

Helleborus. Veratrum.

Helleborus vterq; tum albus tum niger extergentis eſt & excalfacientis facultatis. Quamobrem ad alphos, lichenas, pſoras lepraſq; accommodi ſunt. Quinetiam niger ſi in fiſtulam callo induratam infundatur duobus tribuſve diebus, callum detrahit. Dentibus prodeſt cum aceto colluentibus. Sunto autem in tertio ordine excalfacientium & deſiccantium. Porro niger guſtu calidior eſt, candidus amarior.

Elxine.

Elxine. Alij perdicium nominãt, alij parthenium, alij ſideritin, ſunt qui heracleã appellitent. cæterum vis ei ineſt abſtergendi & cōſtringendi cum humiditate ſubfrigida. Quamobrē phlegmonas omnes in initio & augmēto ſanat vſq; ad ſtatum (ἀκμὴν græci vocāt) & maxime ſi calidæ fuerint. Quinetiā incipientibus phygethlis cataplaſmatis ritu illinitur. Tū etiam ad auriū dolores phlegmonoſos ſuccus eius mediocriter profuerit. Gargarizandum item nonnulli exhibēt ad pariſthmia. Sunt

vero etiam ex medicis quidã qui ijs qui diutina tussi vexantur, illam exhibuerint. Certe euidens extergendi experimentum præbet & in vasis vitreis.

Elxine.

Elxine, quæ & cissampelos nuncupatur, digerendi facultatem obtinet.

Elymus, Meline, Panicum.

Panicum ex leguminum genere est, milio specie simile, facultate certe pauci nutrimenti, & exiccatoria. Sistit quoque nonnihil ventris fluxus, ceu ipsum etiam milium. Si vero foris illinatur, exiccat atque refrigerat.

Empetron.

Empetrum ad solas purgationes esse videtur commodum, bilem ac pituitam educens. Gustu tamen est: proinde ad alia quoque vtaris licet, ad quæ pollere ostendimus substantiam salsam. Nominatur item prasoides.

Epithymum.

Epithymum thymi facultatem habet, ad omnia efficacius. exiccat & excalfacit in tertio gradu.

Epimedium.

Epimedij vis est moderate refrigeratoria cum aquea humiditate: quare nullam habet insignem qualitatem. vberibus illitum ea recta seruare potest. Aiunt vero si potu hauriatur, sterilitatem parere.

Epimelis.

Epimelis, acerba hæc planta est, vtq; dixerit quispiam, pomus syluestris. Vocatur autem ab Italiæ rusticis Vnedon. Ingẽs eius in Calabria prouẽtus. Fructus eius acerbus quidem est, nihilominus tamen stomacho ingratus, & capitis mouens dolores. Admista siquidem ei est aliena quæpiam qualitas.

Erebinthus. Cicer.

Cicer legumen est flatuosum, copiosi nutrimenti, aluo mouendæ habile, ciendæ vrinæ idoneũ, lacti & semini generãdo aptum. prolicit vero & mẽses. Porrò quod vocatur crium, hoc est arietinum, cæteris efficacius vrinam prouocat. Decoctũ eius calculos renum confringit. Reliquum autem cicerum genus, (vocatur autem orobium) eadẽ vi pollet, puta attrahendi, digerendi, incidendi, extergendi. Sunt enim calidi, & modice sicci. participes item sunt amaritatis, cuius vi & lienem & iecur & renes expurgant, psoraſq; & lepras & lichenes extergunt, tum abscessus post aures prouenientes (παρώτιδας græci vocãt) & testes induratos discutiunt. Tum etiam vlcera quæ cacoëthe vocant, cum melle sanant.

Erebinthus agrestis.

Erebinthus agrestis ad omnia efficacior domestico est, hoc est tum calidior, tum siccior, quanto & acrior & amarior.

Erice.

Erice digerẽdi per halitum facultatem obtinet. Flore eius potissimum ac folijs vtendum.

Erpylus. Serpyllum.

Serpyllum vsq; adeo excalfacit, vt & menses & vrinas moueat. gustu multum est acre.

Erysimum.

Erysimi semen sicut gustu nasturtio apparet simile, ita facultate igneum est,

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 161 sur 277

excalfactorium. Porro vbi in eligmate vti ex vſu eſt, præſtat aqua maceratum refrigerare, aut linteolo inuolutũ & cruſta piſtoria circũlitum torrere. Vtile eſt cum eligmatis ad promouẽdas craſſorum lentorúmq; pectoris pulmoniſq; humorum exſpuitiones. Quin & parotides induratas & duritias antiquas vberum & teſticulorum iuuat. Refert Dioſcorides q; cum aqua & melle cataplaſtri in morem illitum occultis proſit cancris.

Erythrodanum. Rubia paſſiua.

Eſt autẽ tinctorũ rubia radix acerba, & guſtu amara. Itaque quæcunque agere dictæ ſunt ſuperiore libro vbi eiuſmodi coiuerint qualitates, ea omnia in hac radice luculenter conſpicies: quippe cum & lienem & iecur expurget, & vrinas craſſas multaſque ac nonnunquã etiã ſanguinolentas moueat. Quin & mẽſes ciet, & mediocriter quæ exterſionem poſtulãt extergit: proinde vitiligines albas cũ aceto illita iuuat. Sunt qui eam iſchiadicis, hoc eſt coxendicum doloribus afflictis, & reſolutis in potu cum melicrato exhibeant.

Eupatorium.

Eupatorium herba ipſa tenuium partium, incidendi extergẽdiq; facultatem cum manifeſtam caliditatem obtinet: quocirca obſtructiones iecoris expurgat. Ineſt itidem ei & adſtrictio quædam, per quam robur viſceri addit.

Euphorbium.

Euphorbium cauſticæ ſiue vrentis & tenuium partium facultatis eſt, aliis ſuccis ſimiliter.

Ephemerum.

Ephemerum, non illud letale ac deleterium, ſed alterum, quod & irin agreſtem cognominant, folia & caulem lilio ſimilem obtinet, radicem oblongam, non rotũdam ceu colchicum. Digiti potiſſimũ craſſitudine adſtringẽs, & boni ſuauiſq; odoris. Ex quibus palam fit facultatis temperaturæq; eſſe miſtę, nẽpe repellentis, & halitu euaporantis. Teſtificantur opera quæ particulatim edit. Siquidem nõ ineffaciter radix eius in dentiũ doloribus colluitur. Tum phymatum augmento & ſtatui folia congruunt. Oportet autẽ ea in vino decocta prius quàm pus moueas, illinere.

Echinus herba.

Echini herbæ fructus acerbus eſt, ac proinde repellẽtis & exiccatoriæ facultatis. Vtuntur eo ad oculorum fluxiones & aurium.

Zea.

ZEia vniuerſa ſua facultate quodammodo in medio eſt tritici & hordei. Itaque ex illis cognoſcatur.

Zingiber.

Zingiberis radix vtilis eſt, vtiq; quam ex Barbaria ad nos conuehunt. Excalfacit, ſed non primo ſtatim occurſu velut piper: vnde ſanè & minus eſſe ſubtiliũ partiũ quàm piper exiſtimandũ, ſi quidẽ in tenues ſolueretur partes, & celerrime actu vt illud fieret calidũ. Apparet enim illaborata & craſſior adhuc quædã ei ineſſe ſubſtantia, nec ea ſicca & terreſtris, ſed humida potius atq; aquea. Quo fit vt facilè perforetur, cũ ſcilicet recremẽtitia inſit humiditas. Neq; enim quicquam eorũ quæ aut planè ſicca ſunt aut humida, ſed elaboratã & familiarẽ continẽtia humiditatẽ, huic vitio obnoxia ſunt. Idẽ vſuvenit piperi longo. Atq; hinc eſt quòd diutius pſeuerat quæ proficiſcitur a zingibere aut pipere longo caliditas, quã quæ ab albo aut nigro.

Nã sicut ab aridis calamis flamma simul celerrime accenditur, & vndequaq; dispergitur: eundẽ in modũ quæ à siccis potestate medicamentis editur caliditas. At quæ prodit ab humidioribus, ceu ligna sunt viridia, & tardius accẽditur, & durat diutius. Ex quo fit vt vtriusque medicamenti diuersus sit vsus. Siquidem vbi totum corpus celeriter excalfacere consilium est, ea tunc exhibenda sunt quæ & celerrime à caloris nostri contactu incalescant, & promptissime vndequaque ferantur. Verum vbi partẽ quamuis refrigeratam recalfacere studemus, contrà agendum, nimirũ quæ tarde calescentia plurimo tempore perdurent, ea præbendo. Cæterum licet zingiber & piper album hac ratione à nigro pipere differant, non magna tamen est differentia. at nasturtium, napy, thapsia, & agrestium columbarum stercus maiori tempore perfecte accenduntur, & plurimo tempore perdurant.

Zythus.

Zythus acrior est non parum hordeo, & succi praui, vtpote qui ex putredine proueniat. est & flatuosus. tum partim acris est & calidus, parte vero plurima frigidus, aqueus, acidus.

Zyme. Fermentum.

Fermentum tenuium est partium, & mediocriter calidũ. Proinde sanè sine molestia ac mordacitate quæ in profundo sunt tum extrahit, tum digerit. Cæterum ex contrarijs & ipsum facultatibus temperatum est, sicut alia multa. Particeps nanq; est aciditatis cuiusdã frigidæ, & caliditatis ex putredine natæ, cui accedit & ea quæ ex salis est & farinæ natura.

Hedioſmos. Menta.

HEdiosmos, alij vero minthen odoratã nuncupant. Est enim & alia quædã minthe non odorata, quã calaminthen vocant. Vtraq; gustu acri, & facultate calida est, ex tertio ordine excalfacientiũ. Infirmior tamẽ est mẽta odorata quam calamintha: minus excalfacit. Vt autẽ in vniuersum dicã, hæc ceu syluestris quædã est, illa ceu domestica: quamobrẽ sanè ob eã quæ ex cultu accedit humiditatẽ, mediocriter item ad venerẽ excitat. Id quod omnibus accidit quæ humiditatem semicoctam & flatuosam continent. Ob talem ipsius herbæ temperaturam in abscessibus ea quidã cum polẽta mista vtũtur. Id quod in calamintha facere nequeas, propterea quod valentius tum excalfaciat, tum desiccet, quam id genus poscant. Habet vero etiam quiddã amarũ in se & acerbum. Illo quidem lumbricos interficit, acerbitate vero si cum oxycrato bibatur, recẽtes sanguinis reiectiones reprimit. Substantiæ est, vt siqua alia herba, tenuium partium.

Hedysarum.

Hedysarum, aut pelecinus. Huius fruticis semen colore ruffum est, vtrinque anceps, vti secures. Amarum & subacerbum apparet. Quãobrem potum gratũ est stomacho, & viscerũ obstructiones expurgat. Idẽ præstãt totius fruticis germina.

Hemerocalles.

Hemerocalles radicẽ habet lilij radici similem, non figura tãtum, sed & viribus. prodest, nõ secus atque illa, igni ambustis, quippe quæ leuiter digerentem facultatẽ habeat, & cum hoc nonnihil adstringentem.

Hemionitis.

Hæmionitis simul & adstrictionem & amaritudinem possidet: quamobrem cũ aceto pota lienosis auxilio est.

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 163 sur 277

Herigeron.

Herigeron facultatem miſtã obtinet, ſimul refrigeratoriã, & modice digerentẽ.

Heryngium.

Heryngium caliditate aut parũ aut nihil quod temperatũ eſt ſuperat: cæterum non paruam habet ſiccitatem in tenui eſſentia conſiſtentem.

Thalietrum.

THalietrum folia habet coriãdro ſimilia, caulẽ craſſitudine rutæ. Vis ei inest exſiccatoria citra morſum, itaq; vlcera inueterata ad cicatricẽ ꝓducit.

Thapſia.

Thapſia acrem habet ac valenter excalfacientem facultatem cũ humiditate coniunctam. Quãobrem ex alto violenter extrahit, & quod extraxit digerit. Verũ pluſculum ad ea efficienda tempus poſtulat, vt quæ larga humiditate impleta eſt, cuius vitio etiam fit vt celeriter corrumpatur.

Thermus. Lupinus.

Lupinus edi poteſt coctus, multis antè diebus per macerationẽ amaritudine in aqua depoſita. Fitq; tunc nutrimentum ſucci craſſi: cæterũ vt medicamẽtũ ita præparatus ex genere eſt emplaſticorũ. At vbi natiua etiãdũ manet amaritas, extergẽdi digerẽdiq; vim obtinet. Interficit lumbricos tũ illitus, tũ addito melle linctus, tũ ex poſca epotus. Quin & decoctũ eius lumbricos eijcere poteſt: tum etiam foris idẽtidem perfuſum vitiligines, achoras, puſtulas, exanthemata græci vocãt, pſoras, gangrænas, vlcera maligna quæ cacoëthe vocant, iuuat, partim extergendo, partim citra mordacitatem digerendo ſiccandoq;, expurgat iecur & lienem cum ruta & pipere ſuauitatis gratia aſſumptũ. Elicit menſes ac fœtũ cũ myrrha & melle impoſitũ. Porro lupinorũ farina ſine mordicatiõe digerit. nec enim liuida tãtũ, ſed & chœradas & phymata curat. ſed tunc in aceto aut oxymelite aut poſca coquatur oportet, idq; pro laborantium temperamẽto, & affectus diuerſitate, quod ex vſu eſt eligẽdo. Sed nõ eſt præſentis inſtituti talia diſtinguere. Digerit item quæ liuida ſunt: & quæcũq; modo diximus præſtare poſſe decoctum, eadem omnia efficit & farina. Sunt vero etiam qui eam iſchiadicis cataplaſmatis modo illinunt.

Thermos agrios. Lupinus agreſtis.

Lupinus agreſtis amarior eſt, & ad omnia valentior domeſtico, eiuſdem generis cum ipſo facultatis.

Thlaſpi.

Thlaſpi ſemen habet & ipſum facultatem acrem, adeo vt internos abſceſſus potũ diſrumpat. Menſes ciet, & fœtũ necat. Per ſedẽ infuſum ſanguinolenta euacuãs iſchiadibus prodeſt. Eſt enim alioqui tum ſuperne tum inferne bilioſorũ humorũ euacuatorium oxybaphi menſura epotum.

Thridax. Lactuca.

Lactuca humidum eſt frigidũque holus, non tamen extreme (ſiquidem edendo non foret) verum maxime ſecundum aquæ, vt ſic dicã, fontanę frigiditatẽ: proinde ad calidas phlegmonas accommodum eſt, & ad parua & leuia eryſipelata: nõ tamen maioribus ſatisfacere idonea eſt. Eſt etiam edulium ſiti aduerſum. At ſemen potu genituræ profluuium cohibet: quamobrem etiã ijs qui libidinoſis ſomnijs vexantur, datur: ſic & agreſtis lactucæ ſemen, cuius colligitur ſuccus, argemas & caligines expurgans, tum ad aduſtiones cum lacte mulierum inungi ſolitus.

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 164 sur 277

Thymum.

Thymum incidit & calfacit vehementer. ob id & vrinam & menſes prouocat, fœtum euellit, viſcera potum expurgat, educendis ex thorace & pulmone cõfert. Itaq; in excalfaciendo exſiccandoq; in tertio ordine ſtatuendum eſt.

Idæa radix.

IDæa radix guſtu admodum acerba eſt: ac ſi opere periculum facias, eandẽ vim præferet, nimirũ ſanguinis profluuia, alui fluxus, dyſenterias, profluuiũ mulierũ, & quęcunq; eius ſunt generis tũ pota tũ foris impoſita curãs.

Ixos. Viſcum.

Viſcum ex plurima aëria & aquea, pauciſſima terrena ſubſtantia conſtat. Nam acrimonia in eo amaritudinem excellit. Itaq; etiã effectus ſubſtantiæ reſpondent. Siquidem valẽter ex alto humores extrahit, nec eos tantũ tenues, ſed & craſſiores, eoſq; diffundit ac digerit. Eſt autem ex eorum genere quæ non protinus admota excalfaciunt, ſed quæ tẽpus requirunt, velut thapſia. ſed & ſupra hoc cõmonuimus ineſſe calidis facultate medicamẽtis, vbi largum cõtinent humorem recremẽtitiũ.

Ios. Viola.

Violæ folia aqueam & ſubfrigidam ſubſtantiam ſuperantẽ poſſident: proinde tum per ſe tum cum polenta illita calidas phlegmonas mitigant. imponuntur & ori ventriculi æſtuanti, & oculis.

Hippuris. Cauda equina.

Hippuris adſtringentem cum amaritudine facultatẽ poſſidet, ac proinde valẽter ſimulq; citra mordacitatem exſiccantem. Itaq; vulnera, vel maxima cõglutinat, etiamſi præſectos eſſe neruos cõtigerit: præterea vocatas enterocẽlas glutinat. Ad hæc ad ſanguinis reiectionem, ad profluuium muliebre, potiſſimum rubrum, ad dyſenterias, & reliquos vẽtris fluxus ſtrenuum ac generoſum eſt remedium herba ipſa aut ex aqua aut ex vino epota. Sunt qui de ea ſcriptum reliquerunt quòd nonnunquam etiam veſicæ ac tenuium inteſtinorum vulnera ſuccus ipſius ſanauerit. Prodeſt etiã profluuio ſanguinis prorũpenti ex naribus, tũ fluxui obnoxijs in vẽtre paſſionibus ex auſterorũ vinorũ quopiam potus: ac ſi febri teneantur, ex aqua.

Hippomarathrum.

Hippomarathrum. vnà cum fœniculo & de ipſo diſſeremus.

Iſatis.

Iſatis domeſtica quidem, qua vtuntur tinctores, facultatis eſt valẽter exſiccãtis, nondum tamen mordẽtis. eſt enim ſimul amara atq; adſtringens. Proinde magna vulnera corporum durorum glutinat, etiamſi in capitibus muſculorum fuerint. & ſanguinis profluuio laborantibus partibus vtiliter illinitur. tumores œdematodes mirifice digerit ſimul ac reprimit, & aduerſus omnia vlcera maligna & cacoëthe mirabiliter reſiſtit, etiãſi putreſcant, etiamſi exedãtur ac erodantur. Quòd ſiquãdo quàm pro laborantis natura valentior appareat, folijs eius tritis miſcere oportebit aut panẽ, aut hordeaceã farinã aut triticeã, aut poletam, pro vincẽte nimirũ in vnoquoq; affectu. At iſatis ſylueſtris manifeſte iam acre quiddã tum guſtu tũ actione præfert. Proinde q̃ domeſtica valentius deſiccans, potentiſſimis etiã putredinibus obſiſtit, ad cætera vero iam comprehenſa deterior. Minus enim moderate mordaciterq; deſiccat. talia enim iritãtur hoc pacto, & phlegmone grauari incipiũt. Cæterum ob facultatis robur lienoſis quoq; vtilis fuerit, cũ altera nõdũ prodeſſe poſſit.

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 165 sur 277

Isopyron, aut Phasiolon.

Ipsopyrum aut phasiolum semen habet amarum & subacerbum. extergit itaq; & incidit humores crassos cum hoc vt corpora cõtrahat & constringat. Quamobrem excreationibus pectoris conducit, & iecur expurgat, & sanguinem spuentibus non est aduersum, imo etiam iuuare creditur. Nam propter temperaturæ mistionem contrarijs etiam congruere videtur.

Itea. Salix.

Salicis folijs ad cruenti vulneris glutinationem vti possis: verum floribus eius maxime propè omnes vtuntur medici ad exsiccantis emplastri præparationem. est enim vis eorum ita desiccatoria, vt morsu abstineat. habet vero etiam quandam adstrictionem. Sunt vero etiam qui succum ex ea expressum, medicamen seruent mordacitatis expers, & exsiccatorium, ad multas res vtile. Haud enim inuenias quid ad plures res vtilius medicamento citra mordacitatẽ exsiccante, quod paulum etiã adstringat: sicut in opere de medicamentorum cõpositione exactius docebimus. Porrò arboris cortex similẽ facultatem obtinet tum floribus, tũ folijs, nisi q; temperaturæ sit siccioris, velut omnes cortices. sed hunc quidam comburunt, eiusq; cinere vtuntur ad ea omnia quę valenter desiccare oportet. Nam clauos quos vocant, callos, (græci τύλους vocãt) myrmecias tollũt, aceto ipsum macerãtes. Nonnulli autẽ dum floret salix, corticem eius incidunt, & succum quendam colligunt, vtunturq; ad ea quæ pupillas offuscant, extergente videlicet simulq; tenuium partium medicamine. Vti vero illo ad multa quis possit, si quidem talis fuerit.

Libri sexti finis.

GALENI DE SIMPLI-
CIVM MEDICAMENTORVM FACVLTATI-
bus liber ſeptimus, Theodorico Gerardo Gaudano interprete.

SEptimum de ſimplicium medicaminum facultatibus cõmentarium ſcripturus, neceſſarium duxi præfari, ſolis ijs apertum ac clarum fore qui in ſuperioribus libris nõ velut aliud agẽtes aut obiter fuerint verſati: alios vero potius perperam inaudituros, quam eorũ quæ in eo dicẽda ſunt aliquid addiſcituros exiſtimo: tum ſeſe falſuros, & nos forſan tanquã non recte quædã ſcripſerimus, calumniaturos, atq; cõuitijs laceraturos. Itaq; qui ſanioris mentis ſunt, monitis ſcio auſcultabunt: ac ſiqua illis cura eſt preſentis huius ſpeculationis, ab initio totũ opus perlegent. At qui præ cupiditate potius q̃ diſcendi ſtudio huc acceſſerũt, monita noſtra cõtemnent. Enimuero mirũ videri non debet ſi inuenti ſunt qui myſteriorũ libros à myſterijs alieni legere non ſunt reueriti. Verum illos ſui authores non ſcripſerant prophanis: nec ego, me Hercules, ijs qui in principijs nõ ſunt exercitati. Exponentur hoc in libro, & eo qui hunc ſubſequitur, reliquarũ plantarum primæ facultates, eo doctrinæ ordine qui in literis à quibus incipiũt viſitur. Antecedẽte itaq; libro vſq; ad [illegible] progreſſi ſumus. Hic autẽ principium ſumemus à [illegible]: id modo præmonentes etiã quod ad ante demonſtrata principia totum referemus. Siquidem hinc omnis mẽbratim medicamẽtorum in agendo prouenit diuerſitas, quod hactenus eorũ vnumquodq; aut calidum eſt aut frigidum, aut ſiccum aut humidum, aut tenuium partium aut craſſarum. Cæterum iuxta exactam veritatem quatenus in comprehenſorũ vnoquoq; proceſſum ſit, explicatu certe eſt impoſſibile. Sed nos id tamẽ claris limitibus circunſcribere ſumus conati, qui quidem ad artis vſum ſufficerent, Vnum eſſe medicamentorum genus monſtrantes quod ad ſimilem corporibus noſtris temperaturã pertingeret, cum à colore qui in illis eſt, mutationis alterationiſq; acciperet principium. Alterum, quod calidius quam nos efficeretur: cuius quatuor cõſtituendos eſſe ordines viſum eſt. Primum qui ſenſu obſcurus ſit, adeo vt ratione ſit opus, quæ verum deprehendat. Alterum ab eo ſecundum, quodãmodo iam ſenſui clarum. Tertium deinde alium, qui valenter quidem excalfaciat, ſed nondum vrat. Quem ſequitur quartus & poſtremus iam adurens. Sic quoq; refrigerãtium, Primũ quidem eorũ quæ rationis ſubſidio indigẽt vt refrigerare demonſtrẽtur. Secũdum eorũ quæ ſenſibiliter refrigerant. Tertium eorũ que valenter. Quartum eorũ que extinguũt, ac mortẽ frigore inducũt. Proportione iſtorũ & de humectãtibus.

Calamintha. Nepita.

CAlamintha eſſentia eſt tenui, & calida ſiccaq; tẽperie, ex tertio quodammodo ordine vtraq; qualitate. Horũ manifeſta ſunt indicia, partim guſtu apparentia, partim experientia cognita. Guſtu ſiquidem acris & palam calida eſt, ac paulum omnino amaritudinis obtinet. Periclitantibus autem & cori pori admouentibus extrinſecus impoſita primũ quidem valde excalfacit & mordicat, cutemq; exugit, poſtremo etiam vlcus efficit. In corpus autem intro aſſum-

pta tũ ipſa per ſeſe ſicca, tum etiã cum melicrato, perſpicuo calfacit, & ſudores ciet, omneq; corpus tum digerit, tum exſiccat. Ea ratione ducti quidam ipſam contra corporis cõcuſſiones rigoreſq; per circuitum repetẽtes adhibuerunt, foris quidem oleo incoctam toti corpori inungentes cum frictione non ſegni, intrò aſſumẽtes ſicuti eſt dictum. Quinetiã & coxendicibus eam quidam in ægritudinibus iſchiadicis tanquam ſtrenuum remedium illinunt. Trahit enim quæ in profundo hæret, ad ſuperficiẽ, totũq; adeò articulum excalfacit, cutemq; non obſcure adurit, menſeſque tum epota tum appoſita admodum efficaciter prouocat. Bonum etiam elephanticorum remedium, non eò tantũ quòd ſtrenue tenues humores digerat, verũ etiam quia extenuet & incidat valẽter craſſos, qui talem morbum procreant. Sic & cicatricibus atris candorem reddit, & ſugillata digerit. Sed ad talia [recẽtem adhibere] quam arentem præſtat. Quippe arefacta vehementior redditur, & ad vrẽdum promptior. Porrò talis cum ſit, ad venenatarũ beſtiarum morſus aſſumitur, velut etiam cauteria, & quæcunq; medicamenta calida ſunt & acria, tenuiumq; partium, quæq; facilè ex alto ad ſeſe circumiacentẽ omnem humiditatem poſſunt attrahere. Cæterũ quæ illi ineſt amaritas, planè exigua eſt, verũ ad quædam ita efficaciter agit vt quę valentiſſima eſt, nimirũ cum cõiuncta ſit vehementi calori cũ tenui eſſentia. Quare & aſcaridas & lũbricos ſuccus eius aut infuſus aut epotus enecat. Eadem ratione auriũ vermes, aut ſi alicubi in corporis parte ſinuoſa aut implicata quæ putredine tẽtetur, talis prouenerit affectus. Sic & conceptum ſeu pota ſeu admota interimit, & eijcit. Igitur incidẽdi quidem ei vis adeſt propter calorem eius, tenuitatẽ, & amaritudinẽ: abſtergendi vero propter vnicã amaritudinẽ. Itaq; aſthmaticis ob omnia antedicta prodeſt: ictericis vero, ſiue regio morbo laborãtibus, potiſſimũ ob amaritudinẽ, ſicut alia ferè omnia amara, vtpote abſtergẽtia & expurgantia in iecinore prouenientes obſtructiones. Ad omnia iam dicta efficacior eſt montana.

Calamus odoratus.

Calamus odoratus leuiculã quandam adſtrictionẽ, ac minimam acrimoniã poſſidet. magna ex parte eſſentia eius terrena eſt & aëria, in caliditatis frigiditatiſq; coniugatione temperata. quamobrem moderate vrinã mouet, & facultatibus quæ iecori ſtomachoq; imponuntur, miſceri poteſt: tum in fomenta quoq; vteri, quæ phlegmones gratia, aut iritandis menſibus aſſumuntur, vtiliter admiſcetur. Ponatur itaq; habeaturq; ſecundi ordinis eorum quæ excalfaciunt & deſiccant, valentius tamen deſiccant quam excalfaciunt Ineſt quoq; ei quædam partium tenuitas, velut alijs omnibus odoratis ſiue aromatibus. Cæterum illorum compluribus, tenuiũ partium plurimum, calamo verò non multum adeſt.

Calamus phragmites. Canna.

Calami phragmitis radicem cum bulbis aculeos & ſtipites ex alto extrahere quidam ſcripſere, ceu trahendi quędam vis ei ineſſet. Nos tamẽ eius rei periculum non fecimus: verum quantum guſtu liceat cõijcere, abſtergentẽ facultatem poſſidet nõ paucam, minimeq; acrẽ. Quinetiam folia ipſa abſtergẽtis ſunt facultatis: cortex vero eius combuſtus admodum tenuium partiũ, & digerentis facultatis efficitur, adiunctũ habens abſterſorium quiddam, vt exſiccet & excalfaciat tertio quodammodo ordine, plus tamen deſiccet quam excalfaciat. Vitandus eſt eius flos, quam anthelen vocant. Nam ſi in aures incidat, adeò tenaciter adherens affigitur, vt auelli non poſſit: auditumq; vitiat: quamobrem ſæpiſſime exurdat.

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 168 sur 277

Cancanus. Cacalia.

Cancani tradix facultatem habet mordacitatis expertẽ, & modice exſiccantem, eſſentiam craſſam, & emplaſticam. quapropter macerata vino ſicut tragacantha & linctа arteriæ aſperitates ſanat: nec minus ſi quis eam cõmãdat, ſuccus eius defluẽs prodeſt arteriæ ſimiliter vt glycyriza.

Canabis.

Canabis ſemen flatus extinguit: adeoq; deſiccat, vt ſi pluſculum edatur, genituram exſiccet. Sunt qui viridem ſuccum exprimentes ad aurium dolores ab obſtructione, opinor, natos eo vtantur.

Capnios. Fumus. gallis fumeterre

Capnios, alij capnos, acris ſimul & amaræ qualitatis eſt particeps: nec tamẽ plane expers eſt acerbæ. Quamobrem vrinã bilioſam multãmq; prouocat, ſanatq; iocinoris obſtructiones & debilitates. Succus eius oculorum aciem acuit, nõ paulum trahens lachrymarum, velut ipſe fumus. Nam hinc ei appellatio indita. Plebeius quidam ea vti ſolebat ad ſtomachum roborandum, vnaq; ventrem lubricandum. Siquidem herbam primũ deſiccatam cõdebat: porro quum vti volebat, ſubductionis quidem gratia, melicrato inſpergebat: roborãdi vero cauſa, vino nimirũ diluto.

Capparis. gallis Capret

Capparis radicis cortex vincẽtem habet qualitatem amaram, proximam acrẽ, deinde acerbam. Ex quo liquet quòd diuerſis pugnantibuſq; conſtet facultatibus: quippe abſtergere, purgare, incidere poteſt amaritudine: excalfacere, incidere, digerere acrimonia: porro contrahere, denſare, conſtringere acerbitate. Itaq; lienes induratos, ſi quid aliud, hoc medicamẽtum iuuare valet, tum foris idoneis illinẽdis remedijs admiſtum, tum intro in corpus aſſumptum, ſiue decoctum in aceto aut oxymelite, & id genus, ſiue aridum contuſum, illiſque permiſtum: quippe quum aperte craſſos lentoſq; humores hoc pacto ſumptum euacuet: nec eos tantum per vrinas, ſed & per ventrẽ ſæpe etiã ſanguinolentos defert, vnde & lienes adiuti ſunt, & coxarum dolores. Quinetiam mẽſes promouet, & ex capite purgat detrahitq; quod ἀποφλεγματίζει vocant, auxiliaturq; ruptis atq; conuulſis. Cæterum cuinam ipſum potioni in quoq; affectuũ miſceri conueniat, non eſt præſentis inſtituti perſequi, ſed aut eius vbi de componendis agitur medicamentis, aut vbi curandi traditur methodus. Porro radicis eius cortex vlceribus malignis cataplaſmatis modo impoſitus non malum eſt remedium, vt qui illa extergere valeat, nec ſegniter deſiccare. Præterea dẽtium labores prædictarũ qualitatũ ratione adiuuat, interim cum aceto coctus, interim cum vino, ſæpe etiam ſolus dentibus manſus ac morſus. Sed non pertinet ad præſens negotiũ quando quodq; horum tempeſtiuum ſit, definire. Nec enim id nunc propoſitum eſt, ſed ex quoq; particularium eius operum, virium eius quandam ſumere indicationem, ſermonem ad principia ab initio propoſita reducendo. Ex dictis ergo clarum eſt incidendi quandam ei facultatẽ ineſſe, itemq; extergendi, digerendi, contrahendi. Vitiligines ſiquidem cũ aceto detrahit, & choeradas & duros tumores digerit idoneis ad ea medicamẽtis miſtus. Radicis cortici, fructus proportione virium reſpondet, niſi quòd ad omnia ſit imbecillior. Imò & folia & caules eius ſimilem vim obtinent: meminiq; me folijs quandoq; paucis diebus duritiem choeradis naturam referentẽ diſcuſſiſſe. Sed admiſcemus ſcilicet illis quippiam quod eorum viriũ obtundat vehemẽtiam. Nec mirum eſt quòd aurium

vermes amaritate occidant sua. Porro capparis quæ in admodum feruentibus regionibus prouenit, vt quam fert Arabia, multo est nostrate acrior, adeo vt plurimum etiam habeat facultatis adurentis.

Cardamum. Nasturtium.

Nasturtij semen adurentis seu causticæ facultatis particeps est, velut napy: proinde coxendicis & capitis dolores, atq; adeo quodcunq; rubrificationē postulat, eo excalfaciunt sicut napy. Miscetur quoq; remedijs quę exhibentur asthmaticis, tanquam valenter crassos succos incidere valeat velut & napy. Nam omnia ei simile est. Porro & herba arefacta similē semini vim possidet. Humida vero est ac viridis propter aqueæ humiditatis admistionem multo semine inferiorem. adeoq; tunc mordacitas eius moderata est, vt cum pane ea vti liceat ceu opsonio.

Cardamomum.

Cardamomum est & ipsum sane facultatis admodum calidæ, non tamen vsq; adeo vt nasturtium, sed quāto suauius magisq; fragrans est nasturtio, tanto & imbecillior ei calida facultas ineſt. nec enim vlcerare idoneū est vel ipsum per se illitū: porro adiunctum habet quiddam etiam amaritudinis, qua lumbricos interficit, & cum aceto valenter psoras detergit.

Caron.

Cari semen calfacit & exsiccat tertio quodāmodo ordine, moderate acrē qualitatē possidēs: itaq; & flatus extinguit, & vrinas ciet, non semē tantū, sed & planta.

Casia.

Casia exsiccat & excalfacit tertio quodāmodo ordine. sed & tenuiū admodum partiū est, gustu vero plurimū habet acrimoniæ, leuiter quoq; nōnihil adstringens. Quāobrem ob hæc omnia incidit simulq; digerit quæ in corpore sunt recrementa: & ad hæc robur etiā instrumētis addit. Idoneū vero etiā suppressis mēsibus, cū videlicet a copia simul & crassitudine excrementorū quod sufficiat euacuari nequit.

Carya. Nuces.

Arbor tum in folijs tum in germinibus adstrictionem quandam possidet, cæterum euidentem multa mq; in nucis putamine recenti pariter & sicco: proinde eo fullones quoque vti solent. At nos eius expressi succo, similiter vt mororū & rubo rum, in melle decocto, vice stomatici medicaminis vtimur, & ad omnia reliqua adhibemus ad quæ modo dicti succi conuenire censentur. Porro ipsius id quod edendo est, oleosum est, & tenue: itaq; etiam facilè exprimitur: & quo diutius reconditū fuerit, magis tale efficitur. Quamobrem oleum ex eo inueterato exprimere liceat. Tunc sanè admodum fit per halitū eua poratorium. Itaq; quidam eo gangrænas & carbunculos & ægilopas sanant, ac nōnulli ad neurotrota, hoc est neruorū vulnera vtuntur. Cæterum si recens sit, adstringentis nonnihil qualitatis etiam obtinet. At quod imperfectum est etiādum, ac nōdum siccum, velut reliqui fructus omnes qui virides sunt, plenum est semicoctæ humiditatis. Nucleus tamen eius vbi inaruit, tenuium partium & exsiccatoriū est medicamentum, morsus expers. Est & aliud genus nucum minorum, quæ nimirum ponticæ nuncupantur, plus habens essentiæ terrestris ac frigidæ: itaq; etiam gustanti austerior tum cortex tum planta tum fructus apparet: cætera magnę nuci similes sunt, quę à quibusdam vocatur græce καρύα βασιλικὴ, latine Iuglans. Appellatur autem parua hæc nux λεπτοκάρυον græce, latine Auellana.

Caucalis.

Quidam daucũ ſylueſtrẽ nuncupant. eſt enim ei adſimilis guſtu ſimul ac viribus. excalfacit enim vt ille, & deſiccat, tum vrinam ciet, & muria ad repoſitionẽ cõditur.

Carpeſium.

Carpeſium ſimile eſt vocato phu, hoc eſt valerianæ, non guſtu tantum, ſed & facultate. Sed plus habet tenuitatis: proinde magis eo etiam viſcerum obſtructiones extergit, & vrinam mouet, reneſque calculis degrauatos expurgat. Non tamen eatenus tenuium eſt partium, vt liceat loco cinamoni, ſi non ad manum ſit, vſurpare, ſicuti faciebat Quintus. Præſtantius eſt ponticũ carpeſium laërtio, non tamen vel ipſum cinamomi viribus vicinum eſt, imò non paruo deterius optima caſia. Nuncupatur vtrunq; à montibus quibuſdam Pamphiliæ in quibus naſcitur. Ingenſq; eius prouentus eſt in Syria.

Cenchrum. Milium.

Milium primo ordine refrigerat. Exſiccat vero tertio exoluto, aut certe ſecũdo intẽſo. Paululum etiã habet tenuitatis. Ex hac tum cõſiſtentia tum tẽperatura eſu quidem planè inter omnia frumẽtaria edulia minimũ cõfert nutrimẽti. Sed & ventrem deſiccat. Porrò foris impoſitum in ſacculis idoneũ eſt fomẽtum ijs quæ citra morſum exſiccari poſtulant: & cataplaſmatis modo illitum exſiccare poteſt. at tamen admodum friabile eſt: proinde difficilis eſt eius in cataplaſmatis vſus.

Cedrus.

Cedrus ſpecie duplex eſt, altera fruticoſa iuniperis adſimilis, altera arbor non exigua. vtraq; eſt calidæ ſiccæq; temperaturæ tertij quodammodo ordinis ſecundũ vtrunq;. Cæterum cedrea (vocatur ita cedri oleum) quartum etiã ordinem videtur attingere, admodum calida, ſimul & tenuiũ partium. Mollem itaq; carnem promptè citraq; dolorem putrefacit, ſicut alia omnia quæ cum eiuſdem ſint in calfaciẽdo ordinis, adiunctam etiam habent ſubſtantię tenuitatem. At in duris pluſculo tempore & vix effectum poteſt cõſequi. Porrò talia omnia medicamenta ſeptica vocantur, & ſepta: ſed inter ſeſe maioris minoriſq; ratione diſſident. Eſt autem in hoc genere medicamẽtorum ex primo & infirmiſſimo ordine cedrea. pleraq; enim eorum admodum ſunt efficacia. Talia itaq; & mortuorum corporum carnes corrũpunt: at cedrea exſiccat, ſimulq; à corruptione tuetur corpora demortua, vtpote humiditates eorum depaſcens, cæterum ſolida corpora haud attingens. At in viuẽtibus calor ipſe qui in corporibus eſt, cedreæ vires adaugens, cauſa efficitur vt teneræ ab ea carnes deurantur. Nec mirũ videri debet ſi quum tanta polleat potẽtia, lendes, pediculos, & tineas, & in corporibus natos vermes interficere valeat, tum fœtum viuentẽ quidem interimat, mortuum autem eijciat, ſicut ſanè etiam coitus ſemen pudẽdo circumlita: proinde partui aduerſum eſt medicamentũ, ſi ſic vtaris, nulli ſecundum. Aliaq; multa eiuſmodi particulatim efficit. Itaq; argumentum eſt ipſum valenter excalfacere, ſicut vbi dentium foraminibus inſtillatur. Siquidem dolores eorum mitigat, ſed & ipſos confringit. Extenuat quoq; oculorũ cicatrices, & viſus hebetudini ab humorum craſſitudine ortæ mẽdetur. Porrò quod eius eſt pinguiſſimum, & ad vnguem oleoſum, quod ſuſpenſis ſupra eam dum coquitur lanis excipitur ac colligitur, tota cedrea tenuius quidem eſt, ſed minus acre, quanquam nõ minus excalfaciens. Eandem quipperationem habet ad id, quod reliquũ eſt cedreæ, craſſius illud videlicet, quam oleum ad amurcam. Proinde illud, vtpote

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 171 sur 277

craſſius, mordax eſt, & maiore aperiẽdi facultate præditum. Itaq; vlcera iritat, phlegmonémque illis excitat. Porró oleoſa illa cedrea adeo clementibus eſt viribus, vt etiam plebeij experientia docti vulnera ouibus occaſione tundendi à forfice facta, illa illita ſanent, ſicut etiam pice humida. Vtuntur autem ea & ad ouium ſcabiem, & ricinos, græci κρότωνας vocant. Porró cedrides (nam ita fructum cedri nuncupant) moderatiores vires obtinent, adeó vt comedi quoque poſſint. Attamen ſi liberalius ijs vtare, capiti dolorem inferent, ardorémque ac morſum in ventre percipies.

Centaurium maius.

Centaurij magni radix ſicut guſtu cõtrarias qualitates, ita in vſu cõtrarios effectus præſtat. Guſtu itaq; acris ſimul adſtringénſq; apparet cum leuicula dulcedine. At in actionibus acrimonia quidem caliditatis opera oſtentat, menſes prouocans, & fœtum mortuum euellens, viuúmq; corrumpens atq; eijciens. Adſtrictio vero, opera craſſæ terrenæq; frigiditatis, quum vlcera glutinet, & ſanguinẽ reijcientibus proſit. Exhibentur autẽ eius drachmæ duæ, febrientibus quidem cum aqua, febri vero liberis cum vino. Porró ſecũdum omnium ſimul qualitatum actionẽ, ruptis, conuulſis, dyſpnœæ, ſiue ſpirandi difficultati, tum inueteratæ tuſſi conuenit. Nec enim in talibus euacuare ſolum quod præter naturam eſt oportet, ſed partem quoq; euacuatam roborare ac cõfirmare. Vacuationi itaq; accommoda eſt acrimonia, vtiq; cum non ſola ſit ac pura, ſed aut dulcedini iuncta, aut certe non prorſum amaritudini. Siquidem vehementiam tunc atque violentiam miſta illi temperata quadam ſubſtantia, cuiuſmodi eſt dulcis, non obtinebit. Porró ad ea quæ euacuata ſunt, roboranda contrahendaq;, adſtrictione eſt opus. Eadem quæ radix, & ſuccus ipſius efficit: vtunturq; eo quidam vice lycij.

Centaurium minus.

Centaurij minoris radix planè inefficax eſt, ſed caulis eius extremus, & potius folia quæ illi inhærent, & flores, vtiliora ſunt. vincit in eis qualitas amara, paululum habens & adſtrictionis, atq; ob eiuſmodi temperamentum admodum exſiccatorium eſt medicamen, expers mordacitatis. Porró quòd omnia talia vtiliora ſint, ſuprà cõmonui, & nunc nihiloſecius tamẽ nos repetere tempeſtiuũ eſt, omnes eius particulatim actiones memorantes. Vlcera itaq; magna herbæ ipſius recentis illitu glutinantur: & vetuſta, quæq; ægre ad cicatricem perduci queunt, cicatrice eodem modo vtẽtibus includuntur. Arefacta vero glutinatorijs & deſiccatorijs miſcetur facultatibus, ijs videlicet quæ ſinus & fiſtulas ſanare ſunt natæ, veteréſq; duritias emollire, tum vlcerum maligna & cacoëthe ſanare. Miſcetur etiam ijs quæ rheumaticis affectibus medentur. In quibus ea medicamina præſtantiſſima ſunt, quæ vehementer deſiccantia cum quadam adſtrictione nullam habent mordacitatem. Decoctum herbæ quidam iſchiadicis infundunt, ceu bilioſa & craſſa ducens. nam & talia purgat: quanquam cum adeó vehemẽter operabitur vt cruẽta euacuet, tunc plus proderit. Succus porró eius cum adſimilis ſit facultatis, hoc eſt exſiccatoriæ & abſterſoriæ, & cætera iam cõprehenſa pulchre præſtare poteſt, & cum melle oculis illinitur, menſéſq; & fœtum euocat. Sunt qui ipſum præbeant & ijs quibus nerui affecti ſunt, vt qui euacuet & deſiccet innoxie quæ impleta ſunt: quippe quum iocinoris quoq; obſtructiones optime expediat, bonúmq; ſit lieni indurato remedium foris impoſitum, nec ſecius ſi quis bibere ſuſtineat.

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 172 sur 277

Cerasus.

Cerasus arbor fructum fert nõ paris adstrictionis in omnibus particulatim plã tis participem. Nam & in harum, sicut etiam malorum granatorum, & malorum, quibusdam austera qualitas, in quibusdam vero dulcis, nõnullis autem acida exuperat. Quinetiam ipsorum dulcium ea quæ nondum cocta sunt ac matura, quædam admodum sunt acerba, quædam similiter moris acida. Sed in moris immaturis acida qualitas acerbã exuperat, in cerasijs nõ semper. Ergo quæ dulcia sunt, magis quæ in intestinis sunt subducunt, sed minus grata stomacho sunt. Contra austera acida pituitosis excremẽtosis q̃ stomachis sunt apta. Siquidẽ austeris magis desiccant, & nonnihil etiam incidunt. Porro ipsius arboris gummi communẽ omnibus vitiosis & mordacitatis expertibus medicaminibus facultatem obtinet, quæ & ad arterias exasperatas accommoda est. Proprie autẽ, si quidem quod quidam scribunt, verum est, calculis vexatos adiuuat. Nam sic illi tenuium partium inesset facultas quædam.

Ceratonia.

Ceratonia exiccantis est & adstringentis facultatis, sicut & fructus eius, quæ ceratia vocant, nonnihil etiam dulcedinis continens. Accidit autem istis quiddam simile cerasijs. Nam si humida sumas, magis ventrem subducũt: sicca vero magis sistunt: vtpote cum humiditatem expirent, & quod essentiæ est crassioris, tãtum reliquum habeant.

Cestrum. Betonica. Psychrotrophum.

Cestrum, aut psychrotrophum, Romane vero Betonica, vim habet incidendi, vt gustus indicat. Amariuscula enim est & subacris ipsa herba, id quod ostendit & particulatim edita actio. Nam consistentes in renibus calculos rumpit, & pulmonem pectus & iecur expurgat abstergitq̃, menses quoque ciet, & comitialibus prodest. Tum rupta conuulsaque curat, & omnibus bestiarum morsibus vlceri illita auxiliatur. Postremo acidũ ructantibus (ὀξυεγκρατῶσιν græci vocant) & ischiadicis bibita auxilio est.

Cecis. Galla.

Galla quæ omphacitis nuncupatur, admodum acerbum est medicamẽ, pleraq̃ sui parte essentiæ terrenæ & frigidæ, per quam desiccat & repercutit fluxiones. ad hæc constringit contrahitq̃ partes laxas ac languidas: omnibusq̃ fluxionũ affectibus strenue resistit. Esto vero tertij in desiccando, secundi autem in refrigerãdo ordinis. Altera autem galla, flaua illa & magna laxaque, & ipsa desiccat quidem, sed tanto minus quanto minus acerbæ qualitatis est particeps. Cocta itaque ipsa per se ac deinde trita cataplasma est non instrenuum sedis phlegmonarum, ac procidẽtiarum. Porro coquenda est, si modica opus sit adstrictione, in aqua: sinvehementiore, in vino. Ac si augere insuper adstrictionem sit opus, vino vtare austeriusculo. Hanc rustici nostrates ὀινομελίδα, quasi vinigallam dicas, nominant. Denique gallæ combustæ sanguinis reprimendi facultatem acquirunt, ac nimirum etiam calorem & acrimoniam ex vstione assumunt, suntq̃ ijs quæ ignẽ expertæ non fuerint, tum subtiliorum partiũ, tum maiore desiccãdi potestate. Cæterum quũ ad sanguinis suppressionẽ preparare eas voles, carbonibus impositas dũ vndequaq̃ candeãt, aceto aut vino extinguere oportebit.

Cera.

Cera quodãmodo medium tenet calfaciẽtium, refrigerantium, humectantiũ & deſiccantium. Habet vero quiddam etiã eſſentiæ craſſę, atq; emplaſticũ. quamobrẽ non modo exiccare, ſed & per accidẽs humectare videri fortaſſis poterit, perſpirationes videlicet prohibens. Quamobrẽ aliorum medicamentorũ tum excalfacientium tũ refrigerantiũ materia eſt. Ipſa autẽ per ſe ex genere fuerit debiliter concoquentiũ: nec tamen intro in corpus aſſumptum, ſed foris impoſitum. Habet enim paulum quiddam digerentis calidæq; potentiæ, quæ plurima melli inerat.

Cici. Ricinus.

Ricini fructus quemadmodum expurgat, detergit ac digerit, ſic quoque folium, ſed vndequaq; debilius. Oleum quod ex ſemine cõficitur, tum calidius eſt, tum tenuiorum partium quàm eſt oleum commune, ac proinde potentius quoque digerit.

Cinamomum.

Cinamomum ſumme tenuiũ eſt partiũ, non ſumme tamẽ calidum, ſed extertio ordine. nihil autẽ æque deſiccat eorum quę pari ſunt excalfaciẽdi facultate, propter tenuitatem ſcilicet eſſentiæ. At cinamomis eſt velut imbecillum cinamomũ. Nonnulli eſſe pſeudocinamomum nuncupant.

Circæa.

Circææ herbę radicem ſcribit Dioſcorides ex vino dulci potã ſecũdas purgare. eſt enim boni odoris, & calfactoria. ſemen autẽ eius in ſorbitione exhibitum ad lactis generationem conducit.

Ciſthus.

Ciſthus aut ciſtharus, frutex eſt guſtu adſtringẽs, omnibusq; particulatim operibus. Attamen folia & parua germina trita adeò deſiccãt adſtringuntq;, vt vlcera glutinare valeant. At flores magis ſunt efficaces, adeo vt cũ vino poti dyſenterias, vẽtris imbecillitates, fluxuſq; ac humiditates ſanẽt: cataplaſmatis ritu illita vlcerũ putredinoſa iuuant. Eſt enim facultas eorũ non inſtrenue deſiccãs, fereq; ſecũdi exceſſus à temperatis abſoluti. Adeo vero frutex hic frigidus eſt, vt tepidi caloris ſit particeps. Porro hypociſtis quam vocant, multo eſt magis adſtrictoria quàm folia, admodũ efficax remediũ ad omnes fluxionũ affectus, puta ſanguinis reiectiones, profluuia muliebria, cœliacos, dyſentericoſq; affectus. Quin ſi quam partem roborare conſilium ſit, quæ videlicet pluſculo humore exoluta fuerit, robur ac firmitatẽ illi non ſegniter addit. Sic ſanè ſtomachicis epithematis hepaticiſq; commiſcetur, & ex viperis confecto antidoto inditur, nimirum quò corpora confirmet ac roboret.

Ciſthus.

Ciſthus, aut ladanum. In calidis regionibus hic ciſthus proueniẽs, tametſi haud alius ſit genere quàm qui apud nos naſcitur, eximiũ tamẽ à regione ac peculiarem digerentẽq; caliditatem nactus eſt: atq; vtroq; à noſtrate differt, tum quia frigiditatem depoſuit, tũ quia calorẽ aſſumpſit. Itaq; cętera quidẽ huius ciſthi, illis quę in noſtrate viſuntur, ſimilia ſunt. Verũ ladanũ quod vocant, ex eo prouenit, medicamẽtũ primo exceſſu iã quodãmodo cõplete calidũ, vt videlicet & ſecũdũ attingat, habẽs etiã adſtrictionis paululũ. Ad hæc ſubſtantia tenui, ac proinde emolliens, ſiue mala-

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 174 sur 277

ctiũ,pariterq; moderate digerens,ac videlicet etiam συμπεπτικὸν, hoc eſt cõcoquens. Itaq; mirãdum non eſt ſi peculiariter ad vteri vitia conueniat,quandoquidem ad dicta paulum quiddã adſtrictionis obtinet. Quocirca diffluentes capillos retinet. Nã quicquid ad radices eorũ praui humoris ſederit, id omne abſumit: tũ meatus quibus infixi ſunt, contrahit. Cæterũ alopecias & ophthalmias ſiue lippitudines ſanare non poteſt, vtpote grauiores vires quàm quæ ladano inſunt,poſcentes. quippe proueniunt iſti ex prauis ſuccis lentis craſſiſq;,quos ſecantia ac digerentia medicamenta potiſſimum euocant atque euacuant. Cæterum tenuiũ partium ſint facultatis oportet,non tamen vſque adeò tenuium partium,& deſiccatoriæ,vt nimio plus deſiccent, vnáque cum collectis inibi ſuccis præter naturam, naturalem quoque humiditatem incrementa pilis ſuppeditantem abſumant. Nam ſic non tantum alopecia liberabunt, ſed & caluitiem afferent. Sed hæc ad curandi rationem pertinent.

Ciſſos. Hedera.

Hedera ex contrarijs compoſita eſt facultatibus. habet enim quiddã adſtringẽtis ſubſtantię,quam terrenam & frigidam eſſe oſtendimus: habetq; etiam nonnihil acris,quam calidã eſſe vel guſtus cõprobat. Nec deeſt tertia. aqueã nanq; ſubſtantiã quãdam tepidam obtinet, certe ſi viridis ſit. Siquidem dum areſcit,hæc prima exhalet neceſſe eſt: manetq; quæ terrea eſt & frigida adſtringenſq;, & ea quæ calida & acris. Viridis autem,folijs eius in vino decoctis,vlcera grandia conglutinat: quæq; maligna ſunt,ad ſanitatem reducit. Tum igne factas exulcerationes cicatrice includit. Porro cum aceto decocta folia lienoſis proſunt. Flores autem quodammodo validiores ſunt,vt ad læuorem redacta cum cerato ambuſtis conueniant. Præterea ſuccus medicamentum eſt errhinon,hoc eſt,in nares fuſum, capiti purgãdo idoneum: tum vetuſtas aurium fluxiones ſanat: ad hęc vlcera vetera tum in auribus,tum in naribus. Porro ſi acrior appareat,aut roſaceo aut dulci oleo miſcetur. Lachryma eius lẽdes interimit,pilis nudat: vſque adeò calidę poteſtatis,vt obſcure adurat. eſt enim velut aqueus quidam liquor,ſicut aliæ omnes lachrymæ.

Clinopodium.

Clinopodium excalfaciendi vim obtinet,ſed nondum adurendi. eſt vero etiam eſſentia ſubtili: ponatq; ipſum quiſpiam in tertio ordine tum excalfaciẽtium, tum reſiccantium.

Clematis.

Clematidis folia acrem & adurentẽ ſiue cauſticam facultatem obtinent,adeò vt & lepras excoriẽt. Fuerit itaq; in quarti ordinis excalfacientium initio. Vocatur autem clematis & daphnoides, quod quidam myrſinoides, alij polygonoides appellitãt. Cæterum id nequaquam exulceratorium eſt aut acre,ſicut quod ante dictum eſt, imò profluuijs ac dyſenterijs cum vino potum prodeſt,dentiũq; dolores manſum mitigat: tum vteri quoque doloribus in peſſo admotum ꝙſui eſt: tãtum abeſt vt perinde vrat aut vlceret ceu illud ſuperius. Sed ſumme nobis ſuſpiciendus Pamphilus ille,ſicuti in reliquis nugatur de ijs quæ nunquam vidit, literis ea mandans, ſic hæc ambo in vnum cõfudit. At Dioſcorides vtriuſq; in quarto meminit,& eius quæ ſimpliciter vocatur clematoides,idq; in fine libri: & alterius,ſed in principio: quamobrem non eſt neceſſe vt ego rurſum notis ſuis vtrunq; depingam, ſicut nec in alijs feci.

Cnicus.

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 175 sur 277

Cnici ſemine dũtaxat ad purgationes vtimur. Tertij eſt ordinis excalfacientiũ ſi quis foris eo vti volet.

Coccum Cnidium. Granũ gnidium.

Granum gnidium & ipſum quoque purgat: ſed acris eſt adurentiſq; facultatis.

Coccos baphicos. Granum tinctorium.

Granum tinctorium adſtringentem ſimulque amaram qualitatem poſſidet. Vtraque ſine morſu deſiccat. Proinde ad ingentia vulnera congruit, & ad neruorum vulnerationes. Sed tunc ipſum quidam cum aceto terunt, alij cum oxymelite.

Coccymelea. Prunus.

Pruni fructus ventrem ſubducit, recens quidem plus, aridus minus. Cæterum haud ſcio cur Dioſcorides pruna damaſcena ſiccata ventrem ſiſtere dicat, cum & ipſa palàm etiam ſubducãt, minus tamen quàm quę importantur ex Iberia. Siquidem damaſcena magis adſtringũt: at quę Iberia fert, dulciora ſunt. Quin & ipſę arbores fructibus pro portione reſpõdent. Minus enim adſtringunt quæ in Iberia naſcuntur, magis vero quæ Damaſci. Cæterum vt in ſumma dicam, quorum in folijs aut germinibus adſtrictio quędam ineſſe apparet manifeſta, ijs decoctis phlegmonæ in columella aut tonſillis exiſtentes idonee colluuntur. Porro agreſtium fructus euidenter adſtrictorius eſt, ventremq; ſiſtit. Nominatur autem hæc planta in Aſia prumnum. Gummi autem arboris ſunt qui dicant cum vino potum lapides confringere, cum aceto puerorum ſanare lichenas. Ac ſi id præſtat, clarum eſt extenuandi incidendiq; illi facultatem ineſſe.

Colla, aut gluten.

Gluten quod ad libros præparant ex ſimilagine & ~~garo~~, emplaſticæ concoctoriæq; facultatis eſt, quibuſcunq; ipſum partibus illinas.

Colocynte. Cucurbita.

Cucurbita humidæ frigidæq; temperaturæ eſt, vtraque qualitate ſecundi ordinis: quocirca ramentorum eius ſuccus ad aurium dolores cum phlegmone iunctos cum roſaceo vtilis eſt. ſic tota quoque illita calidas phlegmonas mediocriter refrigerat. In eſu autem humida eſt, & ſitim propellens.

Colocynthis.

Colocynthis guſtu amara eſt. Sed quæ illi amaritudinis dum potatur adſunt opera, ea euidẽter efficere nequit ob purgatoriam facultatem quam validam in ſeſe continet: nimirum cum ijs quæ expurgat, antè & ipſa per aluum excerni præuertens. Viridis ipſius ſuccus intritus iſchiadibus prodeſt.

Comarus. Arbutus.

Arbutus arbor ipſa qualitate acerba vnà cum fructu eſt. Eum memecylum nũcupant. Eſt autem hic & infenſus ſtomacho, & capiti dolorem commouens.

Commi. Gummi.

Gummi lachryma eſt cõgelata concretaq; in trũcis arborũ ipſam producentiũ, velut reſina quoque in multis viſitur quæ reſinam proferre poſſunt. Cæterum quod exiccatoriæ emplaſticæq; potentiæ ſit, conſtat. Præterea alperitatibus medetur.

Conia. Lixiuium.

Lixiuium. ſic quod velut ablutio eſt cineris, nominatur. Porro omnium maxime tum abſterſorium, tum exiccatorium illud eſt quod ex cinere ficus & tithy-

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 176 sur 277

mallorum efficitur: fereq; septicæ seu putrefacientis est facultatis: quæ cuiusmodi sit, in quinto volumine exposui.

Coniza.

Conyza & maior & minor adsimilis sunt tum temperaturæ, tum facultatis, gustu amaræ & acres: excalfaciuntq; admodum luculenter, siue quis folia cum teneris ramulis (est enim fruticosa planta) parti cuipiam illinat, siue vbi in oleo coxerit, eo vtatur. Siquidem concussiones siue rigores per circuitum redeuntes tale sanare oleum videtur. Flores quoque eorum adsimilis sunt facultatis. Itaque quidam & ipsos cum folijs tritos in vino bibendos exhibent ad menses fortiter ducendos, eijciendumq; fœtum. Est & tertium conyzę genus in locis humidioribus proueniens, vtrisque illis tum graueolentius, tum imbecillius. Sed primæ memoratæ tertij sunt ordinis in excalfaciendo exiccandoq;.

Coriannon, Corion, Coriandrum.

Coriannon, siue corion, aut vtcunq; vocare lubet. Vetustiores græci coriannon nominabant: at recentiores medici omnes corion appellitãt, sicut & Dioscorides refrigeratoriam esse herbam ipsam dictitans, sed perperam. Siquidem ex contrarijs facultatibus constat & composita est, plurimum habens essentiæ amaræ, quam ostendimus esse tenuium partium, & terrenam. Nec parum etiam aqueæ humiditatis obtinet, quæ tepentis est facultatis. his adiunctum est quoq; adstrictionis paululum. Ex quibus omnibus varie quidem agit ea quę scribit Dioscorides, sed non tantũ ex refrigeratione. Cęterum ego cuiusque particulatim actionis causam enarrabo, tametsi propositum fuerat mei vnius duntaxat hoc in libro sentẽtiam expromere: sed forte nihil obstabit: imo, si verum fatendum est, proderit nonnihil superiores methodos quæ in paucis medicamentis sunt dictæ, hic repetere. Primum ergo nõ Dioscorides tantum, sed & alij complures medicorũ indeterminate de morbis pronunciant, sicut sane hac quoque tempestate non paucos inuenias medicos vel insignes, præter alia, hac in re turpissime hallucinantes. Interdum enim atra liuida frigidaque reddita parte quæ erysipelas habuit, nec amplius refrigerantia poscente pharmaca, ceu antea, sed ea quæ infixum parti præter naturã humorem eliciant, quidam tamen refrigerare perseuerant: alij ad digerentia quidem transeunt, cæterum ea erysipelas sanare dicunt. Quanquam scribant incipientibus etiamnũ atque glisccntibus e. escentibusve erysipelatis alia esse medicamenta, alia vero iam declinantibus ac flaccescentibus. Sed ita res non habet. Neque enim erysipelas etiam vocari debet postea quàm inflammatio eius & feruor ac bilioſum illud abierint: neque quæ facultate sunt frigida, neque quæ illa sanant, remedio esse putandum: sed velut si vel in initio protinus aut percussis, aut alia de causa quauis tumor in parte quapiam aut liuidus aut niger extiterit, eum esse frigidum affectum existimabis, & quæ digerant excalfaciantque, poscere: ad eundem, opinor, modum, si calida affectio in frigidam reciderit, negligenda quidem prior est, sed secunda alio appellanda nomine: aut si displicet nominis mutatio, saltem sicut quidam alia scribunt principij, alia declinationis remedia, haud frigida esse autumantes declinationis remedia: concedendum sane est, si cui ita placet, vt talis affectio etiam erysipelas vocetur: sed eam etiam calidam dicere vbi iam refrigerata est, id vero neutiquam concedendum. Itaque ne quod tunc ei auxilio est, refrigeratorium esse

credamus, ſicut Dioſcorides coriandrum, qui cum pane aut polenta eryſipelas cu-
ret illitum. Nam quod ad vnguem eſt eryſipelas, quod vtiq; inflammatũ eſt & fla-
uum, haud vnquam ſanare queat cum pane coriandrũ, ſed illud quod iã refrigeratũ
eſt. Proinde nos ſuperioribus voluminibus quũ determinata ac definita experiẽtia
cuiuſq; medicaminis facultatẽ explorandam cenſuimus, quàm maxime fieri poſſet
ſimpliciſſimum eligi affectũ conſuluimus. At plerique medici neq; quòd vel plurimi
morborũ protinus ab initio cõpoſiti inuadant, norunt: neq; quòd alius affectus ſit
eryſipelas exactum, alius vero is qui vocatur ab omnibus nobis vſitate, vt à veteri-
bus quoque, phlegmone: alij autem inter hos medij plurimi, partim, vt ſic dicã, ery-
ſipelata phlegmonode, partim phlegmonæ eryſipelatodes. Ac inuenias nonnunquã
vbi neutrum vincat, ſed ad vnguem paria ſint. Quinetiam nõnunquam œdemato-
des eſſe eryſipelas conſpicitur, ſicut aliud ſcirrodes: vt compoſitorum morborum
non paruus aceruetur numerus. De quibus copioſius cũ alibi diſſeruimus, tum in
curandi rationis voluminibus. Dicetur autem & nũc, quoad ſaltem eorum memi-
niſſe neceſſe eſt, quòd exactum eryſipelas haud vnquam ab antedicto cataplaſmate
curari poſſit. Voco autem exactum, cum à bilioſa fluxione pars impleta fuerit. Por
ro quod lõge à refrigeratione abſit coriandrũ, vel ex ijs quæ ipſe ſcripſit Dioſcori-
des, diſcere liceat. Nam chœradas ſiue ſtrumas cũ eregmo ſiue lomento, inquit, diſ-
cutit. Porro quòd nullum refrigerantium medicamentorum idoneum ſit diſcuti-
endis chœradibus, vel ipſum Dioſcoridem non dubitaturum arbitror, quippe qui
ſexcenta ſcripſerit medicamenta chœradas ſanare potẽtia, quæ omnia tum tempe-
rie calida, tum actionibus digerentia eſſe confeſſus eſt.

Coronopus.

Coronopodis radix cœliacis prodeſſe creditur manducata.

Coſtus.

Coſtus leuiculam planè amaram, plurimã autem acrem & calidam in ſe quali-
tatem ſimul & facultatem continet, adeo vt etiam exulceret, quum ex oleo corpus
eorum quibus per circuitum rigor inuadit, ante acceſſionem illo confricatur. ſic ve-
ro etiam in reſolutis [& iſchiadicis] atque in ſumma in quibus excalfacere partem
quamuis, aut ex alto in ſuperficiem extrahere quippiam eſt opus, ad coſtum cõfu-
gitur. Eadem de cauſa vrinas menſeſq; prouocat, & ad rupta, conuulſa, aclaterũ do
lores congruit. Porro ob amaritatem quæ illi ineſt, lumbricos necat. Ob eandem &
ad contractas velut ex ſole maculas, ἐφίλιδας græci vocãt, cum aqua aut melle vſurpãt.
Ineſt item flatuoſa quędam illi temperiei humiditas, per quam & venerem excitat
cum vino mulſo.

Cotyledon. Vmbilicus veneris.

Cotyledon facultatis miſtæ eſt, nempe humidæ ſubfrigidæ, & cuiuſdam obſcu-
re adſtringentis, & cũ ea leuiter amaræ. Vnde refrigerat, repercutit, abſtergit, & diſ-
cutit. Itaque phlegmonas eryſipelatodes & eryſipelata phlegmonode curat: & ma
xime ſtomachi ardore æſtuantis admodum vtile eſt epiplaſma. Putantur folia cũ
radice manducata calculos confringere, & vrinam mouere.

Crania. Cornus.

Corni arboris fructus admodum acerbus eſt, eſui aptus. Itaque mirum videri
nõ debet ipſum valenter ventrẽ reſtringere, ſicut & meſpila. Folia quoq; & germi-

na gustu acerba sunt, valenterq; desiccant. Itaq; maxima vulnera glutinare possunt, potissimum durorū corporū: at paruis vulneribus & mollioribus corporibus magis contraria sunt. Nam nimium ea contendunt, ac plus satis desiccant.

Crambe. Brassica.

Brassica esculenta desiccandi vim habet tum esa, tum foris imposita, non tamē etiam admodū acrem. Alioqui & vlcera glutinat, & maligna vlcera sanat, præterea phlegmonas iam induratas, ac ægre solubiles, & id genus quoque erysipelata. Eadē facultate epinyctidas & herpetes sanat. Habet quiddā etiam in se absterſoriū, quo lepras curat. Porro semē eius potū lumbricos interficit, maxime brassicæ ægyptiæ, quanto ea scilicet tēperatura siccior est. Sanè amaræ qualitatis particeps semen est, sicut videlicet omnia alia medicamēta quæ ad lumbricos idonea sunt. Secūdū eandem facultatē ephelidas, & lentes, & quæcunq; modicam absterſionē postulant, adiuuat. Porro caules brassicæ combusti, cineres efficiunt admodū desiccātes, vt videlicet iam & causticam siue adurētem vim participent. Hac ratione ei veterem adipem commiscentes, ad inueteratos laterum dolores, & si quid eius fuerit generis, adhibent. Nam valenter digerens pharmacum efficitur.

Crambe agria. Brassica agrestis.

Brassica agrestis quodāmodo calidior siccioreq; domestica est, ceu alia propemodum omnia agrestia sui generis domesticis secundum vtranq; hanc facultatem valentiora sunt. Quamobrem neque intra corpus citra noxam sumitur, vt quæ longius ab humana recesserit temperatura. Eadem de causa & gustātibus amarior est quàm domestica: quanquam domestica quoque acrimoniæ nonnihil & amaritudinis contineat: sed vtranq; habet agrestis validam: quare etiam extergit & digerit quàm domestica valentius.

Crambe thalattia. Brassica marina.

Brassica marina supra quàm quod ventrem deijciat, vtpote subsalsa & subamara gustu, fuerit sanè etiā ad externos corporis vsus, & ad omnia ea ad quę tales qualitates accommodantur, idonea.

Cratæogonos.

Cratæogoni herbæ fructus & acris gustanti est, & vtenti frigidus, similis milio.

Crethmon. vulgo dr rocha marina /

Crethmon gustātibus salsum est, cum paucula amaritate: quamobrem vis eius est exiccatoria & absterſoria. Vtraq; tamen imbecillior in eo est quàm in amaris.

Crithe. Hordeum.

Hordeum primi est ordinis in exiccando & refrigerando. habet etiam pauxillū absterſionis. Paulo etiam plus desiccat quàm farina fabacea cui nō insint cortices: cętera vero similia sunt foris vtentibus. In cibo autē hoc fabis præstat, quòd flatuosam naturā exuat: fabis, quantumcūq; coxeris, flatuosa natura remanet. sunt enim crassioris essentię quàm hordeum: quamobrem eo plus etiam alūt. porro quoniam vtrunque paulum modo à medio recessit, multo sunt vsui. Nam talia medicamenta multis alijs miscentur ceu materiæ quædam: itaque etiam cera & oleum non paucis medicamentis coniungūtur. Alphiton vero, hoc est polenta, multo plus hordeo desiccat.

Crimnon. massa or pars farinæ male molitæ hirsutæ Gre

Quòd crassę essentiæ est tū in tritico, tū in zea, ita appellari cōsueuit. Plus nutrit

Brassica multę sunt differentię quę Latinis quę hortensis maddor dny gallis vogel quę est rispa quę rubra quę rapatula quę et maxima est frisica quę domestica quinq; agrestes de quibꝫ Gr. alibi disputatur /

Cinis ex caulibꝫ brassicę

Cratogonos dr qꝫ dominatur genitalibus et semen virat dr multę sumptae foeminas Gre dr Portulaca qꝫ folia sꝫ Gesner. Duplex est una folio maiori Cristinus alba sue. Vna fœmina altera salsa vulgus appellat Culuerage

fabæ, semper flatuosæ

quàm polenta, ſed ægrius concoquitur. Porro ſorbitio quam ex eo conficiunt, polſtos nũcupatur: eaq; ſi ex zea conficiatur, leuiter ventrẽ ſiſtit, ac potiſſimũ ſi frigatur.

Crinos. Lilium.

Lilij flos temperaturam miſtam obtinet partim ex tenui, partim ex terrena eſſentia, ex qua vtiq; habet vt guſtu ſit amara, partim ex aquea, eaq; temperata. Itaq; etiam quod ex eo conficitur oleũ, citra morſum digerendi ſimulq; emolliendi facultatem obtinet: vnde fit vt veteri duritiebus ſit aptiſſimũ. Porro radix foliaq; per ſe trita deſiccant & abſtergũt & digerunt moderate: proinde quoq; ambuſtis competunt. Siquidem hæc quoque moderate deſiccantẽ extergentemq; facultatem poſtulant. Radicem ergo toſtam ac deinde cum roſaceo contritam ambuſtis quoad obducatur cicatrix imponunt: quippe quum alioqui & aliorum vlcerum omnium bonum ſit inducẽdæ cicatrici remedium. Quinetiam vteros emollit, mẽſeſq; prouocat. Folia vero præcoquentes & ipſa ad obductam vſq; cicatricem imponunt, nõ in ambuſtionibus duntaxat, ſed alijs quoq; vulneribus. Sed & ſunt qui aceto ea cõdientes ad vulnera ſuo tempore vtantur. Plus tamẽ ineſt abſtergentis facultatis in radice quàm in folijs, quanquam tamen nec in ea ipſa multum inſit, ſicut prædiximus. Nam primi ordinis abſtergentium eſt medicaminum: itaque cum aut vitiligines aut pſoram aut lepram aut achoras aut aliquid id genus extergere volumus, commiſcemus illi aliquid aliorum medicaminum validius extergẽtium, cuiuſmodi eſt mel. Cæterum ſi id moderate illi ac conuenienter admiſceatur, & ad neruorũ diuiſiones competit, & ad alia vniuerſa quæ valenter exiccari poſtulant abſq; morſu. Impoſuimus vero etiam quandoq; & foliorum ſuccum cum aceto & melle coctum. Quinq; partibus ſucci plus vtroq; erat: eratq; inſigne medicamẽ ad omnia ea quæ exiccari poſtulant abſq; morſu, ceu vulnera omnia ingentia, & maxime quæ in capitibus muſculorũ eueniũt: tũ ea quæ nimis mollia ſunt, & diuturna, atq; ægrẽ ad cicatricem perducuntur. Sed hæc iam ad medicamentorum componendorũ inſtitutum attinent, à quo quãtum licet abſtinere in præſentiarum adnitor, cæterum rerum ipſarum natura ſæpenumero vt attingam adigit: celeriter vero relinquenda ſunt, atque ad propoſitum reuertendum.

Crocodilium.

Crocodilij ſemen acre eſt atque odoratum, vrinam menſeſq; ciens. Itaq; facultatem habuerit calidam digerentem & exiccantem. Succus tum caulis tum ſeminis, vt quæ ſimilis ſint facultatis, nephriticos adiuuat. Radix pectoris excreationibus valenter conducit, minus quidem quàm ſemen acris, non tamẽ minus amara. Trahit vero etiam per nares ſanguinem.

Crocus.

Crocus paulum etiam adſtringẽs quid obtinet, quod terreũ frigidumq; oſtẽdimus: ſed ſuperat in eo calfaciens & qualitas & facultas, vt tota eius eſſentia ſecundi ſit ordinis excalfacientium, & primi exiccantium: proinde concoquẽdi quoq; vim quandã obtinet, adiutante ſcilicet in hoc & paucula illa adſtrictione. Quippe quibus medicamẽtis, quum nõ admodum excalfaciant, paucula adeſt adſtrictio, ea parẽ facultatem habent eſſentijs emplaſticis vocatis: quas cũ iunctas eſſe caliditati nõ vehementi contigerit, pepticas hoc eſt concoquentes eſſe oſtendimus.

Cepa.

Cepa ex quarto eſt ordine excalfacientium. eſſentia eius potius craſſarũ eſt par-

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 180 sur 277

tium: vnde etiam hæmorrhoidas aperit tum appoſita, tum cum aceto inuncta. In ſole alphos abſtergit, tum alopecijs attrita pilos alcyonio citius reſtituit. Porro ſi ſuccum eius exprimas: quod reliquum eſt, admodum terreæ ſubſtantiæ eſt, eiuſq; calidæ: at ſuccus aqueæ aëriæq; caliditatis. Hic igitur ijs qui ſuffuſi ſunt, aut aciem oculorũ obtuſam præ craſſitudine humorum obtinent, inunctus prodeſt. ex huius temperatura tota cepa flatuoſa eſt manducata. Itaq; quæ temperatura ſunt ſiccior, minus flatuum generant.

Cyamos. Faba.

Faba in vtroq; medij temperamenti proxime eſt in exiccando & refrigerando. Caro eius paulum quoq; abſtergentis facultatis continet, ſicut putamen nonnihil adſtringentis: idcirco medicorum nonnulli totam fabam cum oxycrato decoctam dyſentericis, cœliacis, vomẽtibus, quos ἐμετικοὺς nominant, exhibuerunt. Porro vt edulium, flatulenta eſt, ac coctu difficilis, ſi quid aliud: excreationibus ex pectore & pulmone idonea. Vt medicamentum vero foris impoſita, deſiccat innoxie. In podagricis ea ſæpenumero vſi ſumus ex aqua decocta, & ita adipi ſuillo admiſta. Ad neruorum tum contuſiones, tum vulnerationes farinã eius cum oxymelite impoſuimus. Ad eos quos ex ictu iam phlegmone occupauerat, cum polenta. Sed & teſtium & vberum aptum eſt cataplaſma. Nam hæ partes cum phlegmone tenẽtur, moderate refrigerari amant, maxime cum vbera ex lacte in ipſis concreto phlegmonen patiantur. Quin lac quoque ab eo cataplaſmate extinguitur, ſicut puerorum pubes farina fabacea illita plurimo tempore glabra permanet.

Cyclaminos. Rapum, ſiue tuber terræ.

Cyclaminus varias vires poſſidet. Nam & abſtergit, & incidit, & ora venarum aperit & attrahit & digerit. clarum id eſt ex particularibus operibus. Nam ſuccus eius hęmorrhoidas referat, violenterq; ad ſeceſſum prouocat in crocyde ſiue floccis appoſitus. Sic etiam facultatibus phymata ſtrumas aliaſque durities digerentibus commiſcetur, ac ſuffuſis cum melle illitus competit: ad hæc quoq; per nares expurgat. Adeò vehemẽs eius facultas eſt, vt abdomine illito ventrem ſubducat, & fœtũ interimat. Nam & alioqui validũ interimendo conceptui medicamen eſt in peſſo additus. Tota autẽ radix ſucco imbecillior eſt, quanquã & ipſa vehemens ſit. Nam & mẽſes ſiue epota ſiue appoſita euocat, & aurigini prodeſt, non modo ipſum viſcus expurgans, ſed etiã quæ in toto corpore bilis fuerit, eam per ſudorem eijciens. Proinde ſanè poſt potionẽ, ſudoris adiuuanda prouocatio eſt. Modus eius bibẽdi eſt drachmarũ trium, ſiue cum melicrato, ſiue cũ paſſo. Cutẽ detergit cũ in alijs, tũ q; alopecias, ephelidas, omniaq; exanthemata ſiue effloreſcẽtias curet. lienẽ quoq; induratũ iuuat emplaſtri modo illita tum recẽs, tum arida. Sunt qui radicẽ ſiccam aſthmaticis ſeu anhelantibus exhibeant. Porro altera clycaminus, quam quidam cyſſanthemon nominant, propterea quòd cyſſo, hoc eſt hederæ flore ſit aſſimilis, radicem quidem ſuperuacaneã habet, ſed fructũ admodum efficacẽ. nam hic cum vino pluribus diebus potus lienes ſanat, vrinas mouens, ac ventrem ſubducens. locos quoq; eijcit, & aſthmaticis prodeſt. Qualitas eius guſtãti acris eſt, & ſublẽta.

Cyminum. Cuminum.

Cymini ſemine maxime vtimur, quemadmodum aniſi, liguſtici, cari, petroſelini. Eſt vero & facultatis excalfacientis, ſicut illorum vnumquodq;, tum vrinam mouentis, & flatum extinguentis: ex tertio ordine excalfacientium.

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 181 sur 277

Cynosbatus. Sentis canis.

Huius fruticis fructus nõ ſegniter adſtrictorius eſt, folia vero mediocriter. Itaq; particularis eius vſus haud ignotus eſt. cauendum ab eo quod in fructu eius lanæ ſpeciem habet, ceu arteriam vitians.

Cypariſſus. Cupreſſus.

Cupreſſi folia, germina, pilulæ recentes & molles magna vlcera conglutinant in duris corporibus: ex quo clarum eſt quòd reſiccandi vim habeat abſque inſigni acrimonia, aut caliditate, ſicut certe & guſtus teſtificatur. Apparet enim in ea leuis quidem acrimonia, ſed plurima amaritudo, multoq; etiam plus acerbitatis in tota planta. Tanta ei ineſt acrimonia caliditáſque, quanta ſatis ſit deducendæ in altum acerbitati, ac nullam tamen mordicationem aut caliditatem in corporibus efficiat. Proinde in alto latentes in flaccidis putreſcẽtibuſq; affectibus humiditates innoxie tutoq; depaſcitur, atq; abſumit: cum quę excalfaciunt ſimul deſiccantq;, eas quidem quæ cõtentæ ſunt abſumant, cæterũ acrimonia & caliditate alias attrahãt. Sic enterocelicos iuuat. liquidem exſiccat, robúrq; addit corporis partibus præ humiditate laxis, vtpote cum adſtrictio in altum ſubeat deducente ipſa caliditate quę admiſta eſt, eum ſeruante modum, vt deducere quidem valeat, non tamen mordicare queat. Quidam ea vtuntur ad carbunculos & herpetes polentæ miſcẽtes, tanquam abſumat citra excalfactionẽ eos morbos facientem humiditatẽ. Sunt qui ad eryſipelata vtantur, admiſta nimirum polenta cum aqua aut oxycrato aquoſo.

Cyperus. Iuncus quadratus.

Cyperi radices maximo vſui ſunt, excalfaciẽtes pariter & exſiccãtes abſq; mordacitate. Itaq; vlceribus quæ præ nimia humiditate cicatricẽ difficulter admittunt, mirificè proſunt. habent enim quiddam etiã adſtringens: quapropter vlceris item oris cõueniunt. Quin & incidendi vim quampiam illis ineſſe teſtificãdum, qua & calculo vexatis congruunt, & vrinam menſéſq; prouocant.

Cypros.

Cyprus. huius arboris folia ſummaq; germina in vſum veniunt, & facultatis & qualitatis miſtæ. habent enim quiddam digerens cum aquea ſubſtantia modice calida, habéntq; etiam adſtrictorium quiddam ex terrena ſubſtantia frigida. Itaq; eorum decocto quidam ambuſta fouent. Vtuntur vero etiã aduerſus igneas phlegmonas & carbũculos. Nã abſq; moleſtia & morſu deſiccant. Quinetiã ſpõte prouenientibus in ore vlceribus aphthæ deſi, & ipſis aphthis cõmanſa accõmoda ſunt.

Cytiſus.

Cytiſi folia digerẽdi facultatẽ obtinẽt aqueæ & tẽperatę miſtam, ſicut & maluæ.

Cœnon. Cicuta.

Cicuta quòd extreme refrigerantis ſit facultatis, omnes norunt.

Conos.

Coni fructus, quem quidam cocalon nuncupant, & ſtrobilon, viridis totus, habet cum humiditate amaritudinem quampiam & acrimoniam: proinde purulentis, & quibuſcunq; adeò quæ in thorace & pulmone ſunt facilè etuſſire & expuere expedit, accommodus eſt. Porrò fructus ex eo eſculentus, nutrimentum eſt cocto difficile, & validum. At vt medicamen aſperitati leniendæ congruit, cum videlicet in aqua maceratus omnem in ea acrimoniam reliquerit. Nam reliquum omne minus mordax, magiſq; emplaſticum redditur. in medio calidæ & frigidæ

qualitatis cõſiſtens, ex aquea & terrea miſtũ ſubſtantia, minimũ participans aëriæ.

Lagopus.

Agopus facultatis eſt deſiccantis adeò vt fluxus alui probe exſiccet.

Lathyris.

Sunt qui dicant & hanc eſſe tithymalli ſpeciem, tum quòd ſimiliter illis ſuccum habeat, tum quòd eodem modo purget, totáque illis facultate aſſimilis ſit, niſi quòd ſemen guſtantibus videatur dulce: quod ſanè etiam maxime purgatoriam vim poſſidet.

Lampſane.

Lampſane eſa quidem ſuccos prauos procreat: cæterum illita abſtergendi nonnullam digerendíq; facultatem poſſidet.

Lapathum.

Lapathum moderate digerẽtem fortitum facultatem eſt, at oxylapathum miſtam. nam cum eo quòd digerit, nõnihil quoq; repercutit. Semen eorum manifeſtam quoq; quãdam adſtrictionẽ obtinet, vt & dyſenterias & diarrhœas ſiue profluuia ſanet, & maxime oxylapathi. Porrò hippolapathum quod in totũ in paludibus prouenit, eaſdem dictis facultates obtinet, ſed imbecilliores.

Lemonium.

Lemonij frnctum, vtpote acerbum, exhibent cœliacis, & dyſentericis, hæmoptoicíſq; ſiue ſanguinem ſpuentibus. iuuat & profluuium muliebre. Satis eſt oxybaphi menſura.

Lechen.

Lechen qui in petris naſcitur, eſt velut muſcus quidem, ſed recte ex plantarum cenſeri genere poteſt. Porrò ita nominatus videtur, quòd lechenas curet. extergentem habet ac modice refrigerantem facultatem, vtranque vero reſiccantem. Atq; abſtergentem quidem atq; exſiccantem à petra obtinet, refrigerantẽ vero ab humore aqueo. naſcitur enim in humidis & grauiter olentibus ſaxis. Porrò quod ex talibus cõponitur, aduerſum eſſe phlegmonæ (quod aphlegmãton vocant) nihil mirum eſt. Cæterum an hæmorrhagias ſiſtat, vt refert Dioſcorides, id vero neutiquam dicere queam.

Leontopetalon.

Leontopetali radice maxime vtimur. digerendi facultatem & exſiccandi excalfaciendíq; in tertio ordine poſſidet.

Lepidium.

Lepidium ex quarto eſt ordine excalfacientium, ſimile naſturtio tum odore, tum guſtu, tum viribus: ſed minus eo deſiccat.

Leucas.

Leucas acrem poſſidet qualitatem exuperantem, temperaturam vero calidam ſiccámq; in tertio quodammodo ordine.

Leucacanthon.

Leucacanthon, quidam autẽ polygonaton, alij iſchiada nuncupant. huius amara radix eſt, ac proinde incidit & exſiccat in tertio ordine. in calfaciendo autem ex primo eſt ordine.

Leucoion.

Leucoij frutex vniuerſus extergentem facultatem poſſidet, ac tenuium partiũ.

plus tamen flores,& inter hos qui ſunt ſicciores magis etiam quàm virides, adeò vt & oculorum cicatrices craſſas extenuent. Tum menſes quoq; decoctum eorum mouet,& locos,partúmq; emortuum elicit:ac ſi bibatur,abortum facit. Eſt ergo id medicamẽtum,vt ſi quod aliud,amarum. Ac ſi quis virium eius vehementiã multa aqua admiſta retũdat ac mitiget, aut certe id genus aliquo,habebit & ad phlegmonen non malũ medicamen. Sic decoctum eius ſi non merum fuerit,vteri phlegmonas identidem perfuſum ſanat, potiſſimum quæ diutino tempore ad ſcirri modũ induruere. Sic cum cerato vlcera ægre ad cicatricem peruenientia curat. Sunt vero etiam qui cum melle & ad aphthas adhibeant. Semen cum eiuſdem ſit facultatis, aptiſſimũ eſt duarum drachmarũ mẽſura potum, tum menſibus ciendis impoſitũ cõuenire creditur,partúmq; viuẽtem interficere,ac mortuũ eijcere. Radices ſimilis quoq; facultatis,niſi quatenus craſſioris ſunt eſſentiæ,& magis terrenæ,cum aceto lienes induratos ſanant. Nonnulli vero & phlegmonas induratas ijs curant.

Leuce. Populus alba.

Leuce arbor miſtæ quodammodo temperaturæ eſt ex aquea tepida & terrena extenuata eſſentia:quamobrem & abſtergentis facultatis eſt particeps.

Libanotus. Thus.

Thus excalfacit ordine ſecundo,deſiccat primo, habet quoq; adſtrictionem puſillam. Sed minimũ manifeſta adſtrictio eſt candido. cortex eius euidẽter adſtringit. proinde ſanè ſtrenue quoq; deſiccat, adeò vt ex ſecundo ſit ordine deſiccantiũ. Eſt autem craſſiorum partium quàm ipſum thus,& minimum habet acrimoniæ. Ob has ergo tum facultates tum qualitates multus eſt eius vſus apud medicos in hæmoptoicis, ſtomachicis, cœliacis,ac dyſentericis,non tãtum ijs quæ extrinſecus applicantur,ipſum admiſcẽtes,ſed & ijs quę intro in corpus ſumũtur. Ramus eius tum ſiccioris tum calidioris eſt facultatis q̃ ipſum thus,adeò vt ad tertiũ vſq; exceſſum perueniat. Habet vero etiã abſterſoriũ quiddam. Itaq; eo nomine & expurgare & implere quæ in oculis cõſiſtunt vlcera videtur, velut & myrrhæ & ſtyracis.

Libanotides.

Libanotides tres ſunt,vna ſterilis, duæ fructum ferentes: omnes vero eiuſdem facultatis, emollientis & digerentis. Succus tum radicis tum herbæ miſtus melli obtuſam oculorum aciem ab humorum craſſitudine emendat. Porrò eius libanotidis quæ ad coronas eſt vtilis,quam Romani roſmarinum nuncupant, decoctum regio morbo laborantes potum adiuuat. Omnes enim libanotides abſtergentis & incidentis facultatis participes ſunt.

Lignys. Fuligo.

Fuligo omnis exſiccatoria eſt,ac proinde terreſtris eſt eſſentiæ, habẽs quaſdam etiã ignis qui materiã cõbuſſit,reliquias:ſed id puſillum eſt. Porrò tota natura terrena eſt,tenuium partium. Sed quæ ſpeciatim in ea differẽtiæ ſunt,eæ pro vſta materia eueniunt:ex acriore & calidiore, tali etiam proueniente fuligine: ex dulciore ſimili quoq; & hinc fuligine proueniente. Primum enim thuris fuligine vtuntur in ocularias medicinas miſta,eas videlicet quæ ad oculos etiamnũ phlegmone tentatos accommodantur, atq; etiamnum fluxione vexantur, & vlcera habent. nam & illa expurgat,& carne implet. Ad hec vſurpant quoq; eam ad facultates quas vocãt calliblepharas. Præterea terebinthinę myrrhæq; fuligo moleſtia caret,non aliter quàm thuris. ſed ſtyracis quodammodo valentior eſt. magis etiam picis liquidæ,

qua etiã magis cedri. Porrò acrioribus vtuntur ad vitia ſuperciliorũ vocata ptila, & eroſos oculorum angulos humidoſq; citra phlegmonen. At mollioribus mitioribuſq; tum ad hæc, tũ ad ea ad quæ cõpetere paulo ſuperius diximus thuris fuliginẽ.

Libyſticu m.

Libyſtici radix & ſemen ex genere excalfacientium ſunt, adeò vt & menſes cieant, & vrinas prouocent, flatuſq; extinguant.

Linoſpermon. Lini ſemen.

Lini ſemen eſum flatuoſum eſt etiamſi frigatur: adeò ſanè recremẽtitia humiditate plenum eſt. Eſt vero etiam in primo ordine quodammodo calidum, ac humiditatis & ſiccitatis quodammodo in medio eſt ſitum.

Linozoſtis. Mercurialis.

Linozoſtide vtuntur omnes ad vẽtris purgationes duntaxat. Verumenimuero ſi quis eius facere periculum volet in cataplaſmate, ſanè admodum eam eſſe digerentis experietur facultatis.

Lonchitis.

Lonchitidis, eius videlicet quæ ſemen habet triangulare, cuſpidis figura, radix potiſſimum quodammodo ſimilis eſt radici dauci: proinde vrinã ciet. Porrò eius quæ ſcolopẽdriæ ſimilia habet folia, ea ad glutinanda vulnera idonea ſunt viridia, ſed ſicca cum aceto lienes induratos ſanant.

Lycion.

Lycion, ſiue pyxacanthon, arbor ſpinoſa, ex qua lycium quod vocant cõficitur, id videlicet medicamentũ liquidum quo ad ſuggillata vtuntur, & ſedis oriſq; phlegmonas, vlcerationẽq;, tum herpetas, putredines, & vlcera contumacia, & aures pure fluentes, & intertrigines, ac paronychias. Eſt autẽ facultatis exſiccatoriæ, cõpoſitũ ex diuerſi generis ſubſtantijs, quas ἑτερογενεῖς græci vocant, altera quidem tenuium partium digerente atq; calida, altera terreſtri & frigida, ex qua adſtrictionẽ obtinet. Porrò hæc qualitas puſilla medicamento ineſt, digerit vero & deſiccat non parum, nempe in ſecundo ordine. in calore autẽ medijs & ſymmetris proximum eſt. proinde ad varia hoc vtuntur medicamine, vt abſtergente quidem [ad putredines, & cacoëthe vlcera:] vt cõtrahente vero, cœliacis, dyſentericis, ac muliebri profluuio adhibent. Lycium hoc in Lycia & Cappadocia plurimum prouenit. Sed Indicum ad omnia valentius eſt.

Lyſimachios.

Lyſimachios ſuperantem habet qualitatem adſtrictoriam, per quam & vlcera glutinat, erumpentemq; ex naribus ſanguinẽ emplaſtri modo illita reprimit. quin & reliquas ſanguinis eruptiones ſiſtere poteſt tũ ipſa, tum ſuccus eius multo magis. Pota dyſenterias, ſanguinis reiectiones, ac muliebre profluuium ſanat.

Lychnis.

Lychnidos coronariæ ſemẽ calidum eſt ſecundo quodammodo ordine, aut iam etiam tertio. Siccum ſanè etiam eodem modo.

Lotos.

Lotus domeſtica, quam quidam triphyllon, hoc eſt trifolium nominant, vt mediocriter cõcoquendi vim poſſidet, ſic etiã exſiccandi. in caliditatis frigiditatiſq; cõiugatione media quodãmodo eſt, & temperata. Lotus autẽ agreſtis plurima in Libya prouenit. ſemẽ eius ſecundi eſt ordinis excalfacientiũ, habẽtq; nonnihil abſter-

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 185 sur 277

ſorium. Porrò ægyptiæ loti ſemen etiam in panes fingitur.

Lotos.

Lotus arbor non ita multæ adſtrictoriæ qualitatis eſt particeps, ſed & tenuium partium eſt, & exſiccatoria. Itaq; lignorum aſſulæ derafæ muliebri accõmodantur profluuio, & dyſenterijs, & cœliacis affectibus. Decoquũtur vero interim in aqua, interim in vino, nimirum prout vſus popoſcerit: nec infunduntur tantum, ſed & bibuntur. Quinetiam quòd pilos defluentes cohibeat, non mediocre ſignum eſt ipſum adſtringentis eſſe cuiuſdam, ſimiliter mediocriter deſiccãtis facultatis. Dictum quippe eſt & in ſermone de ladano eiuſmodi eſſe facultatis oportere quod fluentes cã pillos eſſet cohibiturum.

Macer.

Macer, cortex eſt, qui ex India conuehitur, guſtu multum acerbo, cum leuicula quadam acrimonia odorata, iucundum ſanè redolens, vt pleraque aromata ſiue odorata quæ ex India conuehuntur. Videtur itaq; & ipſe ex miſta conſtare eſſentia, pleraq; terrena frigida, paucula vero calida, & tenuium partium. Quamobrem valẽter deſiccat, adſtringitq; : proinde cœliacis & dyſentericis miſcetur facultatibus, in tertio exſiccantium conſiſtens ordine, in caloris frigoriſq; differentia neutrum inſigniter efficiens.

Malabathrum.

Malabathri folium cum ſpica nardi ſimillimam facultatem habet.

Malache. Malua.

Malua, agreſtis quidem, digerẽtis paululum & emollientis leuiter eſt facultatis. hortenſis vero quãto plus habet aqueæ humiditatis, tanto facultate imbecillior eſt. Fructus eius tanto validior eſt, quanto & ſiccior. Porrò huius generis eſt & ea quæ anadendromalache nuncupatur, ſed efficaciſſima comprehenſarum in digerendo. Appellatur etiam Althea.

Mandragoras. Mandragora.

Mandragora vincentem habet facultatem refrigeratoriam, adeò vt tertij ſit ordinis refrigerantium. Veruntamen nonnihil etiam caloris ineſt & in pomis humiditatis, proinde ſoporem ea conciliandi vim habent. Radicis cortex cum ſit valentiſſimus, non tantũ refrigerat, ſed & deſiccat. reliquũ quod intus eſt, imbecillũ eſt.

Marathrum. Fœniculum.

Fœniculum tam valenter excalfacit, vt ex tertio ordine excalfacientium cenſeri promereatur: deſiccat vero nõ æque, ſed ipſum quiſpiam in hoc primi eſſe ordinis poſuerit: proinde lac procreat: quod, ſi admodum deſiccaret, nõ ſanè efficeret. Suffuſis eadem ratione auxiliatur. Vrinas menſeſq; ciet. Porrò eſt & alterum fœniculum quod præ magnitudine hippomarathrum nuncupant: cuius radix ac ſemen amplius quàm domeſtici, deſiccandi vim obtinet: quocirca ventrem quoq; eo nomine ſiſtere videtur. Nec ſanè manifeſta illis ineſſe videtur adſtrictio. Huius non radix modo, ſed & ſemẽ Cachryi aſſimile eſt, poteſtq; & calculos frangere, & auriginoſos ſanare, menſeſq; & vrinas mouere: non tamen lac congerere, ſicut illud ſuperius. Aliud eſt hippomarathrum cuius ſemen rotundum eſt & acre, ſimile ſemini coriandri, facultate quidem hippomarathro ſimile, ſed debilius.

Maſtiche.

Maſtiche candida quidem & Chia cõſueto more cognominata quodammodo

ex contrarijs cõpoſita facultatibus eſt, adſtringente videlicet, & emolliente. Proinde ſtomachi, ventris, inteſtinorum, iecoriſq; inflammationibus competit, vtputa ſecũdo ordine excalfaciens & deſiccans. Nigra vero, quæ Aegyptia cognominatur, tum magis deſiccat, tum minus adſtringit: quamobrem aptior eſt ad ea quæ validiorem digeſtionem per halitum expoſcunt, hac ratione furunculis bonum eſt remedium. Porrò oleum vnguentumq; maſtichinum ex Chia cõficitur, non admodum ſanè ex Aegyptia. Cæterum ſimilis eſt & ipſum maſtichæ facultatis.

Melanthium.

Melanthium excalfacit atq; deſiccat tertio ordine. Videtur etiam tenuium eſſe partium, hoc enim nomine catarrhos ſanat in linteo admotum atque aſſiduo olfactum. Quinetiam ſi intro in corpus ſumatur, vel maxime flatus extinguit. Vnde conſtat eſſentiæ ipſum eſſe ſubtilis, & ad vnguem à caliditate elaboratæ. Propterea ſanè etiã amarum eſt. Oſtenſum vero in quarto horum voluminũ eſt, quod quum ad extremam tenuitatem atq; elaborationẽ terrena pertingit ſubſtãtia, amara proueniat qualitas. Itaq; mirum non eſt ſi lũbricos interimat non eſum modo, ſed etiã foris impoſitum. Siquidem & id præſtare poſſe ſaporem amarum mõſtratum eſt. Nec ſanè etiam mirandum ſi lepras, clauos, myrmecias eijciat, ei præſertim qui in ſuperioribus libris comprehenſorum haud eſt immemor. Sic vero etiam orthopnœam iuuat, & menſes prouocat, qui vtiq; ob craſſitiem aut viſcoſitatem retẽti fuerint. In ſumma vero, vbi ſectione, exterſione, deſiccatione, excalfactione eſt opus, præſtantiſſimum id remedium eſt.

Melilotum.

Melilotum miſtæ facultatis eſt. habet enim quiddam adſtringens: ſed & digerit & concoquit. copioſior enim in eo eſt ſubſtantia calida quam frigida.

Mel.

Mel deſiccat & excalfacit ordine ſecũdo. Eſt autem ſimplicis, quoad fieri poteſt, tum facultatis, tum temperamenti, extergentis, vt nobis appellare mos eſt, medicamẽtorum ſpeciei exiſtens. Porrò coctum minus acre abſterſoriumq; redditur: itaq; ad ſinuoſorum vlcerum glutinationes eo vtũtur. Cæterum ſi quod mel amarum eſt, ceu Sardoum, clarum eſt & ipſum miſtę eſſe facultatis: tãquam ſi noſtrum quiſpiam ei abſinthium admiſcuiſſet. Sed & Sacchar vt vocant, quod ex India atq; fœlici Arabia cõuehitur, in calamis vt aiunt concreſcit, & ipſum mellis eſt ſpecies, minus certe noſtrate dulcius, ſed adſimiles ei vires obtinens quod ad abſtergendũ deſiccandum & digerendum attinet. Porrò quatenus nec inimicum ſtomacho eſt ceu noſtras, nec ſitim afferens, eatenus ab illo ſubſtantia differt.

Meliſſophyllon. Citrago.

Meliſſophyllũ marrubio ſimile eſt facultate, ſed plurimũ ab eo vincitur: quamobrẽ nec vtitur eo quiſquã. Superuacaneũ ſiquidẽ foret præſente marrubio, cuius tãtus eſt vbiq; terrarũ prouẽtus, velle vti meliſſophyllo. cæterũ ſi cui forte ad manũ quandoq; marrubiũ non fuerit, illo vti liceat, modo nõ exciderit quãto ab hoc exuperetur.

Meſpilum.

Meſpilum, alij tricoccum nominant, quod tria intus in vniuerſum gerat grana, quorum vnumquodq; arboris eſt ſemen, ceu ea quæ in malis inueniuntur, ipſius mali: & nuclei, ipſius vitis: & ficus, minuta illa grana quas cenchramidas græci vocant. Arboris huius fructus admodũ acerbus eſt, vixq; edi poſſit, ventrẽ ſtrenue

coërcens. Quin & in germinibus & folijs acerba hæc qualitas nõ pauca reperitur.

Medion. Trifolium odoratum.

Medij radicem contrà atque semen ipsum temperatam esse contigit. nam illa quidem austera est, & fluxiones cohibet cum alias, tum vero etiam profluuiũ mulliebre quod vocant. At semen tantum abest vt tale quid efficiat, vt etiã menses ciet, nimirum tenuium partium, & incidendi facultatis.

Mecon. Papauer.

Papauer alterum rhœas nũcupatum est, quod scilicet celeriter flos eius defluat. Alterum domesticum, quãdoquidem colitur. Quin & alteræ duæ sunt species syluestris papaueris: alterum velut insidentem calicem sustinẽs, alterum longiorem q̃ illud caliçe obtinẽs, totũ autẽ procerius ac squalidius. Ab hoc succus defluit: atq; hinc est quod hanc speciem quidam rhœada nominent. Porrò omnium facultas refrigeratoria est. Cæterum satiui semen, quod & thylacite cognominant, mediocriter somnum conciliat, visu candidum. proinde pani ipsum inspergunt, ac melle maceratum edunt. At eius quod primo loco recensuimus, cuius florem celeriter decidere posuimus, validius semen refrigerat: itaq; nequaquã eo quis innoxie solo vti possit, sicut satiuo siue domestico melli admiscens. Admodum verò si ita sumptum sit, somnũ conciliat. Cæterum pusillum eius inspergunt ijs quę ex melle confiũtur bellarijs, atq; itrijs, panibusq;. Porrò tertio loco dicti semen atrum etiã medicamẽtosum est, admodum refrigerans. At quod quarto loco positum est, omniũ est medicatissimum tum in semine, tum in caliculis, tum in folijs, tum in succo. Valide enim refrigerat, ad stuporem vsq; & mortẽ perducens. Sed medici, quo probe eo vtantur, medicamentis miscentes, frigiditatis vehementiã retundunt. Est enim ex quarto & vltimo refrigerãtium ordine. Porrò quo pacto maxime ex methodo mistionem facere oporteat, nõ est præsentis tractationis proprium, sed eius quæ de componendis medicamentis agit, quæ post hoc opus à nobis exponetur.

Mecon ceratitis. Papauer cornutum.

Nominatum quidem sic est à semine leuem inuersionẽ habente, velut & fœnũ græcũ: vt bouis cornu esse videatur simile. Vocatur porrò à quibusdã paraliũ, quãdoquidem vt plurimum iuxta mare nascitur. Vim habet incidendi, & abstergendi. Itaq; radix herbæ in aqua decocta ad dimidiũ, hepaticos affectus adiuuat. Porrò folia & flores sordida admodũ & cõtumacia vlcera iuuãt: sed ea reijcere oportet vlceribus iam purgatis. Adeo enim abstergere valent, vt & puræ quoq; carnis nonnihil eliquent. Hoc viriũ robore nõ sordem dũtaxat, sed & crustam vlceribus detrahit.

Mecon Heraclea. Papauer Herculeum.

Vocatur vero & aphrodes, hoc est spumosum, eo quod totum candidum est & spumosum, exile. Semen habet pituitam expurgans.

Melea. Malus.

Malus non omnis eiusdem naturæ est, velut nec eiusdem fructus. Quippe quædam mala dulcia sunt, quędã austera, nonnulla acida, alia extreme exoluta & aquea. & sanè in istis aqueum exuperat: vt temperies eorum sit tum humidior, tum frigidior: in acerbis autem terrenum frigidum. In austeris vero tum istud, tum aqueum frigidum, sicut in dulcibus aqueum temperatum. Sic quoq; succi, cortices, foliaque arborum inter sese dissident. Itaq; si austeriora sint atq; acidiora vulnera, illis glutinare possis, tum in phlegmonarũ principio influxionem repercutere, ac stomachũ

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 188 sur 277

ventrémq; exolutum ac languidũ roborare: at aquoſioribus mediocres phlegmonas incipientes & gliſcentes remittere. Sed hæc iam ad curandi rationem attinent: proinde ea citius etiã relinquẽda. Porrò q; plurima pomis omnibus recrementitia frigidaq; inſit humiditas, vel hinc liqueat, quòd eorum omnium nullus omnino ſuccus durare, ac vetuſtatem ferre poſſit, verum aceſcant corrumpãturq; vniuerſi. Solus enim cydoniorũ & ſtruthorum (vtpote quę propter vincentem adſtrictionẽ minus cæteris ſunt humida) ſuccus coctus cũ melle durare poteſt: tametſi ipſe per ſe nõ ita durare queat.

Melea perſice. Malus perſica.

Hęc vulgo nunc ab omnibus vocatur perſice tantũ, illo videlicet omiſſo, melea. Ipſa igitur arbor in germinibus & folijs vincẽtẽ habet amarã qualitatẽ: proinde folia eius trita & ſuper vmbilicũ impoſita lũbricos necãt. Alioqui ſanè etiã digerens medicamen eſt. Fructus eius, nẽpe eſculẽtum hoc perſicũ, humidior eſt & frigidior temperie.

Melea armenice. Malus armenica.

Huius vetus nomẽ deficit. Vocant enim omnes tũ fructũ tũ arborẽ præcocion. Fructus humidior frigidiorq; eſt, vtrũq; ſecũdo quodammodo exceſſu perpeſſus.

Melea medice. Malus medica.

Huius fructus nõ amplius malũ medicũ, ſed ab omnibus citriũ nũcupari adſolet, in ſemine quidẽ vincẽtẽ habẽs qualitatẽ acidã & ſiccã, vt ipſum tertij ſit ordinis reſiccantiũ refrigerãtiũq;: in cortice vero itidẽ deſiccantẽ tẽperiẽ eſt ſortitus, nõ parũ tamẽ habẽtẽ acrimonię: proinde deſiccat hic ſecundo exceſſu, nõ tamẽ frigidus eſt, ſed aut tẽperatus, aut paulo infra. Porrò caro eius pariter craſſi ſucci eſt, & pituitoſa frigidaq;. Nã & ipſa editur ſicut & cortex: ſemẽ omne edi ineptũ eſt, tũ humidũ illud & acidũ de quo primũ diſſerui, & nucleus qui in illo inuenitur, id quod reuera ſemẽ eſt. Hic amarus eſt, & digerẽdi videlicet ſiccandiq; facultatẽ obtinens, ſecũdo quodãmodo ordine à tẽperatis recedẽs. Folia vero deniq; exiccãdi ac digerẽdi vim obtinent.

Meum.

Huius radices perutiles ſunt, calidæ tertio ordine, ſiccæ ſecundo: proinde vrinã menſesq; ciere volentes hoc vtũtur pharmaco. Sed ſi pluſculũ ſumatur, capiti dolorem mouet, vtpote cũ pluſculũ ſit calidũ quàm ſiccũ: quippe quũ humiditatẽ crudiuſculã etiamnum & flatuoſam caliditatẽ ad caput deferat, atq; ita ipſum afficiat lædatq;.

Milax trachęa, hoc eſt aſpera.

Milax trachęa clauiculis plena eſt. Varie nanq; arboribus circũuoluitur ſurſum deorſum. Folia leuiter acria guſtantibus ſunt, & alioqui vtentibus calida.

Milax lęa, hoc eſt læuis.

Milax lęa quodammodo iam dictæ ſimiles vires obtinet.

Morea. Morus.

Mori fructus maturus quidẽ vẽtrẽ ſubducit, immaturus vero vbi aruerit, admodũ reſtringit. Itaq; ad dyſenterias accõmodus eſt, & affectiones cœliacas, & quaſcũq; alias fluẽtes. cõtunditur autẽ, ac opſonijs cõmiſcetur, velut rhoi fructus: aut ſi cui ita videatur, ex aqua aut vino bibat. Porrò q; maturorũ ſuccus ad ſtomatica medicamẽta ſit vtilis, propter eã videlicet quę ineſt illi adſtrictionẽ, neminẽ latet. Prętereà ad alia cõplura particularia quę mediocrẽ poſcũt adſtrictionẽ, cõpetit. At matura mora pręter acerbitatẽ & aciditatẽ ſortita ſũt. & tota adeò arbor in omnibus ſuis partibus miſtã aliquã vim obtinere videtur ex reſtringẽte & purgante cõpoſitã. Attamẽ in radicis cortice purgatoria cum quadã amaritudine exuperat, adeo vt & latum lumbricum interficiat. In alijs autẽ partibus reſtringẽs vincit. in folijs tamẽ

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 189 sur 277

& germinibus quodammodo media vtriſque temperies eſt.

Myagros.

Myagri ſemen pingue eſt. nam ſi tundatur, oleoſum quid effundit, quod emplaſticã vim obtinet. Fungus. gallis champignons

Fungus frigida humidaq; admodũ planta eſt: quamobrẽ etiã proxime ad deleteriam & enecantẽ facultatẽ accedit: & ſanè inter eos ſunt qui interficiant, potiſſimum qui ex natura miſtam habent qualitatem putredinoſam.

Myle.

Myles radix paruo bulbo ſimilis eſt facultatis, contrahẽtis. nam cum farina ærina, hoc eſt lolij, apertam vuluam ſanare ſcribit Dioſcorides.

Myos ωtis. Auricula muris.

Myos ωtis, quidã vero myos ωta. deſiccat ſecundo ordine: cęterũ nullã euidentẽ caliditatem poſſidet. Myrice. Tamarix.

Myrice abſtergẽtis eſt ac incidẽtis facultatis, abſq; pſpicua deſiccatione. habet vero etiã adſtrictionẽ nonnullã. Has ob qualitates facultateſq; admodũ prodeſt lieni indurato decocta cũ aceto aut vino ſiue radice, ſiue folijs, ſiue extremis ramulis. Sanat porro dẽtiũ dolores. Cæterũ fructus & cortex nõ paucã ſortita ſunt adſtrictionem, adeo vt gallę omphacitidi proxima ſint, niſi quòd acerbitas euidens eſt in galla, ſed myricæ fructui temperatura ineſt inæqualis. immiſta eſt enim naturæ eius multa partiũ tenuitas, atq; vis abſtergẽdi: quod ſanè gallæ nõ accidit. Attamen vbi galla forte ad manũ nõ erit, eo vti liceat ad omnia ad quę illa vtimur. in eiſdẽ & cortice. Porrò myricę combuſtę cinis admodum deſiccatoriæ facultatis eſt, plurimã habens abſtergendi facultatem, pauxillam adſtringendi.

Myriophyllon.

Myriophyllon vſque eo deſiccatoriæ facultatis eſt, vt vulnera glutinet.

Myrrhis.

Myrrhis. quidã myrrhan nominãt. Radicẽ habet odoris iucũdi, & dulcẽ, quęq; menſes moueat, tum ea quæ thoracem ac pulmonem degrauant, purgantem. Itaq; ex ſecundo ordine fuerit excalfacientium, adiuncta quadam partium tenuitate.

Myrrhine. Myrtus.

Myrtus, ex cõtrarijs ſubſtãtijs hęc plãta cõſtat. vincit tamẽ in ea frigidũ terrenũ. Habet vero etiã tenue quiddã calidũ. Itaq; valẽter deſiccat. Porrò tũ folia, tũ germina, tũ fructus, tũ ſuccus, nõ parũ iter ſe in adſtrictione diſſidẽt. Porrò quod ramis & trũco adnaſcitur tuberoſum, quã quidã myrtada nũcupãt, quãto dictis ſiccius eſt, tãto & deſiccat & adſtringit vehementius. Quidã id tundẽtes reponunt, poſtea vino ſubigentes in paſtillos formant. Folia itẽ arida viridibus plus deſiccant. miſcetur enim virentibus humiditas quędã. Porrò ſuccus nõ tantũ ex virẽtibus folijs exprimitur, ſed & fructu. Reſtringẽdi vim hæc omnia habent tũ foris impoſita, tũ intro ſumpta in corpus, ꝙ ſcilicet nondũ vllã deleteriã aut purgatoriã ſubſtantiã habeant admiſtam.

Moly.

Hoc quidã vocãt peganon agrion, hoc eſt rutã ſylueſtrem. Nonnulli harmolan. Syri Beſaſan, ſicut Cappadoces Moly, quia radicem habeat nigrã, & florẽ lacteũ. vis eius tenuium partium eſt, & calida tertio ordine: vnde & craſſos humores diſſecat ac digerit, & vrinam mouet.

Libri ſeptimi finis.

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 190 sur 277

GALENI DE SIMPLICIVM MEDICAMENTORVM FACVLTATIbus liber octauus, Theodorico Gerardo Gaudano interprete.

QVantum itaq; reliquum est facultatis secundũ naturam, id hoc libro dicetur, nec id quidem omne, sed tantum effectricium qualitatum actiones. Nam totius substantiæ plantarum opera postea per se exponam. Commonefactis itaq; lectoribus de ijs quę supra tractauimus, nempe quòd cuiusq; simplicis facultatis in maioris minorisque ratione discriminationem quatuor ordinibus notauimus, quódq; perspicuis limitibus cuiusque ordinis latitudinem circunscripsimus, tum quòd inueniendarum facultatum rationem quandam ac viam docuimus, horumq; omniũ demonstrationes confecimus, ac scopos posuimus, & cuiusq; facultatis iudicãdi normas tum peculiares tum cõmunes: sic iam reliqua adijciemus, hortantes, si quis sit qui in superioribus versatus non sit, vt aut hæc omnino relinquat, aut si amans laboris est, ab initio prius totũ opus perlegat. Siquidẽ prius quàm in illis exercitatus fuerit, obscura omnia & demonstrationis expertia videbuntur dicenda.

Nardu stachys. Spica nardi.

NArdi spica excalfacit excessu primo, desiccat secũdo iam completo. Composita est ex adstringente sufficienter substantia, & acri calida non multa, & quadam leuiter amara. ex his constans facultatibus radix & ad iecur & ad stomachũ rationabiliter conuenit tũ pota, tum extrinsecus imposita. Vrinã ciet, morsus stomachi sanat, in ventre ac intestinis cõsistentes fluxiones desiccat, ad hæc & eas quę in capite & thorace. Valentior est vocata indica, nigriorq; quàm syriaca.

Nardus Celtica, hoc est Gallica.

Nardus gallica iam dictis similis quadantenus in genere facultatis est, cæterum ad omnia imbecillior, præterquam ad prouocandam vrinam. Siquidem calidior illis est, sed minus adstringit.

Nardus orea, hoc est montana.

Nardus montana, quę & thylacitis & pyritis nuncupatur, plurima in Cilicia nascitur, sed prædictis debilior.

Narthex. Ferula.

Ferulæ semen excalfacit & attenuat. Cęterum id quod intus inest, quod medullam vocant, adstringentem qualitatem participat, cuius nomine sanguinẽ spuentibus & cœliacis conuenit.

Napy.

Napy calfacit & desiccat ordine quarto.

Narcissus.

Narcissi radix vsque adeo exiccandi facultate pollet, vt & maxima vlcera conglutinet vel ad incisiones vsque quæ circa tendones accidũt. Habet vero quiddam absterſorium & attractorium.

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 191 sur 277

Neuras. Poterium.

Neuras, quidam poterium vocant. deſiccandi abſque morſu facultatem poſſidet, adeo vt & neruos inciſos glutinare credatur. Radices eius potiſſimũ eiuſmodi vim obtinent: quin & decoctũ earũ quidã exhibent ijs quibus affecti ſunt nerui.

Nerium, aut Rhododaphne.

Nerium, aut Rhododaphne, notus omnibus frutex, foris quidem illitus digerẽdi vim obtinet. Porrò ſi intro in corpus aſſumatur, pernicioſus ac venenoſus nõ tantum hominibus, ſed pleriſque etiam pecudibus eſt.

Nymphea.

Nymphææ tum radix tũ ſemen deſiccandi vim habet citra morſum. Itaq; ventris profluuia cohibet: ſemenq; ſiue per inſomnia ſiue alio pacto immodice profluens retinet. Iuuat porro etiam dyſentericos. Cæterum nymphea quę candidam habet radicem, potentioris eſt facultatis, vt & muliebri medeatur profluuio. Verũ & hæc, & ea quoq; quę atram habet radicem, ex vino nigro auſtero bibitur. Porro nõnullam habent quoq; & abſtergendi potentiã. Itaq; & alphos ſanant, & alopecias. Cæterum ad alphos macerantur aqua, ad alopecias pice liquida. Sed ad hæc aptior eſt ea cuius radix nigra eſt, ſicut ad alia, cuius alba.

Xanthium.

x Anthium, vocatur etiam phaſganium. Semen digerendi vim obtinet.

Xyris.

Xyris, quidam xyrida. tenuium partium, attractorię, digerẽdi, ac nimirum etiam deſiccandi eſt facultatis cũ radix, tum multo etiam amplius fructus, qui quidẽ & vrinam ciet, & lienes induratos ſanare poteſt.

Xiphion. Gladiolus.

Xiphij radix, & maxime altera illa quæ ſuperior eſt, attrahentem, digerẽtem, & deſiccantem ſcilicet etiam facultatem poſſidet.

Oë. Sorbus.

Sorbus arbor, cuius fructus greçe οα vocãtur, & à pleriſq; ουα, hoc eſt ſorba nominãtur, adſtringẽtẽ obtinet qualitatẽ, ſed multo imbecilliorẽ quàm meſpilus. proinde ſanè etiã eſui iucunda eſt, minuſq; quàm meſpilus ventrẽ conſtringens. Oenos. Vinum.

Vinum ex ſecundo eſt ordine excalfacientium: ſed quod admodum vetus eſt, ex tertio: ſicut muſtum quod vocant, ex primo. Caliditati eius proportione reſpondet ſiccitas.

Olynthi. Groſſi.

Groſſi acrem vim poſſident propter ſuccum totius arboris communem qui illis ineſt. Cocti itaque duros tumores diſcutiunt, crudi vero myrmecias & thymos ejciunt. Oloſtium.

Oloſtium deſiccandi vim habet cũ adſtrictione: quamobrẽ ipſum ad rupta potui exhibent. Olyra.

Olyra mediam tritici & hordei naturam poſſidet tam vt nutrimentum, quàm vt medicamentum. Ex illis igitur de iſtis colligito.

Onagron.

Onagron, aut onathera, aut onathyris. huius radix arefacta vinoſum quiddam redolet. Sed & facultatis vini eſt maxime.

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 192 sur 277

Onoſma. ignoratur adhuc

Onoſma vel oſmas, vel phlonitis, vel ononis, ex acri & amara conſtat ſubſtãtia: proinde quoque creditur fœtus necare & eijcere folijs eius in vino potis.

Onobrychis. ignoratur

Onobrychis rarefaciendi digerendiq; vim obtinet. proinde folia eius virentis etiamnum, illita ad morem cataplaſmatis, phymata digerunt: arefactę vero ſi cũ vino bibantur, ſtrangurias ſanant. Quinetiam ſudores elicit cum oleo inuncta.

Ononis. ſive anonis, credo eſſe quę vulgo dr aneſta bonis familiaris Galeni absq; ſcrupulo dicunt ꝛ ononbarbam

Ononis radicem habet tertio quadantenus ordine excalfacientem. Radix eius maxime eſt vtilis, habens quippiam & abſterſorium & inciſorium. Itaq; non tantum vrinas prouocat, ſed & lapides confringit. Eadẽ facultatẽ & cruſtas detrahit. Vtuntur porro ea quoque & ad dentium dolores, collui videlicet eam in oxycrato coctam præcipientes.

Oxos. Acetum.

Acetum in primo horum commentariorum miſtæ eſſe ſubſtantiæ, nempe frigidæ pariter & calidæ, eiuſq; vtriuſq; tenuium partium, demonſtratum eſt. Cæterũ calidam frigida exuperat. Porrò magnã deſiccandi facultatem obtinet, adeò vt ſit tertij ordinis deſiccantium iam completi, vtiq; quum validum extiterit.

Oxyacanthos. gallis eſpine vinette, officinis berberis

Oxyacanthus. Hæc arbor vt piro ſylueſtri ſimilem habet ſpeciem, ita & vires non diſſimiles: quin & ipſi fructus: piri quidem ſylueſtris, prorſum atque abſolute amarus eſt: cæterum oxyacanthes & tenuium eſt partium, & paulũ quiddam inciſiuum obtinet. Porrò arboris huius fructus, piri ſylueſtris fructui ſimilis non eſt, verum myrtis, ſcilicet rubens, & rarus. Habet vero & nucleos. Porrò non eſus tantum, ſed & bibitus affectus omnes fluxionum, quos ῥοώδεις græci vocant, cohibet.

Oxyacanthus vulgo vnetoſa ſpina gallis eſpine vinette quia folia et carrad Galeni ſapore haud ut ſuccus vinosus, Grana eadem dacrio ſimilia, ruſſa, officinis rapilles oxyacantha vocata male bibunt ῥεύματα palmo

Opus, ſiue ſuccus. Sic pro ſucco cyrenaico ſumitur, officinis de benioin

Opus ſiue ſuccus cyrenaicus quidẽ omnes & caliditate & tenuitate exuperat, ac proinde etiam omnium maxime per halitum digerit: quanquam ſanè & reliqui admodum calidi ſunt, & ſpirituoſi. ſiquidem plurima eorum pars eſſentiæ aërię eſt & igneæ. Porrò complures habentur ſucci. Quauis nanque radice inciſa aut caule, quod ex vulnere craſſum ac lẽtum effluit, ſuccus eſt: cęterum ſpecialius & velut per excellentiam quandam cyrenaicum ita nuncupant, & medicum, & ſyriacum.

Succus quid,

Origanus. vulgo gallinaria

Origanus, heracleotica quidem efficacior eſt onitide: ſed agreſtis, quam quidã panaces heraclium, alij conylen cognominant, valentior vtraque eſt. Omnes vero incidendi extenuandi calfaciendiq; facultatem poſſident: hæcq; tertio exceſſu obtinent. Porrò ea quam tragoriganũ appellitant, aſſumpſit etiã adſtrictionis quippiã.

Orobos. Eruum. Differt a vicia q; ſit nũ poſſit ꝛc ſtabo, ſed ſua nitatus pedicello ſeſima ſemen Galeni ſerendum

Orobus deſiccat quidem exceſſu ſecundo intenſo, calfacit vero primo. Porrò quatenus amaritatis eſt particeps, eatenus incidit, extergit, atq; obſtructiones expedit. Cæterum ſi ſumatur copioſe, ſanguinem per vrinas euocat.

Orobus eſt ſilio herbã, non eſt vicia, multis plantis liber proditia a phẽroma topolis extrahitur

Orobanche. Eruangina.

Orobanche ſiccæ frigidæq; temperaturæ eſt in primo ordine.

Oryza. herbe ſimilis eſt. gallis du Riz

Oryza habet adſtrictorium quippiam: quare mediocriter ventrem ſiſtit.

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 193 sur 277

Orchis. Testiculus canis.

Orchis nuncupatur & herba hæc cynos orchis. Radici eius bulbosæ ac geminę vis ineſt humida & calida: ac guſtantibus dulciuſcula eſt. Cæterum maior radix multam videtur habere humiditatem excrementitiam, & flatuoſam: quapropter epota venerem excitat. Altera vero, minor videlicet, econtra, nimirum admodum elaborata: vt ſit eius temperamẽtum ad calidius & ſiccius vergens. Itaque hæc radix tantum abeſt vt ad coitum ſtimulet, vt etiã planè contrà cohibeat ac reprimat. Eduntur bulborum more toſtæ.

Orchis ſerapias.

Orchis quem & ſerapiada nuncupant, ſicciorem facultatẽ obtinet quàm vt primi ordinis haberi mereatur: quocirca nec perinde ad venerem accommodus eſt. Oedemata illitus diſcutit. Vlcera ſordida expurgat, herpetes ſanat. Siccatus multo amplius deſiccat. Nã & putreſcentia contumaciaq; vlcera ſanitati reſtituit: quippe cum & ſubadſtringens ſit: ac proinde etiam ventrem ex vino potus ſiſtit.

Oſiris.

Oſiridi herbæ, ex qua fiũt & cacoremata, amara ineſt qualitas, & obſtructiones expediendi facultas. Quare & in iocinore conſiſtentes adiuuat obſtructiones.

Pancration.

PAncratiũ. Radix huius, ſcillę ſimilem guſtum refert ac vires. Quare ea quidã pro ſcilla, ſi ea non adſit, vtuntur. efficit enim omnia in genere quidem ſimiliter, ſed longe imbecillius.

Paliurus.

Paliuri folia & radix adeo non obſcuram habent adſtringendi facultatem, vt & ventrem fluentem cohibeant: adeoq; digerunt, vt & phymata curent, quæ quidem non admodum phlegmonode ſunt & calida. Fructus porro tantam obtinet incidendi vim, vt & calculos veſicæ comminuat, & pectoris pulmoniſq; excretionibus auxilietur.

Papyrus.

Papyrus ipſa quidem per ſe in vſum medicinalem haud ingreditur. At macerata aut vſta vtilis efficitur. Igitur oxycrato vinove macerata recentia vlcera glutinat, maxime in circulum circumpoſita. Verum hic quidẽ eſt ceu materia quæ medicamina ſanantia accipiat: at vbi vſta fuerit, medicamẽ eſt exiccatorium, velut & chartæ combuſtæ cinis, niſi quatenus infirmior eſt quàm papyri.

Panax Heraclium.

Panaces Heracliũ. Ex hoc fit vocatus opopanax, radicibus eius & caulibus ſcilicet exciſis. Porrò opopanax ipſe lõge eſt ad plurimos vſus aptiſſimus, vtpote excalfaciens, emolliens & digerens. ponatque ipſum quiſpiam in calfaciẽdo tertij ordinis, in deſiccando vero ſecundi. Cortex radicis exiccatorium ſimul & excalfactorium eſt medicamentum: ſed minus quàm ſuccus. Quin & nonnullam habet abſtergendi facultatem. Quare eo quoque vtimur & ad nuda oſſium, & ad vlcera maligna & contumacia. Sufficienter enim talia carnem procreant, ſcilicet abſtergendo ſimul ac deſiccando, nec ita magnopere calfaciendo: quæ omnia ad carnem generãdã neceſſaria ſunt: velut in libris de curandi ratione oſtendimus. Fructus calidus & ipſe eſt, ac menſibus mouendis medicamen accommodũ. Cæterum neſcio quo pa-

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 194 sur 277

cto nunc omnes ex more non panaces, ſed panaca herbam hanc vocitent.

Panax Aſclepium.

Panaces Aſclepium minus eſt calidum ſupra dicto panace: quamobrem floribus eius & ſemine melli miſtis, ad vlcera phymata & phagedænas vtuntur.

Panax Cheronium.

Panaces Cheronium & ipſum ſimilem prædicto facultatem poſſidet.

Paronychia.

Paronychia ab effectu nominata eſt. ſanat enim paronychias, &, vt refert Dioſcorides, fauos quoq;. Vis eius eſt tenuiũ partiũ, & exiccatoria, morſu vacans. Talia enim ſint oportet quæ paronychias ſanant. Porro ſatis cõſtat tale eſſe idoneum ad digerendos affectus omnes qui digeri poſtulãt. Talia enim ſunt quæ cum ex tertio ſint ordine excalfacientiũ & deſiccantiũ, velut & hoc, eſſentiæ inſuper ſubtilis ſunt.

Pentaphyllum.

Pentaphylli radix deſiccat vehemẽter, minimum vero acris eſt: quare multo eſt vſui: velut alia quoq; omnia quæ cum ſint tenuium partiũ, citra morſum deſiccant. Eſt enim hęc radix deſiccatoria ex tertio ordine, minimũ habẽs euidẽtis caliditatis.

Peplos.

Peplos. quidam vero mecona aphrode. & hic frutex ſuccum habet ſimilem tithymallis, cum in alijs, tum quia purgat ceu illi.

Peplium.

Peplium. & hic quoq; fruticulus ſuccũ obtinet ſicut tithymalli: naſciturq; plerunq; ad mare, radicem habens ſuperuacuam, vt & peplos: ſuccum vero validũ, nõ tamen admodũ vtilẽ: ſed ſemẽ vtile eſt & flatuoſum, ſimiliter ſemini pepli purgãs.

Peperi. Piper.

Piperis radix vires coſto ſimiles potiſſimũ obtinet. Porrò fructus nuper quidem admodum germinãtis, longũ piper eſt: quare etiam maturo humidius eſt. humiditatis eius indicium eſt quòd facilè repoſitũ perforetur, ac nõ protinus mordicet, ſed poſt paulo incipiat, verũ pluſculũ dũret. Porrò fructus qui velut omphax eſt, piper album eſt: nigro quidem acrius. Nam illud iam quaſi ſuperaſſatum eſt, & ſuperexiccatum. Verum vtrunq; valenter tum excalfacit, tum deſiccat.

Perſea.

Perſeæ folia adſtringentem vim modice participant, adeò vt queant etiã nonnunquam vtiliter ſanguinis eruptione affectis partibus imponi.

Periclymenos. Volucrum maius.

Periclymeni vtilis eſt tum fructus, tũ folia, adeò vehementer incidẽtis pariter & excalfacientis facultatis, vt ſi pluſculũ bibantur, vrinam ſanguinolentã efficiant: principio quidẽ vrinã duntaxat mouentia: porrò foris cum oleo illita excalfaciunt. Iuuãt & lienoſos difficulter ſpirantes. Competens potionis menſura eſt drachmę vnius cũ vino. Porrò deſiccat quoq; ſemẽ: & quidã aiunt, ſi copioſius bibatur, ſterilitatẽ bibẽtibus afferre. Sed & ſunt qui certum dierũ numerum ad talem potionem præfiniunt, vt Dioſcorides, qui ſeptem & triginta eos tradi refert. Hic etiam vrinam cruentam reddi à ſexto die memorat.

Periſtereon.

Periſtereon. Appellata eſt inde adeo, quòd in ea periſteræ, hoc eſt columbę verſentur. Vim habet hactenus deſiccantem, vt vulnera conglutinet.

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 195 sur 277

Petasites.

Petasites ex tertio est ordine desiccantium. Quamobrem ad cacoëthe & phagedænica vlcera eam adhibent.

Petroselinum.

Petroselini semen maxime vsui est, quũ tota etiã herba vnà cũ radice simile sed imbecilliorẽ facultatẽ sortiatur. Est autem vt gustu acre cum amaritudine, sic & in operibus calidũ, vnà cũ incidẽdi effectu. Hinc menses & vrinas affatim prouocat. Est & aphyson, hoc est, flatus extinguit. Fuerit itaq; & ipsum tertij ordinis tũ excalfaciẽtiũ, tũ desiccantiũ. Porrò Cilices id modo petroselinon appellãt, quod natũ est in Amano. Sed id smyrniũ potius fuerit, quàm petroselinũ. Nõ tamen ita multũ à petroselini viribus abest.

Peucedanum.

Peucedani radice quidẽ maxime, sed tamẽ etiam succo & liquore vtimur. Sunt autẽ omnia hæc eiusdem specie facultatis: sed valentior succus, admodum excalfaciens & digerens: quare affectibus omnibus circa neruos consistentibus conuenire creditur, tum morbis in pulmone thoraceq; ex crassitudine & viscositate humorũ prouenientibus. Atq; intro quidem in corpus sumpta, sed tamen etiã olfactu prosunt. Porrò quòd incidat & extenuet, sæpe etiam dentium perforatorum dolores cauitati impositus protinus sedauit: quia videlicet tenuium est partium, & excalfactorius. Quinetiã lienes induratos iuuat, nempe incidendo, digerendo atq; extenuando crassos humores. sed & radice ad hæc vti liceat, quæ & squamas celerrime ab ossibus detrahit, quia videlicet valide desiccat, minus tamẽ quã succus excalfaciens. Et vlceribus contumacibus remediũ est optimũ arida illita. ipsa enim expurgat, carnem inducit, & ad cicatricem perducit, excalfaciens quidem ordine secundo iam completo, desiccans vero tertio iam incipiente.

Peganon. Ruta.

Ruta agrestis ex quarto est ordine excalfacientiũ: domestica vero ex tertio. Est autẽ non solũ gustu acri, sed & amaro. Ex quo sanè etiã digerere atq; incidere crassos lentosq; humores potest. Ob eandẽ vim & vrinas mouet. Quin & tenuium est partium, flatusq; extinguit. Quare ad inflationes competit, ac veneris appetitũ cohibet: digeritq; atq; exiccat sanè strenue. est enim eorum ex numero medicamẽtorũ quæ valenter desiccant. Porrò quod superius moly & besanum nominari diximus, & ipsum vtiq; fuerit ruta syluestris.

Pissa. Pix.

Pix sicca quidẽ desiccat & excalfacit secundo à mediocribus siue symmetris excessu: ac plus desiccare potest quàm excalfacere. Humida vero econtra, plus videlicet calfacit quàm desiccat: habetq; nonnullã partium tenuitatẽ: quo & asthmaticos & purulentos adiuuat. Satis est autẽ cyathi linxisse mẽsurã melli mistę. Sed & abstergẽdi quandã vim habẽt, atq; cõcoquendi digerẽdiq;: veluti & in gustu leuẽ amaritatem & acrimoniã. Sic leprosos vngues eximũt mistæ cũ cera: lichenasq; detergunt: cõcoquunt item duros & crudos tumores omnes cataplasmatis inditæ. Ad ea omnia humida valẽtior est. Arida vero pix tametsi ad hæc quidem deterior est, glutinandis tamen vulneribus magis congruit. Ex his itaq; clarum est humidæ pici calidam humiditatem affatim esse admistam.

Pisselæum.

Pisselæũ ex humida pice efficitur, genere quidẽ illi simile, sed essentiæ tenuioris.

Piſtacium. effricuit ſyſtici / ſuperabur dimanadis fabidis et phly Sorbis

Piſtacium. In Syria vbertim hæc planta naſcitur. Fructus eius quodammodo tenuioris eſſentiæ eſt, ſubamarum quid & odoratum habens. obſtructiones itaq; liberat, ſed maxime iecoris, veruntamen etiam thoracis, pulmoniſq;.

Pityides. fourſuit aut nucleus quidā pinus /

Pityides. nominatur ita fructus pityon, hoc eſt picearū. At quidam per abuſum ſimiliter quoq; pini fructum nūcupant. Miſtam vim obtinent, vtpote adſtringentes, & acrimoniam quandam cum amaritate poſſidentes: quamobrem thoracis pulmoniſq; expuitionibus conferunt.

Pitys. Picea. § pirea et pinus arboris ppemodum ſimiles /

Piceæ cortex vincentem habet facultatem adſtrictoriam, vſqueadeo vt & intertrigines belliſſime ſanet, & ventrem potus ſiſtat. ſed & ambuſta cicatrice includit. Porrò tedę cortex illi adſimilis eſt, ſed viribus tamen moderatioribus. In folijs arboris vtriuſq;, vt quæ multo ſunt cortice humidiora, vis ineſt vlcerum glutinatoria. In cono, quanquam his ſimilis ſit, validior tamen facultas eſt tum in cortice, tum in folijs, adeò vt dictorum nihil probe efficere queat, verum moleſtam quampiam habeat mordacitatē. Porrò fuligo quæ ex dictis colligitur, ad pilos ſupercilio rum accōmoda eſt, itémq; ad angulos oculorū eroſos, lippientes, ac lachrymātes.

Pityuſa. duobuſq; de opr hurbis mūſmt diuſcordis hispalin readp ep qua vehimur ad purgādum pituitam et alud bilem

Pityuſa. & hanc quidam ſpeciem putant eſſe tithymalli, quòd ſuccum habeat vt illæ, quodq; ſimiliter illis purget: cæteraq; omnia viribus illis eſt adſimilis.

Platanus. Vocatur nobis platanus frequens eſt in gallia arbor prorua, folio vitis vinifere, ad umbras quarūtur. Vaſa mul ex ea fiunt poliſſimaduſq; plā /

Platanus humidioris frigidioriſq; eſſentiæ eſt non ita multo quàm ſymmetra. Proinde folia viridia trita & illita, non obſcure phlegmonas naſcentes adiuuant. Cortex autē & pilulæ magis deſiccantem vim obtinent, vt ille quidem in aceto coctus ad dentiū adhibeatur dolores, pilulæ vero cum adipe ad vlcera ambuſta. Sunt autē qui cortice cōbuſto medicamē deſiccatoriū & abſterſorium efficiunt: vt cum aqua lepras ſanet: per ſeſe autem illitum, ob humorem nimium, vetera & ſordida. Vitandus eſt puluis folijs arboris inſidens: alioqui ſi ſpiritu attrahatur, arteriam offendit, valenter deſiccans & exaſperans: vocémq; lædit, ſicut ſanè etiam viſum & auditum ſi in oculos aut aures inciderit.

Polygonon. Seminalis.

Polygonon vti adſtrictionem quandam obtinet, ita ſanè vincit in eo aqueum frigidum: vt videlicet ſecundi ſit ordinis medicaminum refrigerantium, aut etiam quodammodo in initio tertij. proinde ſanè quibus ſtomachus æſtu feruet, foris frigidum illitum prodeſt, velut etiā eryſipelata & calidas phlegmonas iuuat. Porrò tale cū ſit, & fluxiones repercutit, & hac ratione videtur eſſe exſiccatorium. Quare cum herpetum tum vlcerum tum aliorum bonum eſt remedium, tum etiam efficaciſſimum in inflammatis partibus. Eſt & cruētorum vulnerum glutinatorium. Sed & aurium vlceribus prodeſt. Ac ſi vel plurimum inſit puris, hoc tamen etiam deſiccat. Eaſdem ob facultates ſiſtit profluuium muliebre, ac dyſenteriam, & ſanguinis eiectiones, & vndecunq; aliunde immoderatius quippiam feratur. Refert Dioſcorides quòd & vrinam prouocet exhibitum ſtillicidio & ſtranguria affectis: non tamen exacte diſpoſitionem diſcriminat in qua ipſum dari expediat. Porrò mas ad omnia dicta quàm fœmina validioris eſt effectus.

§ Polygonū duplex. Mas qui nitrio dicit. et femina q̄ in aquis nascitur. Polygonū a multis geniculis in quibus q̄ sanguinē restat. Dulcis Gesnerus Fuchsius apud paracelsi appellat. Dubius planē polygonū non ē a geniculis sed a semine quod ſ. Xud eſt tm̄ ſemine foueniat

Polygalon.

Polygalon modice auſtera folia obtinet. videntur autem ſi bibantur, lac generare. Itaq; ſuperauerit in eo calidum ac humidum.

Polygonatum.

Polygonatum miſtam habet tum facultatem, tum qualitatem. habet enim adſtrictionis pariter & acrimoniæ quippiam, necnon faſtidioſam quandam amaritatem explicatu difficilem. Quocirca nec admodum eſt vſui, ſed tantum quòd radicem eius quidam vulneribus illinunt. Sunt etiã qui næuos in facie illo detergãt.

Polemonium.

Polemonium, quidam philetærium, quidã (velut Cappadoces) chiliodynamon. tenuiũ partium eſt, & deſiccandi vim obtinet: quamobrem quidam radicem eius cum vino ad iſchiadicos, dyſenteriam, lienémq; induratum potui exhibent.

Polium.

Polium amarum eſt guſtantibus, & modice acre. obſtructione itaque liberat viſcera omnia, vrinámq; & menſes ciet: ac viride etiamnum magna vulnera glutinat, & maxime ſpecies eius fruticoſa. aridum cũ fuerit, rebellia vlcera ſanat illitũ. & magis hoc præſtat quod minus eſt.

Polium minus.

Polium minus, quo etiam vtimur ad antidotos. nam & acrius & amarius eſt hoc quàm maius, adeò vt ex tertio ſit ordine deſiccãtium, ex ſecundo autem completo excalfacientium.

Polycnemon.

Polycnemũ deſiccat & excalfacit ſecundo exceſſu. Itaq; & ipſum vlcera glutinat.

Potamogeton.

Potamogeton adſtringit & refrigerat ſimiliter polygono: ſed eſſentia eius craſſior quàm polygoni eſt.

Polypodium.

Polypodium dulcem ſimul & auſteram habet vincentem qualitatem: vt facultatis ſit admodum quidem deſiccantis, citra morſum tamen.

Praſium. Marrubium.

Praſium ſicut guſtu amarũ eſt, ita ſi quis vtatur, cõueniente huic ſapori actione poſſidet, iecur ac lienẽ obſtructione liberans, & thoracẽ pulmonémq; expurgans, ac mẽſes promouẽs. Sed & illitũ detergit ac digerit: ponátq; ipſum quiſpiã in calidita te quidem ſecũdi ordinis iam cõpleti, in ſiccitate tertij medij aut cõpleti. Succo eius ad aciei oculorũ claritatẽ vtuntur cum melle. Quinetiã & per nares auriginẽ purgant, & ad auriũ dolores inueteratos adhibẽt, vtiq; in quibus obſtructionẽ diſijcere, meatúmq; ipſum & ramos meningum ſeu membranarum expurgare eſt vſus.

Propolis.

Propolis extergentis non ita valentis eſt facultatis, cæterum admodum valenter attrahentis. Eſt enim eſſentia tenui. porrò excalfacit ordine ſecundo completo, aut certe tertio incipiente.

Ptarmice.

Ptarmices flores quidem, ciẽdæ ſternutationis vim obtinẽt: vnde & herbæ [nomen obuenit. Sugillata] & reliquas ecchymoſeis digerit. eſt enim temperies eius calida & ſicca, viridis etiamnum ordine ſecundo, ſiccatæ tertio.

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 198 sur 277

Ptelea. Vlmus.

Vlmi folijs quandoq; recens vulnus glutinauimus confidentes adſtringentem pariter & abſtergentem ineſſe illis facultatem. Cortex amplius etiam ſubamarus eſt & adſtrictorius. Itaq; cum aceto & lepram ſanat. Porro viridis etiãnum ac recens ſi vulneribus vinculi vice circumligetur, ea glutinare poteſt. Radices eandem vim obtinent. nam & decocto earum quidam perfundũt fracturas quæ topho ſiue callo inducto opus habent.

Pteris, Filix. Thelypteris.

Filix radicem habet maxime vtilem. latum enim lumbricum interficit ſi quis eam quatuor drachmis in melicrato ebibat. Ad eundem modum partum viuum quidem necare, mortuũ autem ejicere mirum non eſt. Eſt enim amara, paulum habẽs adſtrictionis. Quamobrem vlceribus impoſita vim habet valenter deſiccandi. non tamen mordax eſt. Similem ei vim habet Thelypteris nominata.

Pycnocomum.

Pycnocomi radix, fructus, folia, omnia digerendi attrahendiq; habent facultatẽ, vtpote quæ & guſtu ſunt acria. folia itaq; phymata & furunculos diſcutiũt. fructus valentior eſt, & hæc quidem efficere poteſt miſtus alicui digerentium cataplaſmatum, cuiuſmodi eſt quod ex hordeacea farina cõficitur. palos & alia id genus infixa ad extimam cutem elicit. Porro radix ad ſupradicta quidem deterior eſt & infirmior, cæterum bilem flauam expurgat.

Pyrethron.

Pyrethri radice potiſſime vtimur cauſticam vrentemve facultatem obtinente, qua vtiq; etiam dentes refrigeratos mitigat: & ad rigores ante periodum cum oleo confricatur. Ad hæc ſtupidos quoq;, quos παρώδεις vocant, & reſolutos adiuuat.

Pyros. Triticum.

Triticum vt alimentum quidem quam habeat naturam, non eſt huius inſtituti exponere, vt medicamentum vero foris impoſitum primi eſt ordinis excalfacientium: non tamen nec reſiccare nec refrigerare manifeſto poteſt. habet vero etiam quiddam lentoris, obſtruentiſq; naturæ. Porro quod ex eo conficitur amylum, eo tum frigidius eſt, tum ſiccius. Quod vero ex pane fit cataplaſma, vim habet magis digerentem quam quod ex tritico: nimirum quum & ſalem & fermentum panis adiuncta habeat: quippe quum fermentum vim habeat attrahendi digerendiq; ea quæ in alto reſident.

Rhamnus.

Rhamnus deſiccat & digerit exceſſu ſecũdo, refrigerat in primo copleto, aut ſecũdo incipiẽte. proinde herpetes ſanat, & eryſipelata non magnopere calida. Cæterum ad hæc teneris vtendum eſt foliis.

Rhaphanis. Radicula.

Raphanis excalfacit quidem exceſſu tertio, deſiccat vero ſecundo. agreſtis autẽ in vtroq; efficacior eſt. Quin & ſemẽ ipſum planta efficacius eſt. Facultas ei ineſt digerẽdi. Itaq; ad ſugillata & alia id genus liuida ob talẽ facultatẽ accõmoda exiſtũt.

Rheum. Rha.

Rheum quidam id Rha nuncupant. miſtam habet tum temperaturam, tum facultatem. habet enim quiddam terreſtre frigidum, ceu indicio eſt adſtrictio: & adiuncta eſt quædam caliditas. ſiquidem ſi pluſculum mandatur, ſubacre con-

ſpicitur. Quinetiam aëriæ cuiuſdam ſubſtãtiæ ſubtilis eſt particeps: quod indicat tum laxitas, tum leuitas: verum & opera. ob id enim non tantum conuulſis, ſed & ruptis & orthopnœæ prodeſt. Sic quoq; liuentia & lichenas ſanat illitũ cum aceto. Porrò quòd adſtrictionis opera haud inſtrenua ſunt, hinc diſcere liceat, quòd ſanguinem expuentibus, cœliacis, & dyſentericis conferat. nec enim reluctatur terreſtri frigido tenue aërium: imò eo quòd deducat, & in altum perducat, valentioris effectus cauſa exiſtit.

Rhetinæ. Reſinæ

Reſinæ omnes deſiccant & excalfaciũt. Cæterum inter ſe diſcrepant, quòd plus ac minus habeant in guſtu quidem acrimoniæ, in facultate vero caliditatis: tum quòd aliæ plus aliæ minus ſortitæ ſunt partiũ tenuitatis: præterea q nonnullæ adſtrictionis ſunt participes, aliæ nequaquam. Primas meruit omnium non iniuria lentiſcina. Eam vocant maſtichen. Nam præterquam q paucula ei adeſt adſtrictio adeò vt ſtomachi ventriſq & iecoris imbecillitatibus & phlegmonis conueniat, inſuper illi ineſt mordacitate vacãs deſiccatio. Minimũ enim acris eſt, & maxime tenuiũ partium. Inter alias prefertur terebinthina, manifeſtam quidem, non tamẽ ſimiliter atq; maſtiche adſtrictionem poſſidens. cæterum adiunctam habet amaritudinem quandam, per quã magis etiam quàm maſtiche digerit. Ob eandem qualitatem ineſt & abſterſio, tanta quidem, vt & pſoras ſanet. Quinetiam quæ in profundo reſident, cæteris reſinis magis attrahit, nimirum cum illis maiorem habeat partium tenuitatem. Attamen pinea, & hac etiam magis ſtrobilina, acriores quidem ea ſunt, ſed non magis tamen digerunt neq; attrahunt. Mediæ inter has ſunt picea & abietina, terebinthina quidem acriores, minus tamen quàm aut pinea aut ſtrobilina. Habet porrò etiã emolliens quiddam terebinthina. Secundum locum habet in emolliendo lentiſcina, ſicut & cypariſſina acrimoniæ.

Rhodos. Roſa.

Roſarum vis atq; facultas ſuperioribus libris pluribus verbis expoſita eſt, nẽpe q ex aquea ſubſtantia calida miſta duabus alijs qualitatibus, adſtringenti videlicet & amaræ, cõpoſita ſit. Quinetiam cuius ſit naturæ vtraq;, amara ſcilicet & adſtringens, in horum cõmentariorum quarto declarauimus. Flos earum magis etiã ipſis roſis adſtringit, ac proinde ſanè etiam exſiccatorius eſt.

Rhodia rhiza. Radix Rhodia.

Rhodia radix, ea videlicet quę in Macedonia naſcitur, tenuium partium, & digerentis eſt facultatis. In calfaciendo vero ſecundi ordinis cẽſenda eſt, aut certe tertij incipientis.

Rhododaphne.

Rhododaphne tota ſua eſſentia venenum eſt, nec tantum homini, ſed pleriſq pecoribus. At temperie ſanè tertij eſt ordinis excalfacientium, incipientis vtique, primi autem deſiccantium.

Rhœa. Malum granatum, ſiue punicum.

Malum granatum omne adſtringentẽ qualitatem obtinet, non tamẽ in omnibus ea exuperat. Sunt enim inter ea quædam acida, quædam plus dulcia quàm auſtera. Et ſanè quæ ab vnoquoq; eorum procedit vtilitas, ſecundum vincentem eueniat qualitatem neceſſe eſt. Dictum autem in quarto horum cõmentariorum eſt ſuper dulci ſapore, auſtero, & acido. Itaq; ex illis de malorum punicorum differentia liceat colligere. Porrò ſucci ipſius acini tum adſtringentiores, tum exſiccan

tiores ſunt: his etiam magis putamina. vocãtur autem Sidia. Adſimilem illis vim habent Cytini. ſic enim eorum appellantur flores.

Rhus. phasmampolis dicitur ſmarag. habet in medicina nõ ſtimm. ſed rubo

Rhus fruticoſa planta adſtringit, deſiccat. Nam & coriarij ad deſiccãdum & adſtringendum planta vtuntur: ac proinde βυρσοδεψικὴ græce, latine excoriaria appellata eſt. Porrò medicis in vſu ſunt in primis fructus eius & ſuccus multum auſteræ qualitatis. Conſentaneus eſt vſus particularis ipſi guſtus ſenſui. Fuerit itaq; & hoc medicamen ex tertio ordine exſiccantium, ex ſecundo vero refrigerantium.

Rhypos. Sordes. ῥυπὸς Cobris balneorum

Sordes in gymnaſiorũ ſtatuis in quibus largum oleum inhęret, digerendi emolliendiq; vim obtinet. In palæſtris autem, quantum accepit pulueris, tantum etiam diuerſa eſt. Hanc ſordem ῥύπον græci vocant. prior cruda phymata digerit, ſecunda optimum eſt phlegmones mamillarum remedium. Siquidem feruorem earum veluti igneum extinguit, & quod affluit repellit: denique & quod continetur, halitu digerit. Conſtat enim ex puluere, oleo, ſorde humana, & ſudore. Ac puluis quidem emplaſticam vim habet, & refrigeratoriam, repercuſſoriamque: oleum vero emollit: porrò ſudor & ſordes digerentia ſunt. Cæterum quæ à ſtatuis corraditur cum puluerem non habeat, & ab ære æruginem quandam ſumpſerit, non iniuria acrior eſt. porrò huius mentionem modo fecimus, quòd maxima ſui parte ex planta originem ſortiatur. Sed & vbi de ijs quæ ab animalibus proueniunt verba faciemus, eius tum quoq; meminiſſe neceſſe erit propter ſudorem.

Sagapenum. In offirmis dr̃ resapind Galbi vim emolliẽdi & dep opoponaci

SAgapenum liquor eſt calidus, & tenuiũ partiũ, ſicut & alij liquores. Sed & abſterſionẽ quãdã poſſidet qua oculorũ cicatrices expurgat atq; extenuat. Quin & ſuffuſionibus & hebetudinibus oculorũ quæ ob humorũ prouenium craſſitiem, non malũ eſt medicamentũ. At ipſa planta ex qua prouenit, ferulę aſſimilis, imbecilla & inutilis eſt. Sanè ipſa primũ ſagapenũ appellatur. At liquor eius abuſiue hoc nomen obtinet, ceu alia quoq; multa ex nominis defectu per abuſum nuncupamus. Perfectius nanq; foret ipſum cognominare non ſagapenum, ſed ſagapeni ſuccum.

Sagapenũ ſtrulis amictum

Sampſychon. Meiurana. q̃ poſſit & oraſtrum alij q̃ nõ ſolum ſampſychon ſed amaracũ vocari poſſe dicũt

Sampſychon tenuium partium, & digerentis eſt facultatis. deſiccat enim & excalfacit ordine tertio.

Saprotes ξύλων. Caries lignorum. q̃ magnã vim habet quę circ ſubeat ſtrudi & adhibenda vt ſunt dicam

Caries lignorum, & maxime quæ particeps eſt adſtrictionis ſimul & abſterſionis, velut vlmus, expurgat implétq; vlcera humida.

Vlmus

Sarcocolla. hoc nomen retinuẽ ſed in offirmis vię humectãdi & agglutinandi habet

Sarcocolla lachryma eſt arboris perſicæ. miſtam vim habet ex emplaſtica quadam ſubſtãtia, & paucula amara. itaq; citra morſum deſiccat, ac proinde glutinare vlcera valet. Græci nonnulli ſatyrij ſolum huius q̃ quod mollis ſarcodes appellat

Satyrium. Triphyllon. q̃ huius folia & radix haud ſimilis ſunt viribus eorũ quę ſuprà deſcripta ſunt

Satyrium aut triphyllum humidum & calidum temperatura eſt: quamobrem guſtu quoq; apparet dulce. Attamen recrementitiam & flatuoſam humiditatem poſſidet. Quocirca ad venerem incitat. Hæc vero & herbæ ipſius radix præſtare poteſt. Porrò, vt quidam aiunt, ex vino nigro auſtero potum ſanat opiſthotonon.

Opiſthotonum Rhuſdium

Selinon. Apium.

Selinum vſq; adeò calidum eſt, vt & vrinas & mẽſes cieat: flatus quoq; diſcutit, & magis ſemen quàm herba ipſa. ſed & oreoſelini & hippoſelini ſimilis vis eſt: verum hippoſelinon imbecillius eſt, oreoſelinum valentius.

Seris. Cichorium.

Seris holus eſt ſubamarum, & magis quod agreſte eſt, quod ob id ipſum picrida hoc eſt amarã quidam nũcupant, quidam vero cichoriũ appellant. Eſt autẽ ea ſiccę frigidæq; tẽperaturæ, vtrũq; ſecũdo exceſſu. porrò domeſtica magis etiã q̃ agreſtis refrigerat. Sed & humiditatis multæ admiſtio ſiccitatẽ extinguit. verũ vtraq; adſtringẽtis qualitatis eſt particeps, velut & chondrile. nã & ipſa eſt ſereos ſpecies.

Seriphum. ſeu abſynthium maximum

Seriphum. dictum ſanè de hoc eſt & in ſexto libro in ſermone de abſinthio. Eſt enim abſinthio tum ſpecie tũ guſtu ſimile: attamẽ diſcrepat, guſtu quidem, quandoquidem non æque vt illud adſtringat, pluſq; excalfaciat, amaritatémq; quãdam cum ſalſedine reſipiat, tum quòd ſtomacho infeſtum ſit, magiſq; abſinthio lumbricos necet, ſiue foris impoſitũ, ſiue intro in corpus aſſumptum. Et ſanè calfacere ipſum in ſecundo ordine intenſo cenſendum eſt, exſiccare in tertio.

Seſeli.

Seſeli, & radix quidem, ſed & fructus vſq; adeò excalfacit, vt admodũ vrinã mouere queat. Sed & tenuiũ eſt partiũ, vt & comitiali morbo & orthopnœis cõpetat.

Seſamon.

Seſamon non parum in ſe continet viſcoſum & pingue: quare emplaſticum eſt & emolliẽs, ac modice calidum. Eiuſdem facultatis eſt quod ex eo cõficitur oleum: & herbæ quoq; decoctum ſimilem vim obtinet.

Seſamoides.

Seſamoides magnum, quod & anticyricos helleboros appellatũ eſt, propterea videlicet quia ſemẽ eius vt helleborus expurgat: hoc & reliqua facultate helleboro ſimile eſt. Nam & in abſtergẽdo, excalfaciendo, deſiccãdoq;, ſimilẽ illi vim obtinet.

Seſamoides album.

Seſamoidis albi ſemen nonnullam item amaram qualitatẽ continet: ſed multum amarum eſt. excalfacit itaq;, rumpit, & extergit.

Sideritis.

Sideritis habet quidem etiam abſtergendi quandam facultatem, ſed plurima eius pars humida eſt, & mediocriter frigida: paucula vero ineſt adſtrictio: quare phlegmonẽ ſedat, & glutinat. Quidam etiã vocant Achilleon Sideritin, quæ proposite quidem, quod ad iam dicta attinet, viribus eſt non diſſimilibus, cęterum adſtrictione exuperat: quare ad ſanguinis eruptiones, dyſenterias, & muliebre profluuium congruit.

Sicyos. Cucumis.

Cucumis eſculentus, pepon quidem, hoc eſt maturus, tenuioris eſſentiæ eſt. qui immaturus eſt, craſſioris. Sed & abſtergendi & incidẽdi facultas eis ineſt: quare & vrinam mouẽt, & corpus ſplendidum reddunt: ac magis quoq; ſi quis ſemine arefacto contuſoq; atq; cribrato vice pulueris abſterſorij ſiue ἐμμάσσοντος vtatur. Superat in eis humida frigidaq; temperies, non tamen magnopere, ſed quaſi in ſecundo cẽſetur ordine. Attamen ſi quis aut ſemẽ aut radicem arefaciat, haud etiam humidæ

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 202 sur 277

fuerit nature, ſed iam deſiccãtis, idq; in primo quodãmodo ordine, aut etiã ſecũdo, ſed incipiente. Eſt & in iſtis maior abſtergendi facultas q̃ in fructus ipſius carne.

Sicyos agrios. Cucumis agreſtis.

Cucumeris agreſtis tum fructus ipſius ſuccus, quem vocãt elaterium, tum non minime radicis & foliorum ad medicationes perutilis eſt. Elaterium itaq; menſes ciet, & fœtum interimit appoſitum, ceu alia omnia amara & ſubtilium partium, maxime ſi quam habeant caliditatem, velut nimirum elaterium. ſumme ſiquidem amarum eſt, leuiter calidum: vt ex ſecundo ſit ordine excalfacientium. porro tale protinus quoq; digerendi vim poſſidet. Sic igitur eo angina laborãtes inungũt quidã cum melle aut oleo vetere. Bonũ item eſt regio morbo affectis fuſum cum lacte in nares. Sed & dolores capitis ſanat hoc vſu. Atq; elateriũ quidem eiuſmodi eſt: at radicis ſuccus, vt & foliorum, licet elaterio ſimilem vim habeat, imbecilliorẽ tamen. Sed & ipſa radix adſimilem facultatem poſſidet. abſtergit nanq;, digerit, atq; emollit. Porro cortex ea potentius deſiccat.

Silphium. Laſerpitium.

Silphij liquor calidiſſimus eſt. verũ enimuero & folia & caulis & radix fat ſtrenue excalfaciũt. Sed omnia flatulẽtę magis eſſentię ſunt, ac proinde coctu difficilia: foris tamen impoſita corpori, efficaciora: & omnium potiſſimũ liquor, admodum trahentem facultatem poſſidens. Attamen & excreſcentias amoliẽdi, & liquandi vim quandam propter propoſitam temperiem obtinet.

Siſon.

Siſon calidus & ſubamarus guſtu eſt: quare & vrinam mouet & cõcoquit, menſeſq; prouocat, omneſq; viſcerum obſtructiones diſijcit.

Sion.

Sion quantum guſtu odoratum eſt, tantum etiam excalfacientis facultatis eſt particeps. Sed & digerit, & vrinã mouet, & calculos renũ frangit, & mẽſes euocat.

Siſaron.

Siſari radix cocta ſtomacho grata eſt, & vrinam mouet, ſecundo ordine excalfaciens, adiectam habens amaritatem quandam cum leuicula adſtrictione.

Siſymbrium.

Siſymbrium tenuiũ partium, digerentis, excalfacientis, & reſiccantis facultatis eſt & temperaturæ in tertio ordine. Sed & ſemẽ eius tenuiũ partium eſt, & calidũ. Quocirca ipſum quidã cum vino exhibẽt ſingultiẽtibus, & tormina patientibus.

Siſymbrium.

Siſymbrium quod quidam cardaminen vocant, quandoquidem cardamomo ſimile quiddam guſtu præfert: cum ſiccum eſt, tertij eſt ordinis excalfacientium & deſiccantium: cum humidum & viride, ſecundi.

Scandix.

Scandix ex agreſtium olerum genere eſt, ſubacre & amarum, adeo vt in ſiccãdo & excalfaciendo aut ſecũdi ſit ordinis intenſi, [aut tertij incipiẽtis.] vrinã valenter ciet, & viſcera obſtructione liberat, ex dictis qualitatibus conſtans.

Scilla.

Scilla admodum incidentem facultatem obtinet, non tamen admodum calidã. Sed ſecundum hoc eam quiſpiam ſecundi ordinis cenſeat excalfaciẽtium. Præſtat autem aut aſſam aut lixam ſumere. ſic enim virium eius vehementia exoluitur.

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 203 sur 277

Scolymos.

Scolymi radix copioſam vrinam graueolentẽ elicit ſi quis eam in vino coctam bibat: ac proinde graueolentiam ſanat tum alarum, tum totius corporis. Atq; hoc ſanè medicamento ex tota ineſt eſſentia, nimirum cum ſuccus ſit purgatorius. At quæ ſecundum qualitates editur actio, calidum in ſecundo ordine cõpleto, aut tertio incipiente, medicamen indicat, ſiccum vero in ſecundo.

Scordium.

Scordium ex varijs id tum ſaporibus tũ facultatibus cõſtat. nam & amarũ quid obtinet, & acerbũ & acre: & maxime ſcorodo, hoc eſt allio, aſſimilis eius eſt acrimonia: vnde ſanè mea ſentẽtia nomẽclaturã ſortitũ eſt. Expurgat igitur ſimulq; excalfacit viſcera: tũ mẽſes vrinãq; prouocat. Præterea cõuulſa ruptaq; & laterũ dolores ab obſtructione & frigore natos ſanat epotũ. deniq; viride quidẽ illitũ magna vulnera cõglutinat, ſed ſordida purgat, & cõtumacia ad cicatricẽ perducit illitũ aridũ.

Scorodum. Allium.

Allium deſiccat & excalfacit quarto exceſſu. Porrò ophioſcorodon agreſte alliũ eſt, domeſtico valentius, ceu reliqua agreſtia omnia.

Scorodopraſſon.

Scorodopraſſon ſicut guſtu & odore mediam ſcorodi hoc eſt allij, & praſſi id eſt porri, qualitatem poſſidet, ita & viribus.

Scorpioides.

Scorpioides excalfacit ordine tertio, deſiccat ſecundo.

Smilax.

Smilax aut Cactus arbor eſt venenoſæ facultatis.

Smyrna. Myrrha.

Myrrha ſecundi ordinis eſt tum excalfacientiũ, tum deſiccantium. Itaq; capitũ vulneribus illita glutinare ea poteſt. Ineſt & amaritas non pauca, per quam fœtũ & lumbricos tum enecat, tum eijcit. Adeſt hinc ei & abſtergẽdi potentia. Sic igitur ocularibus miſcetur facultatibus, vtiq; quę ad vlcera & craſſas cicatrices præparantur. Eadem de cauſa inditur & medicamentis quæ ad tuſſim veterẽ & aſthma ſiue anhelationẽ exhibentur. non tamen arteriam exaſperat ſicut abſtergentium nonnulla. Verum adeò moderatam obtinet abſterſionẽ, vt nonnulli eam arteriacis quæ vocant medicamentis commiſceant, tanquam ſufficienter excalfaciens & deſiccãs medicamen: ſcilicet abſterſionem proficiſcentem ab amaritudine nihil verentes.

Smyrna boice. Myrrha beotia.

Smyrna boice vim habet excalfaciendi, fundendi, emolliendi.

Smyrnium.

Smyrnium quidã hippoſelinũ agreſte cognominãt. Ex eodẽ genere & ipſum cũ apio eſt, & petroſelino. Fueritq; apio quidem validius, imbecillius petroſelino. Menſes itaq; & vrinas mouet, calidum ſiccumq; tertio ordine. Cilices petroſelinũ nominãt quod in Amano naſcitur. Sed & ipſum ſmyrnium minus eſt petroſelino ſmyrnioq; acre. proinde ſanè vlceribus imponi poteſt, quia videlicet ſine moleſtia deſiccet. Sed & digerere quę indurata ſunt poteſt. Reliqua vis eius apio & petroſelino ſimilis eſt. Quocirca & ſemine eius vtimur ad mẽſes, vrinas, & aſthmata ſiue anhelationes.

Sonchus.

Sonchus vbi adoleuerit, ex ſpinoſis plantis eſt. Cæterum viridis etiamnum

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 204 sur 277

& tener eſtur perinde vt cætera olera. Temperamẽtum eius quodammodo miſtũ eſt: cõſtat enim ex aquea terreaq; eſſentia, vtraq; leuiter frigida. Nã & adſtrictionis cuiuſdam eſt particeps: & ſiue cataplaſmatis in morem illinatur, ſiue edatur, manifeſtò refrigerat. poſtea vero quam plane reſiccatus fuerit, terreſtre eius temperamentum redditur, modicam habens caliditatem.

Sparganium.

Sparganium & ipſum deſiccantis eſt facultatis.

Spartum. Geniſta.

Sparti, quo & vites alligant, tum fructus tum virgarum ſuccus non inſtrenue trahentis eſt facultatis.

Staphilinus. Paſtinaca.

Staphilinus ſatiuus imbecillior, agreſtis ad omnia potẽtior eſt. Vrinas mẽſeſq; prouocat cum herba quidẽ tota, tum maxime ſemẽ ac radix. Habet porro etiam abſterſorium in ſe quippiam: quamobrẽ vlcerum phagedænica quidam folijs eius cum melle, quò pura reddant, illinunt.

Stachys.

Stachys. frutex ille marrubio ſimilis, guſtu acri & amaro, tertij eſt ordinis excalfacientiũ. Quamobrẽ rationabiliter menſes prouocat. Sed & abortum affert, & ſecundas eijcit.

Stœbe.

Stœbes fructus & folia maximo ſunt vſui, adſtringẽdi vim habentia mordacitatis expertem. Sed & deſiccant euidenter in tertio ferè ordine incipiente: quamobrem decoctum eorũ dyſentericis injcitur, & auribus pure fluentibus. Tum vulnera magna conglutinat. Euidentius hæc præſtat cum vino atro auſtero. Valenter enim deſiccat omnes præter naturã humiditates. Præterea folia viridia ſi illinãtur, vim habent erumpentis ſanguinis ſupprimendi. deniq; & oculorum ex ictu ſuffuſiones illita iuuant.

Stœchas.

Stœchadis guſtu quidem qualitas amara eſt, & mediocriter ſubadſtringẽs: cæterum temperies cõpoſita, nempe ex terrena eſſentia frigida exigua, vnde ſanè adſtringit: & extenuata altera terrena copioſiore, à qua vtiq; amara eſt. Ob vtrorumque vero conuenientiam & coitum, obſtructione liberare, extenuare, extergere, roborareq; tum viſcera omnia tum totum corpus eſt nata. Supra nanque oſtenſum eſt quòd quæ ex eiuſmodi eſſentijs conſtant medicamina, dictos effectus reddere poſſint.

Stratiotes.

Stratiotes aquaticus quidẽ humida & frigida facultate eſt, terreſtris vero nonnihil habet adſtrictionis: proinde ſanè & vlcera glutinare poteſt, & vlceribus eſſe vtilis. Sunt qui eo & ad ſanguinis eruptiones vtantur, & ad fiſtulas.

Struthion.

Struthij radice potiſſimum vtimur, vtpote guſtu acri, & calida ſiccaq; temperamẽto, ex quarto quodammodo ordine excalfacientium. Sed & abſtergit & iritat: proinde quoque ſternutationem prouocat, ceu cætera omnia quæ calida ſunt temperie, & guſtu acria.

Styrax.

Styrax excalfacit, emollit, cõcoquit: quamobrem tuſſibus, catarrhis, pituitæ de-

ſtillationibus raucedinibuſq; quas κορύζας καὶ βράγχους vocant, prodeſt. Tum menſes ſeu potum ſeu admotum prolicit. Combuſti eius fuligo, thuris fuligini quodammodo eſt ſimilis.

Syca. Ficus.

Ficus aridæ vim habent excalfaciendi ordine primo etiam completo, aut ſecundo incipiente. habẽt vero etiam partium tenuitatem quandã. Ex iſtis duobus idoneæ ſunt quæ tubercula dura concoquant: ſtatim vero etiam ea digerunt. Atque ipſæ per ſe illitæ eiuſmodi vim obtinẽt. Sed & decoctum earum eiuſdem vtiq; naturæ eſt. Verum vbi magis concoquere conſiliũ eſt, miſcenda eſt farina triticea: vbi vero plus digerere, hordeacea. panis horum in medio. Sed hæc magis ſunt propria tractatus de medicamẽtorum compoſitione, & rationis curandi: verum in præſentiarũ hæc de iſchadibus nouiſſe ſufficiat. Porrò ſcire oportet quòd quę pinguiores ſunt, magis poſſunt cõcoquere: quæ vero guſtu acriores, magis tum extergere, tum digerere. Cæterum quod ex ijs plurimũ in aqua coctis efficitur, ſimile eſt melli non ſolum conſiſtentia, ſed & facultate. Porro ficus virides comeſæ propter admiſtam humiditatem facultatis ſunt imbecillioris: ſubducunt tamẽ aluum vtræq; tum humidæ, tum ſiccæ. Porrò ficus caprifici acris & digerẽtis facultatis ſunt: ſic etiam domeſticarum groſſi, græce vocant ὀλύνθους. ineſt enim illis nõnihil etiam ſucci ex ficu arbore.

Syce. Ficus arbor.

Ficus arbor calidæ tenuiumq; partium temperaturæ eſt, ceu indicãt tum liquor eius, tum foliorum ſuccus. Valenter enim eorum vterq; calidus eſt. Itaque nõ mordicat tãtum, aut vehemẽter abſterget, ſed & vlcerat, & ora vaſorum reſerat, & verrucas quas myrmecias vocãt, eijcit. Sed & purgare poteſt. Porrò ficus agreſtis, quã erineum græce, latine caprificum nominant, tum opus tum ſuccus ad omnia quam ſatiuæ valentior eſt. Sed & cradæ earum adeo ſunt calidæ, tenuiumq; partiũ, vt carnes bubulas duras, ſi coquendis adijciantur, friabiles ac teneras efficiant.

Symphytum petræum.

Symphyton petræum ex contrarijs cõſtat viribus. habet enim ſecãdi vim quãpiam, qua collectum in thorace pulmoneq; pus expurgare poteſt: habetq; etiã quãdam contrahendi vim, qua eiectionibus ſanguinis auxiliatur: & tertia ad eas ineſt humiditas quædam non immodice calida: per quam guſtantibus dulce apparet, & odoratu iucũdum. Manſum ſitim extinguit, & arterię aſperitates ſanat. Porrò ſecundum omnium dictarũ viriũ miſtionẽ ſimul digerere abũde poteſt, ſimulq; corpora contrahere conſtringereq; : proinde enterocœlijs imponitur, & ad cõuulſa & rupta cum oxymelite bibitur. Porrò qui ipſum in vino decoctum ad muliebre exhibent profluuium, vtuntur tanquam deſiccante & contrahente. Qui vero ad nephritin, tanquam expurgante & incidente.

Symphyton magnum.

Symphyton alterum, puta magnum, ſimilem dicto vim habet: non tamen guſtantibus dulce eſt, aut odorãtibus odoratũ. Sed his ſanè à modo ſcripto diuerſum eſt. Cæterum quatenus viſcoſitatem quandam & mordacitatem obtinet, ſcillæ ſimile eſt: vtitorq; ad omnia ad quæ iam dicto.

Spondylon.

Spondyli fructus acris & ſecantis eſt facultatis: itaq; ad aſthma & comitialem

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 206 sur 277

morbum aptum est medicamen. prodest & aurigini. Et radix, nimirum adsimilis facultatis, ad eadem accommodatur. Sed & insuper fistularum callos tollit: cæterū imponere eam oportet circumrasam. Porrò floris etiã succus ad diuturniora aurium vlcera conueniens reponitur.

Schinos. Lentiscus.

Schinos. frutex hic ex aquea essentia leuiter calida, & terrena frigida non pauca compositus est. Deficcat igitur secundo ordine completo, aut tertio incipiente. in caliditatis & frigiditatis differẽtia quodammodo est medius & symmetrus. Similem omnibus sui partibus adstrictionem obtinet in radicibus, ramis, extremis turionibus, germinibus, ac folijs, præterea fructu, & cortice: ac si succũ ex folijs eius viridibus exprimas, similis hic ordinis est, moderate adstringens. Itaque bibitur & per se, & cũ alijs medicamẽtis quę dysenterias & alui affectus sanant. quin & ad sanguinis expuitiones, sanguinisq; ex vtero eruptiones, tum sedis vuluæq; procidentias idoneus est, vtpote ad hypocystida nonnihil prope accedens.

Schinu anthos. Schini flos.

Schinu anthos modice calfacit, modiceq; etiam adstringit: nec plane à tenuitatis natura alienus est. Quocirca his de causis vrinam mouet, menseſq; ciet adhibitum siue in fomentationem, siue in potionem. prodest & iecoris & stomachi ac vẽtris phlegmonis. Magis eo adstringit radix. Quod vero florem vocant, calidius est. Porrò in omnibus sui partibus, in alijs magis, alijs minus, gustantibus apparet adstrictio: proinde medicinis quę hæmoptoicis siue sanguinem reijcientibus exhibentur, commiscetur.

Schœnos læa. Iuncus læuis.

Schœnos læa, quædam oxyschœnos, alia oligoschœnos nũcupatur. gracilior duriorq; oxyschœnos, crassior laxiorq; oligoschœnos. Fructus oligoschœni somnum affert. At oxyschœni duæ sunt species, altera sterilis, cuius quidem in medicina nullus vsus est. altera vero semen fert. conciliat vero & huius semen somnum, sed minus quàm oligoscœni: quanquam tamen hoc caput tentet. Vtrunque si frictum cum vino bibatur, ventris fluxus deficcat, & muliebre profluuium rubrum sistit. Ex quibus clarum est quòd composita eorum temperies est, ex terrena videlicet essentia leuiter frigida, & aquea leuiter calida: vt & inferna deficcare possint, & sensim frigidos ad caput vapores submittere, quibus somnolentos efficiant.

Terminthos. Terebinthus.

Terebinthi tum cortex tum folia tum fructus adstrictoriũ quiddam obtinent. Sed & secundo ordine excalfaciunt. Itaque quòd etiã deficcent, manifestũ est: recentes quidem etiamnũ humidiq;, modice: sicci vero, ordine secundo. Cæterum fructus aridus propinquus est etiam tertio ordini deficcãtium. Est enim adeò calidus, vt mandentibus protinus eius caliditas percipiatur. Itaque etiam vrinam prouocat, & lienibus prodest.

Teutlon. Beta.

Beta nitrosę facultatis particeps est: qua tum digerit, tum extergit, & per nares purgat. Cæterum cocta nitrositatẽ omnem exuit, fitq; facultatis aphlegmantæ, hoc est phlegmonis aduersæ, leuiter digerẽtis. Porrò ad detergendũ digerendumq; validior est beta alba. Nam nigra adiunctum habet adstrictionis quippiam, & magis in radice quàm alijs partibus.

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 207 sur 277

Teucrium.

Teucrium incidendi & tenuium partium facultatis est: quare lienes sanat. Potumque ipsum quispiam in tertio exiccantium, secundo vero calfacientium ordine.

Tephra. Cinis.

Combustorum lignorum reliquiæ sic nuncupantur, compositæ ex contrarijs tū qualitatibus tū substātijs. Habet enim in se partim terrenū, partim velut fuliginosum, græce æthalōdes, siue ligny ōdes, id est fuliginosum, siue quomodocūq; quis appellare volet. atq; hæ sanè partes sunt tenues, quæ maceratis aqua cineribus & percolata vnà asportantur atq; abeunt. Quod vero reliquum est, terreum est & infirmum, in cinerem calida facultate depositum. Sed non omnis cinis eadē temperatura præditus est, sed pro combustæ materiæ diuersitate variatur. At nescio quo pacto Dioscorides adstringendi eū habere vim prodiderit, cū ficulneus eiusmodi omnis qualitatis sit expers, vtpote cum & ipsa arbor nulla sui parte acerbam qualitatem præferat, ceu quercus, ilex, arbutus, fagus, lentiscus, hedera, & hoc genus alia: verum plena succo valido tota sit, eoq; acri & calido. Ergo ex acerbis vtiq; lignis factus cinis non parum adstringit: meminiq; me quandoq; cum aliud ad manum non esset medicamen, sanguinis suppressisse eruptionem. Verum nullus vnquam ad tale vti ficulneo audeat. Siquidem hic acrimoniæ multum adurentisq; facultatis obtinet, mistæ absterſioni: & vtroq; differt ab eo qui ex quercinis lignis cōficitur, tum q̄ in eo fuligineum multo est acrius, tum quòd in illis terrenum quodammodo subastringēs est, in hac abstergens, veluti in cinere tithymallorū. Est & calx, cineris quædam species, cæterum tenuioris essentię quàm qui ex lignis fit: nimirum quanto lapides exactius torreri vt cinis fiant postulant: non tamen multum reliquum in se habet velut naturæ igneæ, quod vocāt ἐμπύρευμα. proinde elota medicamen est citra morsum desiccans, magisq; si bis terve lauetur. Cæterum si marina aqua abluta sit, admodum digerit. Dicetur porro de ea vbi de metallicis sermo habebitur.

Telephium.

Telephium exiccandi & detergendi facultate est, non tamen insigniter calida: verum in hoc forsan quispiam ipsum secundi esse ordinis censeat. Desiccat tamen secundo ordine intenso, aut certe principio tertij: proinde ad putrida vlcera cōuenit, & vitiliginem vtramq; sanat cum aceto.

Telis. Fenumgræcum.

Fenumgræcum calidum est secūdi ordinis, desiccat primo: proinde feruentes phlegmonas iritat acerbatq;. quæ vero minus sunt calidæ, & magis duræ, eas digerendo curat.

Tithymalli.

Tithymalli omnes vincentē habēt acrem calidāq; facultatē: inest vero & amaritas. Validissimus itaq; eorum est liquor: secundū locū tenēt fructus & folia. Sed & radix dictarum facultatū particeps est: sed nō ex æquo. Sanè ipsa cum aceto decocta dolores sanat dentiū, maxime qui illis erosis proueniunt. at liquores, vt qui valentiorem vim habeant, in foramina quidem ipsa dentium induntur: cæterum si aliam corporis partem contigerint, continuo adurunt, vlcerantq;: proinde foris illis cera circunlinitur: quippe quū ex quarto sint excalfaciētiū ordine, quē esse adurentium posuimus. Sic pilos quoq; succus inunctus tollit. Porrò quū vehemētior sit, oleo miscetur: & si id identidē ac sæpe fiat, tandē prorsum pilorū radices adustę

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 208 sur 277

corrũpentur,corpuſq; depile reddetur. Eadem facultate verrucas,quas acrochordonas nominant,& myrmecias,& pterygia,ſiue oculorũ vngues,& thymos auferunt: detergẽtq; lichenas & pſoras: quia ſcilicet & abſtergẽdi facultas ineſt propter amaritudinẽ. Præterea vlcerũ phagedænica,anthracode,& gangræne,quia valenter tũ excalfaciunt,tũ deſiccant,ſi in tẽpore & moderate vtare,iuuare aliquando poterũt. Verumenimuero & fiſtularum callos eximũt. Cæterum hæc omnia genere quidẽ ſimiliter,imbecillius tamẽ & folia & fructus præſtare poſſunt. Quibus ſanè & ad piſces in aqua ſtagnali capiendos vti aſſolent. Celerrime nanq; ab illis in vertiginem acti,ac ſemimortui redditi,ad aquæ ſuperficiem feruntur. Porrò quum ſeptem ſint eorum genera,valentiſſimus eſt quem characian nominant: quem vtiq; etiam quidam marem cognominant: & fœmina nũcupata myrſinites: & qui in petris naſcitur ad modũ arboris: deinceps qui phlomo adſimilis eſt: & cypariſſias: deinde paralius ſiue marinus: deniq; helioſcopius. Proportione vero comprehenſæ illorum facultatis & cinis & lixiuium erit.

Tragacantha.

Tragacantha ſimilem gummi vim obtinet,emplaſticam quandam,& acrimoniam hebetiorem. Et ſanè ſimiliter illi deſiccat.

Tragion.

Tragij folia,fructus,lachrymaque,trahentis digerentiſq; ſunt facultatis. Eſt vero & tenuiũ partium,& facultate in principio tertij ordinis calida. ſtipites & hęrẽtia corporibus extrahit,lapides frangit,menſes mouet drachmę pondere potũ. poro in Creta ſola naſcitur,lentiſco adſimile. Cæterum alterum tragiũ hoc minus,cuius folia ſcolopendrio ſimilia ſunt,viſitur quidem multis in locis: ſed non parũ habet facultatis adſtringentis: vt & ad fluxionum affectus conueniat.

Tragoriganum.

De tragorigano in ſermone de origano ſupra eſt dictum.

Tribolos.

Tribolus ex humida eſſentia modice frigida & ſicca non mediocriter & ipſa frigida componitur: in terreſtri tamen ſuperat terreum frigidum: quod adſtringens oſtendimus: in aquatico vero aqueum. Propter vtrunq; itaque & cõtra phlegmonarum generationes,& omnino contra omnes influxus congruit. Porrò terreſtris ipſius fructus cum tenuium ſit partium,potus lapides in renibus comminuit.

Tripolium.

Tripolij radix guſtanti acris eſt,& facultate calida in tertio exceſſu.

Triphyllum.

Triphyllum quidam aſphaltion,quidam oxyphyllon,nonnulli minyanthes, ſunt & qui cnicium vocitent. prima quidẽ tria ab accidentibus frutici,reliqua duo nomina haud ſcio vnde. Vis plantæ eſt calida & ſicca vt bitumen,cui odore eſt ſimilis,vtrinque tertio ordine. Proinde pota laterum dolores ab obſtructione natos iuuat,& vrinam menſeſq; prouocat.

Trichomanes.

Trichomanes eadem præſtat quæ Adiantum.

Trychnon. Solanum.

Trychnon quidam præpoſito ſ ſtrychnum vocãt. Eſculentum quidem quod in hortis naſcitur,notum eſt omnibus: vtũturq; ad omnia ea quæ refrigerari adſtrin-

gicq; poſtulant. Poteſt enim hæc duo ordine ſecundo. Cæterorũ non eſculentorum vnum quidem nuncupatur alicacabum, fructũ habens ruffum, acino vuæ tum figura tum magnitudine adſimilem: quo & ad coronas vtuntur. alterum vero fruticoſum, à conciliando ſomno hypnoticum: & tertium, q̃ inſaniã afferat, manicum appellitãt. Alicacabum igitur in foliorum facultate hortenſi ſolano ſimile eſt, fructũ habens ciendæ vrinę idoneũ: proinde compluribus facultatibus compoſitis quę ad iecur, ad veſicã & renes accõmodantur, adiungitur. Solani vero hypnotici cortex radicis ſi cum vino bibatur, ſomnũ accerſit drachmæ põdere ſumptus. Sed & cætera quoq; papaueris ſucco perſimilis eſt, niſi quòd hactenus imbecillior eſt, q̃ ipſe tertij habeatur ordinis refrigerantiũ, cum hic poſitus ſit in quarto. Huius ſolani ſemẽ vrinam ciendi poteſtatem habet. Cæterũ ſi plus duodecim corymbis hauſeris, dementiã quoq; adſciſcet. Porrò quod reliquum eſt ex propoſitis ſolanis, ad medicationes quę intro in corpus adhibentur, inutile eſt. Nã ſi quatuor eius drachmæ offerãtur, mortem inferent: ſi pauciores, ſaltem inſaniam. Vna certe innoxie ſumitur, cæterum nec ipſa vtile quid obtinet. Verum ſi foris corpori emplaſtri modo illinatur, vlcera cacoëthe & nomẽ de ſiue paſcentia curat. Sed ad talia radicis cortex præfertur deſiccãs ſecundo ordine iam completo, & tertio incipiente, refrigerans ſecũdo incipiente.

Hyacinthus.

HYacinthi radix bulboſa eſt, ordinis primi in deſiccando: ſecũdi vero completi, aut certe tertij incipientis in refrigerando. Itaq; pueros diutiſſime ſeruare impuberes illita creditur. Fructus leuiter extergit & adſtringit: quamobrem & ipſe regio morbo laborãtibus exhibetur in vino, ordine quidẽ tertio quadantenus deſiccans, cæterum in medio conſiſtens caliditatis ac frigiditatis.

Hydnon. Tuber terræ.

Hydna omnibus nota ſunt. Subſtãtiam habent vincentem terreſtrem quidẽ, ſed tamen cum paucula quadam tenuitate miſtam.

Hydropeperi.

Hydropeperi à locis in quibus naſcitur, & à ſimilitudine quæ illi cum pipere in guſtu eſt, nomẽ ſortitum eſt. Cęterum non vſq; adeò calidũ eſt quàm piper. Attamen herba ipſa etiamnum viridis cataplaſmatis in modum impoſita ſuggillata & tumores induratos digerit.

Hyoſcyamus. Altercum.

Hyoſcyamus cui ſemen atrum eſt, inſaniam ac ſoporem affert: ſed is cui ſemen mediocriter flauum eſt, propinquã ei facultatẽ poſſidet. Verũ vtriq; fugiendi ſunt vt inutiles & venenoſi ſeu deleterij. Cæterũ cuius ſemen ac flos candidus eſt, ad ſanationes vel maxime idoneus eſt, ex tertio quodammodo ordine refrigerantium. Porrò flos eius quidem cui ſemẽ eſt nigrum, mediocriter purpureus eſt: eius vero cui eſt ſubflauum, leuiter mali colorem refert.

Hypericum.

Hypericum calfacit & deſiccat, eſſentia tenui, adeò vt & menſes & vrinas prouocet. Sed ad hæc totus ſumendus eſt fructus, nõ tantum ſemen. Porrò cum foliis illitus viridis ad cicatricem ducit cum alia, tum etiam ambuſta. Cęterũ ſi ſicca cõtuſa inſpergas, ſanabis & mollia nimis, humidaq; & putredinoſa vlcerũ. Sunt & qui iſchiadicis bibendum exhibeant.

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 210 sur 277

Hypecoon.

Hypecoon refrigerandi vim habet ex tertio ordine refrigerantium, vt parũ absit à papauere.

Hypogloſſon.

Hypogloſſon inde adeo nuncupata eſt, quòd ſummis corymbis velut ligulæ quædam exeunt. Cæterum radix & ſuccus fruticis emolliendi vim poſſident.

Hyſſopum.

Hyſſopum deſiccat & excalfacit ordine tertio: ſed & tenuium eſt partium.

Phaci. Lentes.

Lentes valenter adſtringunt. medium tenent caliditatis & frigiditatis. deſiccant tamen in ſecundo ordine. ipſum itaq; earum corpus deſiccat & ſiſtit ventrem: cæterum decoctum prouocat. proinde etiã prior aqua abijcitur vbi retentionis cauſa adhibentur.

Phacos. Lenticula paluſtris.

Lenticula paluſtris humidæ frigidæq; temperaturæ eſt, vtrinq; ex ſecundo quodammodo ordine.

Phaleris.

Phaleridis tũ ſuccus tum ſemen tum folia potari vtiliter creduntur ad veſicæ dolores, ceu in ſeſe habeant tenue quiddam & calidum.

Phalangites.

Phalangites. Sic appellata eſt, quòd morſis à phalangijs auxilietur. eſt autem facultatis tenuium partium, deſiccãtis: quamobrẽ & tormina patientibus ſuccurrit.

Phlomus. Verbaſcum.

Phlomos, quidam per pliteram & ſcribunt & proferunt. Quædam folijs alba eſt, quędam vero nigra. Et albę quidem mas eſt, cuius folia anguſtiora: fœmina, cuius maiora. & præter has eſt alia phlomos agria cognominata. flores habet aureos & luteos ſiue melizontas. Sed & alia prẽter has eſt, quam proprie phlomida nominant, & thryallida. Priorum itaque duarum radix acerba guſtu eſt, & fluxionis affectibus prodeſt. Sed & ad dentium dolorem eam quidam colluunt. Attamen folia digerẽdi vim habent. ſic & aliarũ folia, & maxime eius quę aurei coloris flores obtinet, aut etiã pilis flaueſcentes. Omnium enim folia deſiccandi & detergendi vim poſſident.

Phœnix. Palma.

Phœnix arbor adſtrictoriæ facultatis omnibus ſui partibus eſt particeps. Igitur ramorum ſuccus auſterus eſt, ex aquea ſubſtãtia tepida & terrea frigida cõſtãs. Similis facultatis eſt encephalos quẽ vocãt, hoc eſt cerebrũ ſiue medulla, eſui aptus. At fructus eius, & maxime dulcis, non paucã obtinet caliditatẽ. Cęterũ cum edẽdo ſit, multo eſt vſui, nõ tantũ foris impoſitus, vbi quid roborare, & deſiccare, cõtrahere, ſtipare, dẽſareq; conſiliũ eſt: ſed & tanquã cibus ſumptus, & ſimul cũ alijs, & per ſe. Porrò quod elaten vocant, nempe tenerũ illud palmæ germẽ, eandem cũ cerebro eius facultatẽ poſſidet. Quod vero velut decoctum eius eſt, adſtringentẽ & ipſum qualitatem habet: verũ plus quã dicta omnia exiccat, vtpote quod & eſſentiæ cõſiſtentia illis ſiccius eſt, & nimiũ habet humiditatis. Itaq; iure vtũtur illo ad vlcerum putreſcẽtia, miſcentq; medicamẽtis ãrticulos plus iuſto laxatos cõtrahentibus: ad hęc facultatibus hepaticis & ſtomachicis, ſeu intro ſumãtur, ſeu foris admoueãtur. Sed & radix plantæ deſiccatoriæ citra morſum facultatis eſt, adiunctum habens & ipſa adſtrictionis quippiam.

Phorbion.

Phorbij ſemine ad leucomata, hoc eſt albugines, cum melle applicãt. Sed & ſpicula extrahere creditur. Porrò & ipſa herba idem præſtare videtur. Ex quibus cõſtat quòd tenuium partium, & attrahendi detergendiq; potentiam obtinet.

Phu.

Phu. odorata quodammodo eſt huius herbæ radix, nardo viribus ſimilis, ſed tamen ad pleraq; infirmior. vrinas mouet plus quàm aut indica aut ſyrica nardus, perinde vt gallica.

Phycos. Alga.

Phycos humens etiãnum & virẽs ex mari exemptus deſiccat & refrigerat ordine ſecundo. habet enim quiddam modice acerbum.

Phyllitis.

Phyllitis cũ qualitatis ſit acerbæ, non abſurde diarrhœas ſiue profluuia & dyſenterias pota iuuat.

Phyllon malabathru. Folium malabathri.

Folium malabathri nardo ſimilem vim poſſidet.

Chalbane. Galbanum.

Galbanum ſuccus eſt plantæ ferulaceæ molliendi & digerendi vi. Fueritq; ſanè ex tertio ordine excalfacientum incipiente: aut ſecundo cõpleto: in deſiccãdo vero ex ſecũdo incipiẽte.

Chamædrys.

Chamædrys vincentem habet qualitatem amaram. eſt & quodammodo acris, quocirca merito lienes colliquat, & vrinas ac menſes prouocat. craſſitudinẽ humorum incidit, & viſcerũ obſtructiones purgat. Ponatq; eam quiſpiam in tertio ordine excalfacientinm & deſiccantium. plus tamen calfacit quàm deſiccat.

Chamæciſſos.

Chamæciſſi flos cum ſit admodum amarus, iecur obſtructione liberat, daturq; ex coxendice laborantibus.

Chamælea.

Chamælea vincentẽ habet qualitatẽ amaram: quamobrem admodum ſordida vlcera, & quæ maximas habent cruſtas, cum melle purgare poteſt.

Chamæleuce.

Chamæleuce calidæ facultatis eſt tertio quodammodo ordine, ſiccæ primo.

Chamæleon.

Chamæleontis radix, nigri quidem, letale quiddam obtinet: quamobrem foris vtiq; vſus eius ad pſoras adhibetur, & lichenas, & vitiligines, & in ſumma quæ deterſionẽ poſtulant. præterea digerentibus & emolliẽtibus pharmacis cõmiſcetur: & phagedænica vlcera ſanat illita. Eſt enim ſicca tertio ordine, calfacit vero ſecũdo ordine abſoluto. Porrò albi chamæleontis radix potui datur cum vino auſtero menſura oxybaphi. Exhibent ſanè etiã aqua inter cutem laborantibus, adſimilem habentem temperiem ipſius nigri radici, niſi quatenus illa acrior eſt.

Chamæpitys.

Chamæpitys guſtu quidem amarũ ſaporem validiorẽ acri obtinet, effectu vero expurgat abſtergitq; viſcera plus quã calfacit: proinde auriginoſis, & omnino quibus facilè iecur obſtruitur, bonum eſt remedium. Quin & menſes ducit tum pota tum appoſita cum melle. Sed & vrinæ mouẽdæ medicamen eſt. Sunt autẽ etiã qui eam exhibent decoctã in melicrato ijs qui coxendicis doloribus torquẽtur. Herba porrò ipſa viridis vulnera magna cõglutinat, & vlcera putreſcentia ſanat: præterea vberũ durities diſcutit. Eſt enim in ſiccãdo ordinis tertij, in calfaciẽdo vero ſecũdi.

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 212 sur 277

Chamæsyce.

Chamæsyce abstergẽdi simul & acrem vim possidet. Itaque acrochordonas & myrmecias caules eius teneriores in modũ cataplasmatis admoti, quiq; ex eis profluit liquor, auferunt. Cum melle vero crassas oculorum cicatrices detergunt: sed & hebetudinẽ visus à crassitie natam adiuuant, sicut sanè & suffusionum principia.

Chelidonium.

Chelidoniũ extergẽtis admodũ & calidę facultatis est. sed & succus eius ad acuendũ visum cõmodus est, vtiq; in quibus crassum quiddã in pupilla colligitur digestione atq; discussione indigẽs. Vsi sũt radice eius quidã ad auriginẽ ab obstructione iecoris proficiscentẽ, in vino eam albo potui exhibentes. Similiter mansa cõfert dentiũ doloribus. Porrò chelidoniũ minus cum acrius sit maiore, celeriter illitum cutẽ exulcerat: vngues; scabros eijcit. Succus eius per nares purgat, vtpote admodum acer. Itaq; hæc herba quarti ordinis fuerit absoluti etiam, idq; tũ in calfaciẽdo, tum in siccando.

Chondrila.

Et hanc quidam serin nominant. Est enim eiusdem ferè cum illa facultatis: nisi quòd gustu amariuscula est, ac proinde facultate siccantiore.

Chondrus.

Chondrus est sanè nutrimentũ optimũ, sicuti & triticum. sed huius instituti nõ est de nutrimẽto distinguere. verũ vt medicamen emplasticæ facultatis est, tempe-rie tritico similis, plus tamen illo viscosus: quare sanè etiã illo plus nutrit. Estq; ceu materia quædam idonea excipiẽdis aceto, marina aqua, muria, & id genus alijs valẽter desiccantibus: proinde quidam ex genere admodũ exiccãtium esse & hoc semẽ autumarunt. Cęterũ chondrus ex numero est potius cõcoquentiũ, vt & triticũ, quę minime profecto desiccant. At ob exiccãtium medicaminũ admistionẽ, cum quod ex illis compositũ est, exiccatoriũ sit, medicorum cõplures in errorem inducti sunt, vt falsò putarent desiccationem chondro acceptam ferendam, ijs quę admista erant præteritis.

Chrysocome.

Chrysocome, vocatur & chrysites. Radix vincentes habet acrem simul & adstringentem qualitates: quare non admodũ multi vsus est. Vsui tamen est decocta in melicrato in peripneumonijs, & morbis hepaticis siue iecorarijs. sed & mẽstruæ purgationis prouocandæ vim quandam obtinet.

Pseudodictamnum.

Pseudodictamnum imbecillem dictamni vim habet.

Psyllium.

Psyllium semen habet admodum vtile, ex secundo refrigerãtium ordine: in desiccando vero & humectando medium quodammodo est & symmetrum.

Ocimon.

Ocimum ex secundo est ordine calfacientium: habet autem recrementitiam humiditatem: proinde nec commodum est quòd in corpus sumatur. Cæterum foris illitum ad digerendum & concoquendum idoneum est.

Ocimoides.

Ocimoides quidã philitęrium cognominant. Radix superuacua est. At semen tenuium partium, & desiccantis citra mordicationem facultatis est.

Libri octaui finis.

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 213 sur 277

GALENI DE SIMPLICIVM MEDICAMENTORVM FACVLTATIbus liber nonus, Theodorico Gerardo Gaudano interprete.

Proœmium.

QVotquot plantarum partes ſunt,& fructus,& ſucci,atq; liquores,ſuprà dicta ſunt omnia. Nunc autẽ de reliquis medicamentis,quæ metallorum genere cenſentur,quæq; ipſius terræ propriè ſunt,diſſerere propoſitũ eſt:poſt quę deinceps nonnihil tractabitur de partibus animalium, vtiq; quibus ceu medicamentis ad curationes vtimur. Cæterũ præſtare mihi videtur cõmuniter de illis omnibus præfari,quò videlicet tum clarius intelligi poſſint,tũ quæ dicenda ſunt,diſtincte ceu in articulos inaudiantur. Nam ſi quis in omnibus ſequatur ſcriptores ſiue medicamẽtorum, ſiue materiarum,ſiue illorum præparandorum:in multis profecto turpiſſime hallucinabitur, & ea quæ præfinite ac determinate à me poſita ſunt,perperam accipiet. Cæterum quum duo ſint capita cõmunis orationis iam proponẽdæ, alterum eſt, An ſponte naſcentium medicaminum quę combuſta ſunt,calidiora arbitrari oporteat,an frigidiora. Alterum de medicamentis adſtringentibus,quorum in genere eſſe ſupra oſtenſum eſt tum auſtera,tum acerba. Itaq; ſuper his quidem in quarto horum cõmentariorũ verba fecimus, ſed & modo cõmemorare ſatius fuerit medicamentis adſtringentibus & facultatem & qualitatem ineſſe cum acribus pugnantiſſimam. Adſtringunt enim Acacia,Balauſtium,Hypocyſtis,Cytini,Galla,Rheon, Rhus, Omphacium, Meſpila, Corna,Malicoriũ, Myrta. Acria vero ſunt Euphorbium, Allium,Cepa,Porrũ,Napy,Piper,Gingiberi,Smyrniũ,Origanum,Pulegiũ,Calamẽthe,& Thymus. Reuocandũ itaq; in memoriã dũtaxat qualem cuiuſq; dictorũ percipimus ſenſum,& protinus ſequetur qualitatis eorũ diuerſitas,quã in quarto libro expoſui vnà cum alijs omnibus guſtus differentijs. Sanè cõtrahunt conſtipantq; atq; condenſant ſubſtantiã noſtram adſtringentia: ac proinde in quamuis corporis noſtri partem extrinſecus impoſita,cõtinuo illam rugoſam & cõtractam efficiunt, contrà quàm acria,quæ impoſita cuti perſpicuè eam excalfaciunt,atq; in molem attollunt,rubente colore:ac ſi diutius immorentur,etiã vlcerant. Hæc itaq; euidenter apparent tum incidere,tum excalfacere,tum etiam à vicinis partibus ad ſeſe ſanguinẽ attrahere:at adſtringentia refrigerando cõtrahendo cõſtringendoq; in illis etiam contentũ repellere. Facultas itaq; aduerſiſſima eſt adſtringẽtibus cum acribus:nec quę in guſtu apparet qualitas,ſimile quippiam obtinet. Quid ergo nõnullis in mẽtem venerit vt piper,allium,atq; adeò acria omnia adſtringere dicerẽt, ſanè cogitatione aſſequi nequeo. Nam ſi vt hęc adſtringere dictitãt,ita Rhoon,Balauſtiũ,Omphaciũ,Meſpilum,& quotquot eius ſunt generis, acria cognominarẽt, diuerſa ac cõmutata in nominibus cõſuetudine:ignaros profecto illos vocũ,& earũ ſignificatuũ,non tamen guſtandi aut olfaciendi carere iudicio dicerem. Nunc vero cum res duas & olfactu & guſtu & effectibus ſuis contrariam inter ſeſe naturam oſtentantes,vna appellatione nuncupẽt, admiranda profecto hominum aut ſtupiditas eſt,aut dementia,aut ſimul vtraq;. perinde enim faciunt atq; illi qui & ignis &

niuis eundem esse sensum aiunt. Atq; adeò in quendam quondam incidi qui præ tam aliena atq; absurda vsurpandorum vocabulorum consuetudine diceret nihil prohibere quo minus diceretur nix eandem igni habere tum qualitatem, tum facultatem: quia videlicet & hæc quandoq; visa sit pedes diutius per eam ambulantium adussisse. Sanè nõ paruo tempore opus est vt illis hominibus sordem animi expurges. At quibus non in tam profunda ignorantiæ caligine degere contigit, ac quartũ horum cõmentariorum perlegerint: ijs quę iam dicta sunt, memoriæ causa repetita sufficiunt, quò distincte nomina de quaq; propriarum rerum ita inaudiãt quemadmodũ latinis efferre græciscq; mos est. Transibo vero ad secundum scema siue speculationem, haud etiam de nomine & significato eius habendum, verũ de rei natura. Nam plericq; existimant cõbusta omnia seipsis effici frigidiora. Alij econtra cõbustorum omnium augeri caliditatem existimant. vtricq; sanè errantes. Conspiciũtur enim liquidò quædam calidiora reddita & ad gustum & ad tactum, & eam quæ in vsu cernitur facultatẽ: velut supra dicebam de acribus & adstringẽtibus. Quædam contrà ab vstione minus apparent calida: idq; clare discernimus tum tactu, tum vsu. Dico autẽ vsum, ceu ante dixi, cum cuti imposita alia calidiorem rubentioremq; partem efficiunt, alia exanguẽ & frigidam: & alia molem attollunt, alia cõtrahunt. Igitur acria multũ caloris amittunt vsta. At quæ eiusmodi non sunt, assumunt. Sanè combustorum omnium nullum plane est frigidũ. Relinquitur enim in illis velut ἐμπύρευμα, hoc est ignitio quęda. Nam ita vocabat Aristoteles: atq; id est quod per ablutiones detergitur, ex combustorum substantia subtilissimũ: quod vbi cum aqua abierit, quod vsti reliquum est, substantia terrena est. Siquidem humidum omne combustio absumit, reliquum autem terrenum est vnà cum empyreumate ab Aristotele vocato. Hoc ergo vbi per lotionẽ ablatum ac semotum fuerit, aqua in qua medicamen ablutum est, calidam adsciuit facultatem, eamq; tenuium partium. quod reliquum vero est, terreum est, desiccare citra mordacitatem potens. De his quidem & supra diximus: cæterum nihilo deterius est in memoriam nunc ea reuocasse, vt refricata illorum memoria, simul quæ dicẽda sunt, exactius quis assequatur.

De terræ differentijs.

VTm duæ sint res quæ terræ vocabulo significantur, necessariũ duxi prius eas distinguere, vt clariora sint quæ dicenda veniunt. Altera sanè græcis pariter latinisq; consueta est. Siquidem vbi triticum, hordeum, aut aliud quodpiam seminum quę cerealia nuncupantur, seminant, mediocriter humidam esse terram oportere aiunt. at vbi vites, ficus, oleas, aut aliã quãuis arborem plantant, fugiendâ præcipiunt tum eã quæ vliginis planè expers sit, & arida, tũ quæ humida sit & lutosa. Nam lutum vocãt terrã humido maceratã. Tum qui de colẽdis agris seu georgica cõscribunt, in regionum differentijs atram terram, argillosam, arenosámq; discriminantes efferunt. sed & pinguem terram vocant, ex qua lutum fit viscosum ac lentum. Alteram vero cõtrà quàm hanc dispositam, quæ lutum efficiat, pinguitudinis expers, & friabile, vt sic dicam. Atq; hoc est vnum terræ vocabuli significatum, omnibus vsitatum. Alterum est solis philosophis vsurpatum, quum aiunt elementa corporũ esse terram, aquam, aërem, & ignem. Corpus nanq; extre-

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 215 sur 277

me ſiccum ac frigidum terram nũcupant. Secundum hos ergo nullum compoſitorum corporum terra cenſetur elementaris: aiunt tamẽ ea plurimum habere terræ, puta Adamãtem, & ſaxa: & quanto corpore fuerint duriore, tanto magis ea dicunt eſſe terrea, contra quam agricolæ. Haud enim quo durior ſit corporum cõſiſtentia, eo plus terream eſſe dictitant, verum lapides & petras planè ad agriculturam eſſe ineptiſſima contendunt. Cæterum eam eſſe terram dicunt exactiſſimam, quæ quãlõgiſſime receſſit à ſaxi conſiſtentia: quippe quum & argilloſam & arenoſam adpleraq; damnent inutilem. Secundum itaq; ſignificatum quod à philoſophis celebratur, tribus finiẽtur generibus terræ differẽtię. Siquidem vnum eius genus lapis eſt, alterum corpus metallicũ, tertium vero terra quæ colitur. facta apud eos differentia de metallicis corporibus quę fundi poſſunt, velut ære, ſtanno, plumbo. Hæc enim quidam aiunt non terræ ſed aquæ plus continere. Attamen cæteri homines omnes eam duntaxat terram nominant, quæ humido macerata lutum efficitur: de qua vtiq; & ego nunc ſtatui differentias exponere, id modo pręfatus, quòd propoſita ſectio corporum terrenorum in lapides, metallica, & terram quæ colitur, abſq; corporibus quæ proprie phyſica ſeu naturalia nominantur, dicta eſt. Nam ſi ea accedant, tum ligna omnia, & fructuum partes cõplures, velut etiam animaliũ eſſentia, eſſe terrena dicẽtur: fructuũ quidem partes, vt nuclei oliuarum, & acini vuarũ, putamina nucũ, & conorum, & eius generis multa alia. Animalium vero, oſſa, cornua, dentes. Verum de plantarum partibus, quæ terrenæ vtiq; ſunt & duræ, partim iam ſupra dictum eſt, partim etiam nunc dicetur. At de ijs quæ animantium ſunt, infra tractabitur, vbi prius terrę ſpecies abſoluero. Licet enim ea tibi aut differentias, aut ſpecies, aut etiã appellare genera. Dico autẽ hęc, lapides, metallica corpora, terram in lutum ſolubilem. Ac primum omnium dicam ab latinis nuncupatę terræ differentias, quæ commune hoc habet, vt addita aqua continuò ſoluatur, & fiat lutum. Nam quod à philoſophis ſic appellatur, nõ habet omnibus commune, ſed illis tantum conſuetum ac celebratum ſignificatum.

De differentijs nominatæ paſſim terræ.

TErram vſitate latinis vocari dixi quæ iniecta aqua ſtatim ſoluitur, & fit lutum. Huiuſmodi ergo eſt quam homines ad culturam elaborant, differentias habens quaſdam ſanè ſecundum propriã rationẽ, dum pinguis eſt & viſcoſa, quæ vtiq; omnino & atra colore eſt. alia vero friabilior, & pinguitudinis expers, quã vocant argillam, quæ ſanè quodãmodo candidior eſt. Atq; hæ contrariſſimæ ſunt differentiæ. Aliæ harum in medio ſunt, alteri atq; alteri magis accedentes: atq; adeò quædam etiam quę ex æquo ad vnguem in medio, pari interuallo ab vtraq; diſtant. At aliæ ſunt terræ differentiæ ex diuerſi generis corporum natæ commiſtione. qua ratione lapidoſæ & arenoſæ habentur. atq; admiſtam taliũ ſubſtantiam ſegregant largæ aquæ affuſione ac maceratione, dum totum humidũ efficiatur. Cum enim id effectum eſt, id quod defertur atq; ineſt lapidoſum atque arenoſum, id omne ſubſidit, & terra exacta ſupernatat. Tale quiddam & in lemnia terra viſitur, quam cognominãt quidam milton lemniam, id eſt rubricam lemniã: & alij quidam ſphragida lemniam, hoc eſt ſigillum lẽnium, ob impreſſum videlicet illi ſigillum Dianæ ſacrum. Siquidem hanc terram ſacerdos cum patrio quodam

honore ſumens,haud mactatis animalibus,ſed tritico atq; hordeo piamenti gratia terræ redditis,in vrbem cõportat:quam deinde aqua maceratã, atq; in lutum redactam,vbi valenter cõturbauit,paulúmq; inde quieſcere ſiuit,aquã quæ ſupernatat, aufert,& mox quod ſub ea eſt lutum tollit, ac reliquũ dũtaxat quod ad imum ſubſedit,lapidoſum ſcilicet & arenoſum, relinquit vt inutile ac ſuperuacaneũ. Porrò lutum illud pingue vſq; eo deſiccat,dum mollis ceræ cõſiſtentiam accipiat: huiuſq; exiguis acceptis particulis,ſacrum Dianæ ſignum imprimit. Ac poſtea rurſum in vmbra ſiccandum reponit,donec omnem planè humiditatem amittat,fiatq; illud medicis omnibus cognitũ medicamẽ lemnia ſphragis, ſiue ſigillum. Sic enim quidam illam cognominant ob impreſſam illi ſphragida, hoc eſt ſigillum:ceu etiã nõnulli ob colorem,lemniam milton ſiue rubricam appellitant. Verum ab ea differt, quòd contactu non contaminet atq; illa:& ſecundum collem in Lemno,qui totus colore fuluo eſt,& in quo neq; arbor neq; ſaxum neq; planta naſcitur,tãtum huiuſmodi terra viſitur. Porrò tres eius ſignãtur differentiæ:vna quam poſuimus terræ ſacræ,quam alij nemini præter vnam ſacerdotẽ contingere fas eſt. Altera vero eius quæ revera miltos eſt ſiue rubrica. vtuntur autem ea potiſſimum fabri. demum tertia eius quæ extergit, qua vtuntur qui lintea & veſtes lauant, quibus vtiq; collibitum eſt. Cæterum quum & apud Dioſcoridem & alios quoſdam ſcriptũ legiſſem lemniæ terræ hircinum miſceri ſanguinem,atq; ex luto quod ea miſtione cõficiebatur,ſacerdotem lemnias ſphragidas tum conformare,tum cõſignare,cupiebã profecto & ipſe miſtionis modum inſpicere atq; ſymmetriã. Itaq; quemadmodũ in Cyprum nauigaueram videndorũ quæ in ea ſunt metallorum gratia,& in cauã Syriam Paleſtinæ partẽ profectus fueram bituminis & aliorum quorundã inſpiciendorum cauſa,ita nec in Lemnum enauigare piguit, vt quãtum ſanguinis terræ admiſceretur, conſpicerem. Nam cum iterum Romam pedeſtri peterem itinere per Thraciam & Macedoniam,prius à Troade Alexãdrea in Lemnũ adnauigaui, nactus illic nauẽ quæ ad Theſſalonicam curſum deſtinabat. Conueniebam autem cum nauclero vt in curſu Lemno appelleret. Et ſanè ille præſtitit,ſed non ad eam ciuitatem ad quã oportebat. Antea enim neſciueram duas eſſe in inſula ciuitates, ſed credebam,vt Samus, Chius,Cos, Andrus, Tenus,& omnes adeò quæ in Aegæo ſunt mari, vnam duntaxat ciuitatem habent toti inſulæ cognominem,ita & Lemnum nominis ſui vnam habere ciuitatem. Porrò vt ex naui deſcenderam,intellexi ciuitati nomẽ eſſe Myrinæ: nec in regione ciuitatis illius aut Philoctetis tẽplum eſſe,aut ſacrum Neptuni collem, ſed in altera quæ vocaretur Epheſtias:nec ciuitatem eam Myrinæ eſſe propinquã. Cumq; me nauclerus expectare nõ poſſet, diſtuli,vt cum Roma in Aſiam redirem,tunc Hepheſtiada viſerem:id quod feci prout ſperaueram & propoſuerã. Nam vbi ex Italia in Macedoniam traieciſſem, eámq; penè totam pedeſtri itinere pertranſijſſem, peruenìſſémq; Philippos, quæ ciuitas eſt finitima Thraciæ, inde ad mare deſcendi quod proximum aberat centũ viginti ſtadijs:primúmq; Thaſon tranſmiſi diſtantem plus minus ducẽtis ſtadijs; atq; illinc in Lemnum ſeptingẽtis,ac rurſum ferme ſeptingentis in Alexandream Troada traieci. Ac proinde ſanè ex induſtria tum de nauigatione tum de ſtadijs adſcripſi,vt ſi quẽ eadem quæ me caperet Hepheſtiada viſendi cupiditas,cognito eius ſitu,ſic nauigationẽ inſtitueret. In tota nanq; inſula Lemno orientem ſpectat Hepheſtias,occidentem vero Myrina. Et quod à poëta dictum de Vulcano eſt,qui

Rubrica

Rubrica Lemnia ſecunda quæ apta eſt ſcribendis epiſtolis & ſua abſtergendi vi pingendi elata

Galenus, pedeſtri itinere multa mirantis

Vulcanus Lemnius

græce dicitur Hepheſtus, Decidit in Lemnũ propter collis naturã occaſionẽ ſumpſiſſe fabulæ crediderim. Apparet enim cõbuſto ſimillimus tum colore ipſo, tum etiam quia nihil in eo naſcitur. In hunc itaq; collem ſacerdos quo tempore ego ad inſulam acceſſeram, egreſſa, certo quodam tritici hordeiq; numero in terram conieẽto, aliiſq; quibuſdam pro religione patria perpetratis, plauſtrum totũ terra impleuit. Atq; vbi in vrbem conuexiſſet, quo dixi modo, illas fama hominum adeò celebratas lemnias ſphragidas præparabat. Viſum ergo mihi erat percontari nunquid vnquam antea hircinum ſanguinem huic miſceri ſolitum, memoriæ proditũ accepiſſet. Quo audito omnes in riſum ſoluti ſunt, nec ij ſanè quiuis ex vulgo, ſed viri oppidò quàm eruditi cum in alijs, tum præcipue in vniuerſa patriæ hiſtoria. Quin & librum accepi quondam ab incolarum quopiam conſcriptum, qui omnẽ lemniæ terræ vſum edocebat. Quamobrẽ nec me quoq; piguit huius medicamẽti periculum facere acceptis ſphragidum viginti milibus. Sed & is à quo librũ dono accepi, inter principes habitus, ad multa hoc vtebatur medicamine. Siquidem ad vulnera tum vetera, tum cicatrici inducendæ cõtumacia: ad hæc ad morſus viperæ, atq; adeò omnes ferarum morſus, necnon aduerſus medicamenta letalia non ante modo exhibere, ſed & poſt ſphragide vti cõſueuerat. Addebat porrò ſeſe periculũ feciſſe medicamẽti, quod quia fructũ iuniperi accipit, διὰ τῶν ἀρκευθίδων nũcupatur, cui vtiq; indebatur & terra lemnia: vomitúmq; ciere aiebat ſi quis cum etiamnum in ventre letale venenum hęreret, alexiterium ſiue amuletum ebibiſſet. Et ſanè nos quoq; huius fecimus periculum in lepore marino, & cantharidibus, cum ſeſe tale quippiam accepiſſe homines ſuſpicarẽtur. verũ hauſto quod lemniam ſphragida habebat medicamento, protinus omne euomuerunt, nec poſtea vllum illis accidit ſymptoma eorũ quæ ad leporem & cantharides comitari cõſueuerunt, tametſi conuicta eſſet pernicioſorum medicaminũ exhibitio. Cęterum an ad alia mortifera medicamẽta, hæc inquam quæ vocant deleteria, eãdem vim habeat medicamentum quod ex fructu iuniperi & terra lemnia cõficitur, mihi vtiq; ignotum eſt: at ille ab Hepheſtiade profecto aſſerebat, adeò vt & rabientis canis morſum eã ſanare diceret in vino diluto epotam, at vlceri ex aceto impenſe acri impoſitam. Sed & aliarum ferarum ictus ex aceto ſanare referebat, extrinſecus foliis inſuper impoſitis, quæ putredini reſiſtere didicimus. In primis vero prædicabat Scordium, deinde Centaurium exile, inde Marrubium. Porrò ſi quãdo nos ſanè ad vlcera cacoëthe & putrida terrã lemniam adhibuimus, magnifice profuit. Vſus autẽ eſt pro prauitatis vlceris magnitudine. Quippe id quod grauiter olet, impendioq; laxum molleq; eſt, ac ſordidum, ſuſtinet vt vel per acerrimum acetum lemnia terra in lutoſam ſoluatur cõſiſtentiam, aliorum more paſtillorum, quorum alius alio vtitur, dico autẽ Polyidæ, & Praſonis, & Andronis, & qui nunc dictus eſt, quem Betinũ vocant. Siquidem hi omnes valenter deſiccantes proſunt vlceribus cõtumacibus ſoluti interim quidem in vino dulci, interim ſapa, interim œnomelite, nonnunquã etiã alborum quopiam aut fuluorum aut flauorum: prout nimirũ vſus poſtulat. Nam de talibus alibi definietur. Similiter vero quãdoq; ſoluũtur aut ex aceto, aut vino, aut aqua, aut oxymelite, aut oxycrato, aut melicrato. Porrò lemnia terra ex aliquo cõprehenſorum ſoluta, medicamen fit idoneum tum recentibus glutinãdis vulneribus, tum medendis inueteratis, ægre ad cicatricem venientibus, & cõtumacibus. Similiter autem & alia quæuis terra pharmacoides ſiue medicamẽtoſa. Ne-

Eorica Lemnia facultates

Terra medicamentoſa

ceſſe enim erit diſtinguere ſicuti ſupra ab elementari terra, in qua & lapides comprehendebãtur, eam quæ in lutum ſoluitur: ſic nunc ab ea quę colitur, medicamentoſam. nihilo enim deterius erit ita eam cognominaſſe qua ad curationes vtimur: tametſi eius quoq; quæ colitur, ſiqua pinguis eſt, conmoda eſt ad curationem earũ omnium partium quæ deſiccari poſcunt. vnde ſanè ea & Alexãdriæ & per Aegyptum vtũtur multi, ſua vtiq; ſponte ac iudicio, multi vero etiam moniti ſomnijs. Vidi enim Alexandriæ quoſdam aqua inter cutem laborantes ac lienoſos ægyptię terræ luto vtentes, qui ſibi ſuras, femora, cubitos, brachia, tergum, latera, pectuſq; inungerent, ac perſpicuò iuuarentur. Eundem in modum & veteres phlegmonas & laxa œdemata adiuuat lutũ hoc. Noui ſiquidem quoſdam qui ex immodica per hæmorrhoides euacuatione turgentes effecti ac tumidi, non obſcure fuere adiuti. Sed & quidam diutinos fixoſq; parte quapiã dolores perpeſſi, luto hoc planè perſanati ſunt. deſiccandi nanq; vim terra quæuis poſſidet. Quoniã vero corpus eius natura ſiccum eſt, & quia prorſum igneæ ſubſtantiæ miſtionis eſt expers, ita deſiccat, vt minime ſit mordax: ad quod tamen etiam proficit ſi lauetur.

De terræ lotione.

Reterum lauatur terra omnis ad eũdem modum quo propoſitũ eſt de lemnia. Primũ quidem maceratur aqua quæ nullam habet medicamẽtoſæ qualitatis ſuſpicionem: at vbi lutum conſederit, effunditur quæ innatat aqua: ac quod in fundo erat, ſegregatur à lapidoſis atq; arenoſis quę ad imum reſederũt. Ac ſi exercitatum habeas guſtãdi ſenſum, ipſe iudex eris accuratus quam oporteat terram lauare, quam non. Nam quædam lauari non deſiderant, quædam etiam bis terq; elui expoſcunt. Ac lemniam quidem paratam accipis ſemel à ſacerdote lotam, quæ iterum ablui non exigit.

De terra Samia.

AT Samiam ne lauari quidem opus eſt. vtimur autem altera eius ſpecie magis, quã ſamiũ aſtera cognominant, ad ſanguinis expuitiones vndecunq; natas, velut etiã lemnio ſigillo. Eadem vi iuuãt ſanguinis ex vtero profluuia, & vocatum fluxum muliebrem. Quin & proſunt exulcerationibus dyſentericis antequam putreſcẽtia euadant vlcera. Nomas id genus affectus appellare medicis mos eſt, ab eo quòd putredo depaſcat, & ad vicinas partes ſerpat, quod græce dicitur νομὴ, vna cum primum vitiata & ipſas corrumpens. Tametſi etiam in iſtis quãdoq; ſum vſus lemnia, & palam profuit tum per ſedem infula, tum epota, vtiq; antea: quod facere ſolemus vlceribus melicrato priore ablutis, poſteriore vero muria. Inijciebatur ergo per ſuccum arnogloſſæ: bibebatur vero ex oxycrato aquoſo. Sed nec paru efficacioribus videtur eſſe viribus lemnia terra quàm ſamia: quare nec ea quæ iam phlegmone tẽtari cœperint, vim eius perferunt, ſed clare iritantur, atq; exaſperãtur, potiſſimũ ſi vir ſit habitus mollioris, quem malacoſarcon græci vocant. At à ſamia adeò non exaſperatur vlla ſic affectarum partium, vt etiã mitigentur maxime quæ humidiores ſunt & laxiores, velut vbera, teſtes, adenes. Idonee autem vtaris terra eiuſmodi ſi vbi ad lævorem redegeris per aquam, tantũ

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 219 sur 277

admiſceas olei roſati boni, quod miſtione ſua medicamentum à reſiccatione prohibeat. ſed & cõmodum vtileq; eſt vbi ſic pręparatũ fuerit, ad alias quoq; phlegmonas calidas, & bubonas incipientes, & fluxiones podagricas, & ſummatim vbi refrigerare ſtatutum eſt mediocriter cum mitigatione ac lenitione: vt euidenter appareat vim ſamiæ mediocriter eſſe refrigeratoriam. Quin & magis quodãmodo aëria eſt eius eſſentia collata ad lemniam: cuius argumentũ eſt & leuitas. His itaq; notis & omnem aliam terram medicaminoſam æſtimato. Dico autem notas conſiſtentiæ, tum leuitatem, tum grauitatem, prætereaq; in guſtu aſperitatem ac læuitatem, ad hæc tenacitatem, & abſtergendi potentiam. Tenax enim & viſcoſus eſt Samius Aſter, cum & Lemnia ſphragis eiuſmodi paululum quiddã habeat. Abſterſoriam quoq; facultatẽ moderatam obtinent & Selinuſia terra, & Chia: quamobrem mulieres quædam ad faciem ijs vtuntur. Oſtẽſum autem eſt in tertio libro de ratione curandi, quicquid leuiter abſterget, producendæ vlcerum carni eſſe idoneũ. Id autem ſi etiam deſiccet, cicatrici inducendæ habile eſt. Porrò omnium ex ijs aptiſſima ſunt & ad vlcera quę in ſumma cute conſiſtunt, & ad ambuſta, illa quæ cũ citra morſum exſiccant, tum neq; manifeſto excalfaciunt, neq; refrigerãt. Quocirca terra Selinuſia & terra Chia pulcherrima ſunt ad ambuſta vlcerũ remedia. Exoſcunt enim ea moderatiſſime extergẽtia medicamina abſq; inſigni aut calfactione, aut refrigeratione: quod vtiq; ineſt tũ Selinuſiæ, tum Chiæ, tum Samiæ terræ. Oſtẽſum eſt autẽ quòd & huius ſpecies eſt Aſter quẽ vocant, reliqua terra hoc præſtans, q; viſcoſum quiddam ac tenax obtineat. Quocirca quod cum ad alia vlcera tum ad ambuſta pertinet, alijs terris quæ tenacitatẽ non habent, conferẽdus non eſt. Siquidem ſubſtantiam tenacitas magis reddit emplaſticam, quàm vt ſinat abſtergere: ſcilicet vbi nulla vtiq; alia adſit acrimonia viſcoſo tenaciq; corpori, vt in viſco cernere eſt. Attamen Chia & Selinuſia terra inferiores ſunt Samia ad phlegmonas in mamillis, teſtibus, atq; inguinibus incipientes: tametſi vbi inopia eſt aliorum quæ ſumme proſunt, nec ipſæ plane ineptæ ſunt & incommodæ. Porrò Cimolia cum miſtæ ſit facultatis, partim refrigerat, partim etiam digerit, ſed leuiter: proinde dũ lauatur, hanc facultatem deponit atq; exuit. Abſq; eo ſecundum vtrãlq; agit facultates, ceu alia quoq; compoſitorum medicamentorum plurima digerentia pariter & repercutientia. Porrò vtranq; facultatẽ facilè indicat dum illi miſcentur humores naturæ cõtrariæ. Nam ſi miſta ſit repercutiẽtibus refrigerãtibuſq; lutum quod ex ipſa & illis cõficitur, refrigerans repercutiẽſq; efficit. Sin digerẽtibus, & ipſum digerens. Sic ambuſtis conuenit. Atq; idiotæ quidam protinus aceto maceratam illinunt. Sed in tali vſu non impenſe acre ſit acetum oportet. Ac ſi tale ſit, aquam miſcere præſtat. Et illud mihi ſemper memoria teneto, ceu commune omnis terræ leuis. Omnes enim ambuſta iuuant cõtinuò illitæ ex aceto aut oxycrato, nimirum bullas exiſtere prohibentes. Cæterum cõtemplandum inſuper eſt, corporis curãdi quæ ſit natura ſiue habitudo, dura ne, an mollis: id in vniuerſum pręoculis habẽdo, corpora mollia valentium medicaminũ vim haud poſſe perferre, dura vero poſſe. Sed hæc huius inſtituti non ſunt, verum copioſius exponentur tum in tractatu de componendis pharmacis, tum in libris de facilè parabilibus. Præſens autẽ narratio à principio id ſtuduit, vt generales inueniret facultates. Quibus animum intendens quiſpiam cõplura habiturus eſt ad particularis vſus copiam, vtiq; ſi vtẽdi eorum viam ac rationem inſuper adiunxerit atq; edidicerit. Quare immorandum

non est. Verũ quod antea dictum est, nũc in memoriã reuocare oportet, nempe terrã ipsam expertẽ mistionis substantiæ generis alterius, vim habere citra morsum deficcãdi. Atqui cum nullum reperire corpus queas mistionis ad vnguem expers, inspicienda item est eorum quę illi accidunt cõmistio, idq; secundũ leuitatis & grauitatis differentias, easque quę in gustu visuntur. Nã siqua eluceat adstrictio, tantũ assumpsit frigiditatis, quantum habet & adstrictionis. Sin etiam acrimonia quędã appareat, tantum inesse scito caliditatis, quantum & acrimonię. Similiter in leui & graui vidẽdum, cum leuitas illi inde proueniat, q; larga & copiosa in tota eius tem perie aëria insit substantia: grauitas vero quanto maior sit, tanto itidem syncerior terra existat. Terræ propriũ est, q; igni admota nõ fundatur aut liquescat: id quod accidit plumbo, stanno, argento, & auro. Itaq; cum terrã audis ab argento nominari Argyriten, (nam ita nuncupant quidam illas quæ ex metallis sumuntur) haud putes per totum terræ immistum esse argentũ, aurum, aut ferrũ, sed cõtingere, coniunctasque esse paruis terræ particulis immistas particulas paruas, in chrysite quidẽ, quæ ab auro dicitur, auri: in argyrite, quæ ab argento, argenti: in siderite, quæ à ferro, ferri: easq; ab igne in fornacibus fusas, coire adinuicem. Eũdem in modum quæ vitrũ continet terra, arenosa est. In arena enim potissimũ eiusmodi substãtiæ frustula reperiuntur sæpenumero parua. Et qui earũ rerum periti sunt, conspectis arenis talibus haud difficulter cognoscunt quantum ex eis colligi queat vitri. Sed & auri quoq; frustula exigua frequenter non paruo numero in quibusdam inueniuntur arenis. Verũ non ex quauis arena, qui negotio huic sunt dediti, aurũ vitrũque extrahũt, sed eas eligunt arenas quę quàm minimo impẽdio plurimũ congerũt. Siquidẽ post multos sumptus quos in fornacibus instruẽdis facere necesse est, si paulũ modo colligeretur substãtiæ, dãnosum id ipsis esset. Itaq; cum in plurimis arenis auri vitriq; frustula parua cõtineantur, qui talia callent, non ad quasuis accedũt. Ad eũdem modum neq; æs, aut argẽtum, aut ferrum, aut stannũ, plumbũve ex quauis terra colligunt. Nec tamen vbi dictorum quodque ab admista terra separauerint, quę reliqua est, alijs terris est similis, (quas passim sic ab omnibus nũcupari proposui, quæ communem habent notam, quòd irrigatæ facilè soluantur in lutum) nam terræ quę in metallis est, reliquiæ lapideę fiunt, nec macerari rigarive possunt. Dico autem rigari, per totam substantiam humectari: madescere vero, extima tantum superficie madefieri, haud etiam in altũ penetrãte humore. illud ῥυγιάσθαι, hoc βρέχεσθαι græci appellitant. Sic fit cadmia, quam vocant, lapidea, nec ipsa rigari potis. Sed de talibus corporibus infra differetur. Nunc rursum ad medicaminosam terrã reuertor, quæ proinde quòd aqua irrigata facilè in lutum soluitur, terra appellatur: quia vero ea vtimur velut alijs medicamentis, iccirco non iniuria græce pharmacitis, latine medicaminosa sola vocatur: nempe quia aut sola est eiusmodi, aut eui dẽtiorem vim medicaminosam possidet. Id quod sanè verum est. Nominatur autem ampelites, non quòd vitem in ea serere præstat, sed quòd viti circunlita interimat nascentes in ea vermes, quos scnipas apud nos vinitores cognominant. Nascuntur porro hi ineunte vere, quum germinare vites, turgereq; earũ pars vnde germẽ exit (quẽ oculum nominant) incipiunt. Hos igitur oculos scnipes depascentes, non leuem viti noxam afferunt: ac proinde oculorũ istorũ radices, qui hæc sapiunt, inungunt ac illinunt. Hac itaq; ratione ampelitis & pharmacitis id genus terra ap-

pellata est, vel ex eo q̄ Scnipas perdat, quātū habeat facultatis medicaminosæ indicās. Sed & à reliqua terra qua ad curationes vtimur, multū diuersa est: quippe quæ proxime ad lapideam perueniat: quamobrem misceri eam in medicaminum scriptionibus comperies, vbi exiccare atque digerere quid opus est. Nec enim mordacitatis expers est, nec moderata, nec mitigādi vim obtinet velut Chia, Samia, & Selinusia. Atq̄ de Cimolia quidem dictum est q̄ illis paulo sit valentior, veruntamē etiā morsus expers, maxime si elota sit. Cretica vero terra istis quodammodo assimilis est: verum admodum imbecilla est, multum habens substātiæ aëriæ: inest tamen ei vis extergendi: quamobrē ea homines vasis argenteis sordidis splendorem recuperāt. Itaq̄ & hæc tibi vsui fuerit ad ea omnia ad quæ alias sine morsu extergentes idoneas esse posuimus. Harum omnium Lemnia valentissimas vires obtinet. Siquidem & adstrictio ei quædam inest. Porro Eretriēsis hac etiā valentiorē possidet, hactenus tamē, vt nondū mordicet. Quòd si lauetur, valde moderata efficitur, non secus atq̄ suprà dictæ. Expedit vero hanc terram non semel sed bis terque lauare, vt & Cimoliam. Quin & vrunt eam quidam, quò videlicet essentiæ reddant subtilioris & acrioris, vt & ad digerendi potentiam transeat. Cæterum si vsta lauetur, tunc depositā in aquam acrimonia, subtilitatem quidem quam ex tostione acquisiuerat, retinens, desiccantior cōstituitur. Quocirca cū vstionem nō experta, communi ratione terræ cuiuslibet, vlceribus sit accommoda: magis certe etiam cōgruit & ad ea quæ carnem sibi restitui ægre patiuntur, & ad ea quæ ad cicatricē difficulter perueniunt, si postquam cōbusta fuerit, abluatur. Porrò quū duæ eius species sint, ea quę colore est cinericeo, illi quę admodū albida est prefertur. Est & alia terra dicta Pnigitis, tota quidē facultate Cimoliæ assimilis, cæterū colore diuersa. Est enim atra, perinde vt Ampelitis. Porrò viscositatem & tenacitatē non minorē quàm Samia terra obtinet, imò nonnūquam etiā maiorem. Cæterum durante hac immani & graui peste, allata ad me terra est ex Armenia ea quę Cappadociæ finitima est, etiam siccantior, colore pallido. Lapidē, qui donarat, nō terram appellabat. promptissimeq̄ in læuore soluitur, ceu etiam calx. Sic enim videlicet nuncupo petram combustam. Verum vti nec in illa arenosum quippiā admistū est: ita nec in armenia. Nam posteaquā in mortario pistillo cōminuta est, adeò est læuis, nec plus est lapidea, quàm aut calx, aut Samius aster: tametsi non æque vt aster leuis est. Itaque illo etiam magis consp̄issata est, minusque aëria: quamobrem opinionem ac phantasiam præbet ijs qui negligentius intuentur, quasi lapis esset. Cæterum quod ad præsentia attinet, nihil interest, lapidem an terram vocites, si id modo teneamus, quòd summe desiccat. Siquidem ad dysenterias, & ventris profluuia, tum sanguinis expuitiones, & catarrhos, ad hæc ad putrescentia oris vlcera in primis competit. Quin & eos magnifice iuuat quibus ex capite in thoracē fluxio decumbit: quamobrem illis quibus ex tali occasione assidue difficilis est anhelitus, valide prodest. Sed & eos qui phthoë laborant, adiuuat. Vlcus enim eorū desiccat: vt haud etiam tussiant, nisi in victu peccetur non leuiter, aut ambiens derepente ad intemperiem recidat. Ac mihi videtur quòd sicut in fistulis læpe conspeximus non in alijs partibus duntaxat, sed in ipsa etiam ano vt citra collyrij immissionem quòd sordem & callum auferret, ipso duntaxat desiccante medicamine contraherentur ac clauderentur, ita quoque in pulmonis euenire vlcere. Siquidem & ipsum ab

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 222 sur 277

exiccantibus iuuari medicamentis perinde conſpicitur, vtique quum mediocre eſt, non admodum magnum. Itaque viſi ſunt quidam eorum qui talia habebant, prorſum eſſe liberati. Ac quidam qui Roma in Libyam talem ob cauſam profecti ſunt, planè ſe ſanos eſſe credidere. & ſanè vſque ad annos aliquot inculpate trãſigebant: poſtea vero quum non pari degerent cura & cautione, reditus morbi apparuit. Hos ergo, vt dixi, bolus armenia euidenter adiuuit. Quin & eos qui Romæ agunt, qui aſſiduo difficultate ſpirandi diſcruciantur, magis etiam. Porro in magna hac peſte, cuius eadem facies fuit, atque eius quæ Thucydidis memoria graſſabatur, quotquot hoc medicamen bibêre, celeriter curati ſunt. At quibus non profuit, omnes interiere, ſcilicet quum nec alio quouis iuuarentur. Vnde colligitur quòd ijs duntaxat non fuerit auxilio, qui planè erãt incurabiles. Cæterum bibitur ex vino albo, conſiſtẽtia tenui, modice diluto, ſi aut planè febri careat, aut leuiter ea teneatur: ſin grauius febriat, admodum aqueo. Non tamen calore vehementes ſunt febres peſtilentiales. Porro de vlceribus reſiccari poſtulantibus quid attinet dicere quantã vim habeat bolus hæc armenica? Liberum eſt autem vtcũq; appellare velis, ſiue lapidem, vt is qui mihi donauit: ſiue terram, vt ego, quandoquidem humidis rigari patitur.

De lapidibus.

EX ſpõte natis corporibus ſunt & lapides, hoc diuerſi à vulgo nũcupata terra, quòd rigari nõ ſuſtinent. Vires habent partim ſecũdũ totius ſubſtantiæ proprietatẽ, partim ſecundũ qualitates effectrices. Porrò vt hæc differant, ſuperius docui. Nunc autẽ ſermo nobis eſto de illis quæ ſecundum effectrices agunt qualitates: in quibus ſanè eſt & vtendi ratio ac methodus. Siquidem, vt oſtendimus, facultates quæ proprietatis totius ſubſtantiæ ratione inſunt, à methodo ac ratione alienæ ſunt, & per ſolam noſcuntur experientiam. Nam cur hic lapis tacto vulnere vnde ſanguis prorũpit, curſum eius reprimat ac ſiſtat, haud nouimus. At cur lapis quem vocant Hęmatiten, in oculares facultates indatur, haud latet. Nam id rationis inuentum eſt. Si enim in cote oculari eum teras cum aqua donec mellis craſſitiem accipiat, adſtringẽtem facultatẽ percipies. Atqui didiciſti & phlegmonas etiamnũ gliſcentes, potiſſimũ quæ contingunt in partibus neruoſis, reſtringẽtibus medicamentis repercutere oporteat: at vbi haud etiã ſanguis in partẽ affluit, adſtringentibus medicinis, quę digerant, adiungere, & ſenſim ad ipſa ſola tranſire. Atq; de huiuſmodi quidẽ facultatibus in lapidibus diſſeremus, vbi ea prius in memoriam reuocarimus, de quibus fuſe locuti ſumus in libro contra eos conſcripto qui inſultãt ijs qui voce ſoloeciſmum committunt. Nam horum quidam λίθος (quæ vox lapidem græcis ſignificat) maſculino genere efferri non ſinunt: verum ſi dicas, ἔμβαλλον τὸν λίθον ἐπὶ τὸν κύνα, non aliter vociferantur, q̃ ſi ipſis in caput lapis eſſet conie ctus: velut etiam ſi quis dixerit ἀρ δρῦς (quercum ſonat) exclamant tanquam fuſte percuſſi. Itaq; ſi quis eorũ ſuaſu cõſueta medicis nomina mutare in animum inducat, dicens τὴν λίθον, τὴν ἀιματίτιν, καὶ τὴν πυρίτιν, καὶ τὴν γαλακτίτιν, καὶ τὴν σχιστὸν, vt curioſus ſanè & ſtolidus damnabitur: nimirum quũ veteres ex more omnes maſculine effe rant eorum differẽtias ἀιματίτις, πυρίτις, γαλακτίτης, μελιτίτις, γαγάτις, σχίστος, φρύγιος, ἀράβιος, μεμφίτης. Econtrario vero τὴν πίτταν fœminine pronũciant, non τὸν πίττον maſculine.

Nam ἄσιαν πέτραν, non ἄσιον πέτρον nominãt, neque λίθον ἄσιον, hoc eſt lapidem aſium, ceu etiam aſiæ petræ florem. Porrò ex petra combuſta calcem fieri dicunt. Attamen Heraclides Tarentinus, & alij nõnulli nõ ex quouis lapide calcem fieri volũt, ſed ex ſola petra, nuncupantes ita per excellẽtiam ſolũ qui ſit lapidum duriſſimus. Equidem ego vel ex induſtria & ſtudio conſueui mutatis inuicẽ nominibus vtroque modo talia efferre de quibus inutiliter nõnulli rixantur, id re ipſa cõmonſtrãs, nihil offendi enarrationis claritatem vtrouis modo quis dixerit. Cæterum mirandum non eſt, qui ignorant enarrationis naturalis aut vnã ſolamq; habẽdam virtutem, ipſam ſcilicet perſpicuitatem ac claritatem, aut certe omnium aliarum primã principemq; atque optimam, ſi ad tantas vertantur nugas. Itaque de ijs lapidibus primum diſſeram, qui mortarij aut cotis attritu in liquorem ſuccumve ſoluuntur.

Ciſeris. Pumex.

Cæterum ſi pumex inter lapides recenſeri poteſt, & ipſe eiuſdem eſt facultatis quod certe ad abſterſionẽ attinet, velut etiam figulina teſta, ac multo magis ea quæ fornacium eſt. Sed Smiris acrimoniæ quiddam obtinet: proinde cauſticis & deſiccantibus facultatibus additur, eiſq; quæ curant gingiuas laxas, aq; mollitie fluidas. Pumex autem ſi comburatur, haud erit inferior eoſdem ad vſus Smire.

De lapidibus qui in ſpongijs reperiuntur.

Lapides qui reperiuntur in ſpongijs, frangendi vim obtinẽt, non tamen ita valida vt lapides in veſica comminuant: & qui id ſcriptum reliquerunt, mentiti ſunt. Verum qui in renibus conſiſtunt rumpunt, velut qui ex Cappadocia conuehuntur, quos in Argeo naſci aiunt. Soluuntur autem hi in ſuccum colore lacteum: ex quo liquet quòd extenuandi vim obtinent abſque vt inſigniter excalfaciant.

Oſtracites.

Porro Oſtraciten vocatum lapidem prædicare quoſdam audio quaſi deſiccandi valenter facultatem obtineat, temperatam ex adſtrictione & acrimonia, velut Geoden nomine pupillas expurgare, & vberum teſtiumq; phlegmonas ſanare, ex aqua videlicet inunctum. Attamen Cotis Naxiæ ramẽtum mammas virginibus ſuo tempore prohibet tumeſcere, & puerorum teſtes, tanquam videlicet particeps facultatis refrigeratoriæ.

Ophites.

Sed Ophites quem vocant lapis extergendi confringendiq; vim poſſidet, ceu etiam vitrum. Admodum enim ipſum ex vino albo ac tenui epotum lapides veſicę conterit atq; confringit. Verum ipſum in lapidibus quiſpiã forte non numeret.

Iaſpis viridis.

Proprietatem nonnulli lapidibus quibuſdam teſtimonio ſuo aſſcribunt, qualẽ revera habet Iaſpis virens, nempe ſtomachum adhæſu ventriſq; os adiuuans. Ac nonnulli quoq; annulis inſerunt, ſcalpuntq; in eo draconem radios habẽtem: velut rex Nechepſos memorię prodidit in ſexto & decimo libro. Sanè huius ego quoq; lapidis abunde feci periculũ. Torquem enim ex huiuſmodi lapillis confectũ à collo ſuſpendi, ita vt lapides os ventris contingerent. Apparebant autẽ nihilo ſecius prodeſſe etiamſi ſculpturam non haberent quam ſcripſit Nechepſos. Porrò lapidẽ Omphatitin vir fide dignus revera iuuare morſos à vipera ſuſpenſum retulit. Sed eiuſmodi facultates extra vſum ſunt methodo conſtantẽ: velut etiam cum Hieracites & Indicus profluentem ex hæmorrhoidibus ſiſtunt ſanguinem.

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 224 sur 277

Sapphyrus.

Sed & Sapphyrus ictos à scorpio epotus iuuare creditur:

Aphroselinus.

Et Aphroselinus quem vocant, comitiali morbo vexatos: nõ tamen nos experti sumus. Sunt vero & alij lapides nonnulli, qui aduersus quæda suspẽduntur. Cæterũ quidam characteres quosdam & literas inscriptas habẽt: sicut qui hæmorrhoidibus cõgruit Hieracites: cuius nos fecimus periculum. Sed non est nunc tempus de illis differere quæ sola experientia fidem habent, ac non rationali quadã metho do in vsum veniunt. Aliud de his tempus erit & locus. Nũc autem ad id quod toto opere propositum fuit, reuertor.

Dioscoridis Thyites.

Omnium dictorũ lapidum valẽtissimã vim habet is qui ex Aethiopia affertur, quadãtenus subuiridis, vt Iaspis quẽ vocãt. Soluitur hic lapis in succũ colore lacteũ, gustu vero acrem: ac proinde illum nemo ocularibus miscet facultatibus, nec fluxiones repercutientibus, neq; vlcera sanãtibus: sed tantum ad purgandum & abstergendum quæ pupillam offuscant absque phlegmone: ex quibus sunt cicatrices recentes, quas attenuare potest: sed & oculorum vngues (græci pterygia vocant) vtique si non admodum duri fuerint.

Iudaicus.

Est & alius lapis viribus valẽtioribus in Palestina Syria proueniens, colore candido, specie concinna, lineas habens ceu torno ductas. Appellitant eũ à loco in quo nasci consuetuit, Iudaicum: vtũturq; ad vesicæ lapides, in cote soluentes, & ex aquæ calidæ tribus cyathis potui præbentes. Sanè in quibus nos experti sumus, profecit nihil, quod ad lapides vesicę pertinet: verum ad eos qui in renibus herẽt, efficax est.

Pyrites.

Vnus eorum qui validam facultatẽ possident, est & Pyrites quẽ vocãt, quo vtimur digerenti emplastro admisto. adijcitur ei & Schistos. ab hoc medicamine & pus sæpenumero, & consistentia grumosa in spatijs intermedijs musculorũ nata, per halitũ digesta sunt. Cæterum vbi in vsum vocãtur lapides, admodum vehemẽter cõtusi, atq; ad læuorem redacti sint oportet, similiter atq; ea quæ in ophthalmicas facultates admiscentur. Etenim nisi pollinis instar comminuantur, adeo vt in profundũ corporũ quibus applicantur subeant, assimiles manẽt istis marinis ac fluuiatilibus arenis, quæ & ipsæ cõmunem omnium lapidũ vim possident. Siquidem exiccant tumentem ab aqua inter cutẽ carnem, videlicet laborãte in eis excalfactis decumbente. Non tamen ad aliud quippiam eis vtimur tanquam prædictis, puta ad ophthalmicas & sistẽtes tum sanguinem tum muliebre profluuium facultates, præterea ad glutinanda vlcera, cicatrice claudẽda, carne implenda. Nam qui ex eis acres nõ sunt, ad hæc omnia sunt vtiles: velut & acres, quorum posterius mentionẽ faciam, ad detergendum abstergendumq;, tum detrahendum, extenuandũ, digerẽdum, valenterq; siccandum, & colliquandum.

Phrygius.

Huius facultatis habetur & Phrygius quẽ vocant. Sed eo semper vtor combusto quidẽ ad vlcera putrida, idq; aut ipso per se, aut ex aceto aut œnomelite aut oxycrato: ad oculos vero medicamentum siccum efficiens: quod multi nunc acceptum à me obtinent. Miscentur ei & alia quæpiam. Dicetur autem de ipso in opere de

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 225 sur 277

componendis pharmacis: nunc satis est de generali eius facultate explicuisse. Valide enim desiccat, habens quiddam adstrictionis simul & mordicationis. Dictum vero superius est ea esse omnia optima medicamina, plurimicq; vsus, quæ mistas in sese hasce facultates habent, nempe repercutientem, & digerentem.

Ageratus.

Est autem lapis Ageratus quem vocant, quo vtuntur coriarij, facultatis mistæ adstringentis scilicet & digerentis. Sed de sola adstringente considerandum. Iuuat quidem euidenter columellas phlegmone grauatas: non tamen apertam gustu adstrictionem præferre aut acrimoniam conspicitur.

Assius.

Est & alius lapis in Asso proueniens, quem ob id ipsum Assion cognominant, non durus vt petræ. Siquidem color illi est pariterq; consistentia ceu tophi, friabilis & laxus. Innascitur ei quiddam farinę tenuissimæ simillimum, qualis in molarũ parietibus adhærere visitur. Appellitãt hoc medicamentũ Petrę Asię florẽ. Est vero & subtilium partium, vt sine morsu nimis molles carnes ac fluidas eliquet. Petra vero in qua nascitur, tametsi vim habeat illi similem, actionis tamen vehementia inferior est. Hoc enim ea potior est flos, non tantum quòd magis colliquet ac digerat, & velut sale condita seruet, sed & quia hæc præstet absq; vehementi mordicatione. Habet & salsedinem quandam in gustu hic Asiæ petræ flos: vt cõiectura sit illum nasci ex eo quòd ros ex mari in petrã residens, postea a sole desiccetur.

Gagates.

Est & alius lapis colore atro, qui vbi igni admotus fuerit, persimilem bitumini odorem exhibet: quem Dioscorides nonnullicq; alij in Lycia inueniri prodiderunt ad fluuium nomine Gagaten, vnde & ipsi lapidi nomenclaturam inditam dicunt. Ego tamẽ eum fluuiũ nõ vidi, tametsi parua nauicula totius Lycię littora legerim, quòd videlicet quæ in ea sunt inspicerem. Crustaceos vero lapides, & qui in ignẽ additi exilem flammã ederẽt, complures ex Cœle Syria asportaui, natos in colle mari mortuo quod vocant, circundato, qua Orientem spectat, vbi & bitumẽ est: eratq; lapidũ odor similis bitumini. Vtebarq; eis ad tumores in genu diuturnos, & ægre curabiles, mistis videlicet facultatibus quæ ad hoc symptoma probatæ fuerãt. Plane q; visum est mihi euidentiorem earũ facultatẽ reddidisse. Miscui vero ipsum & Barbaro qua vocãt: & palam medicamentũ effectum est exiccantius, adeo vt & sinus contraheret, nedum cruenta vulnera glutinaret, ad quæ cõpetere maxime creditur. Est & alius lapis cuius meminit Nicander, hunc in modum.

Si lapis vratur candenti Thracius igne, &
Post madefiat aqua, flagrabit totus: at idem
Mox oleo affuso penitus restinguitur. adfert
Thracius hunc ad nos pastor de flumine, nomen
Cui Pontus.

Verum nullus eius in medicina vsus est: neque Nicander præter graueolentiam quę suffitu feras fugat, quicquam ei adscripsit.

Magnites, quæ & Heraclea. Magnes.

Ex lapidibus vnus est & Magnites, & Heraclia quam vocant, adsimilem Hæmatiti vim obtinens.

Arabius.

Attamen Arabius quē nominat, lapis elephāti ſimilis, deſiccantis abſtergētiſq; facultatis eſt.

Alabaſtrites.

Et Alabaſtrites vocatus vnguis in medicinæ vſum ingreditur cōbuſtus. Quidam eum bibendum dant ſtomachicis.

Smiris.

Sed & Smiris quòd multam abſtergentem habeat facultatem, clarum eſt vel ex eo quòd dactylioglyphi, hoc eſt qui annulos exculpunt, eum in vſum illo vtantur. Quinetiam quòd dentes puros efficiat, experti ſumus.

Hæmatites, Galactites, & Melitites.

Porro talium quoque vnus eſt hæmatites quem vocant, à cōloris ſimilitudine id appellationis ſortitus: ſicut & Galactites, quando & ipſe in ſuccum ſolutus, lacti ſimilis cōſpicitur. Huic autem colore adſimilem ſuccum efficiens Melitites, à mellis ſimilitudine, quod guſtu repræſentat, nūcupatus eſt. Porrò oſtenſum in quarto horū commentariorū eſt, quòd ſuccus omnis dulcis à tēperato calore talis eueniat, adſtringens verò à frigore. Habebit ergo lapis Hæmatites tantū frigiditatis, quātum habet adſtrictionis: Melitites verò calorē temperatum: mediam autē vtriſq; temperiē Galactites. Merito itaq; auſi ſunt medici ocularibus facultatibus lapidē miſcere Hæmatitē. Ac ſolo eo vti poſſis ſupercilijs exaſperatis, ſi quidem cū phlegmone aſpera ſint reddita, ex ouo ipſum diluens: ac ſi magis, etiam per decoctū fenigreci. Sin verò citra phlegmonen, ex aqua. Incipito verò ſemper à modice humido per ſpecillum infundens. Vbi autem quòd vires eius ferat cōſpexeris, magis ac magis craſſum efficies: ac tādem adeò craſſum facies, vt ſpecilli cuſpide inungas ſecundum ſubiectionem aut euerſionem ſupercilij. Hic idem lapis ſimiliter in cote contritus, ſanguinis expuitioni competit, omnibuſq; vlceribus. Porrò ſiccus ſi ad tantum redactus fuerit læuorem, vt pollinem tenuitate æquet, reprimit excreſcentia. Atque eo nullus ſolo atque per ſeſe vtitur. Ego verò, vti propoſui, vſus ſum, facultate eius ex guſtus qualitate comperta, quum mox experientia periclitari vellē nūquid rectè cōiecíſſem. Et ipſa quidē oculorū vlcera ſōlus per ſe cicatrice includit vt paulo antè comprehēſum eſt attritus, cæterum aut affuſus, aut inunctus. Nam & id experientia exploratum habeo.

Schiſtos.

Huic lapidi perſimilem vim obtinet, verum infirmiorē, is qui vocatur ſchiſtus, ac poſt eum galactites: at melitites caliditatis etiā nonnihil, vt dixi, adiūxit. vt itaq; vnuſquiſq; leuiter ac ſenſim ab hæmatitis facultate recedit, ita ad oculos in vſum ducitur: eſt tamē mitior. Porrò mitiora remedia partibus etiamnū phlegmone afflictis ſemper gratiora ſunt atq; iucūdiora: cæterū liberis iam phlegmone partibus infirmiora quàm quę perſanare valeant. Porrò quum lapidibus omnibus cōmune ſit vt deſiccent: quotquot ex ijs in ſuccū ſoluti, aut alioqui ad læuorē triti, nullā continuo qualitatē in guſtu obtinēt, hos putandū eſt eſſe tum infirmiſſimos, tū mitiſſimos, tū minime mordaces. At qui manifeſtā guſtui qualitatē offerūt, hi pro qualitatis proportione potentiā poſſident: ac ſi quidem adſtringāt, ad comprimendū, conſtringendū, ſpiſſandum, & contrahēdū. Si verò mordicent, ad excalfaciendum, digerendū, & liquandū. Medij eorum ſunt qui abſtergēt citra mordicationē. Igitur hæmatites, ſchiſtos, galactites, ac melitites, in ſuccū ſoluuntur quo poſui modo ad cotē aut mortariū attriti: cū ſint & alij lapides in ſuccū ſolubiles, vt qui in Aegypto

nascitur, quo vtuntur ad splendorē linteis conciliandū. Est autē omnium dictorū minimē qualitatis particeps, nec adstrictionē nec morsum nec absterſionē præse ferēs: quocirca hoc ipsum dūtaxat lapidi huic ineſt, quòd deſiccet videlicet: proinde cerato eum miſcentes, ad cicatricē vlceribus inducēdam in mollibus corporibus vſurpant. Sed & ocularibus miſcetur facultatibus perinde vt modo dicti: at quāto eſt maiore emolliendi vi quàm prędicti, q̄ nullam videlicet effectricem qualitatem habeat: tanto etiam moderatior eſt, minuſq̄ ſentiri poteſt. Hunc lapidem quidam Moroxum, nonnulli Graphida nuncupant.

Metallica medicamenta.

METallica medicamēta appellare medicis mos eſt, quorum generatio in metallis eſt, ſiue ſpontanea, ſiue per fornacē facta. Et ad hęc tertio loco ſunt quæ rurſum homines ex his ipſis preparant quouis modo, velut ceruſſam, pſoricum, ſandyca, phycū. Deinceps itaq̄ de ſingulis dicetur ea ſerie literarū qua quodq̄ nomen incipit. Verum illud primū de omnibus illis dicemus communi prefatione, qualem de lapidibus paulo ante habuimus, & his etiam ſuperius de terra medicaminoſa. Nā vti illis id inter ſeſe omnibus cōmune eſt, vt deſiccēt, ita metallicis quoq̄ medicamētis omnibus eſt enim eſſentia eorū terrea, ſecundū elementaris videlicet terrę ſignificatū nunc loquendo. Sed quemādmodū à nobis ex terra figulina dolia & fictilia, ollæq̄, & alia eiuſmodi parantur, per ignē, qui torrēdo humiditatem abſumit, durata: eūdem in modum in terra, caliditate diutina miſtam ex terra & aqua, nonnunquam etiam aëre, ſubſtantiam vniente tēperanteq̄, ac poſtea deſiccante, metallicorum medicamentorum proueniunt conſiſtentiæ. Porrò locorum in quibus hæc proueniunt, natura, prout plus minuſq̄ eſt frigida, alia plus, alia minus congelat ac cogit. Quemadmodum itaque in terræ differētijs plurima ineſt eſſentia terræ elementaris, paulum vero aëris: ita in metallicis multum immiſtum eſt igneæ ſubſtātiæ. In medio eorum ſunt lapides. Proinde pleraq̄ metallicorū medicamentorū alia ſemel aut bis, alia vero frequentius lota, idonea ſunt ad deſiccātes ſine morſu facultates. Atq̄ hæ ſunt cōmunes rationes quas præſcire oporteat. Deinceps vero dicentur quæ cuiq̄ ſingulatim ſunt propriæ, idq̄ iuxta literarū à quibus appellationes incipiunt, ordinem.

Hales. Sales.

Sal partim ex mari prouenit, in ſalinis videlicet, quas græci vocāt halas: cuius & inter marina medicamenta mentionem facturi ſumus. partim ex terra effoditur, græci ὀρυκτὸς ἅλας nominant, communi metallicorum genere comprehēſus. Vtriq̄ vis adſimilis eſt, ſiue foſſilis ſit, ſiue ex mari oriundus. De quibus & ſuprà verba fecimus libro quarto, eo loco vbi ſalſum ac ſalſuginoſum ſaporem ab amaro diſtinximus. Ac nunc quoque dicetur quòd aphonitri quidem amarus eſt & abſtergēs: ſalis vero tanto in abſtergendo inferior eſt, quātū acceſſit adſtrictionis. Eſt enim ex duabus qualitatibus miſtus, abſtergēte videlicet, & adſtringente. Porrò q̄ magnopere vterq̄ deſiccet, ſupra monſtratū eſt. cæterū vtriuſq̄ in medio eſt ſpuma litri.

Armeniacum.

Armeniacum vim habet extergentem cum leuicula acrimonia, & leuiſſima adſtrictione. Itaq̄ tale quū ſit, ocularibus miſcetur facultatibus. Et ipſo per ſeſe quo-

que ad pollinis lævorem redacto vtuntur ſicco ad pilorum in ſupercilijs incremen-
tum, nempe vbi præ humorum acrimonia partim excidũt, partim vero nec creſcũt
necaluntur. Siquidem depaſtis his acrimonijs, in bonum naturæ habitũ pars redu-
citur. Cuius cum alia ſint munera, tum etiã producendi, incrementum præbendi, ac
roborãdi quũ in ſupercilijs ſunt pili: quippe quum prima & ex profeſſo quædã ſint
medicamẽtorũ opera: quędã vero mediante natura quæ animãtiũ corpus diſpẽſat,
eduntur, velut quæ in his ipſis Calliblephara nuncupant. Ipſa enim partes oblæſas
mediocriter deſiccant, pilos corrumpentem humiditatem abſumendo: quæ vbi
abolita eſt, tum natura ad proprias redit actiones, nimirum ſublatis quæ hactenus
impedimento fuerant.

Arrhenicum. Auripigmentum.

Arrhenice, ſiue Arrhenicum (vtroq; enim modo appellitant) facultatis eſt cauſticæ, ſiue vrentis, idq; tam combuſtum quam vſtionis expers. Cæterum id conſtat vſtione reddi tenuiorum partium. Vtuntur porrò eo ceu adurente ad denudãdam pilis partem quamuis. Verum ſi diutius inhæreat, nec cuti etiam ipſi parcet.

Aphrolitrum

Aphrolitrum ab Aphonitro differt. Litri enim aphros, hoc eſt ſpuma, medica-
mentũ eſt exſiccatoriũ, aſpectu triticeæ farinæ ſimilis. Et enim alba eſt, non, vt aſiæ
petræ flos, cinericea. Aphonitrum vero farinæ ſpeciem non habet, neq; ſolutum
eſt, ſed congelatum & coactum: quo qui in balneis ſordes exterunt, quotidie vtun-
tur: ea detergẽdi facultate, vt non modo ſordes extergeat, ſed etiam pruritũ ſanet,
nempe digerẽdis quæ ipſum excitãt ſaniebus. Non abs re itaq; medici ex eo multa
digerentium medicaminum prępărant. At ſpuma litri, eiuſdem quidem cum litro
tum naturæ tum facultatis eſt, cæterum eſſentiæ tenuioris. Dictum tamen paulò
ante eſt Aphrolitrum in medio conſiſtentem habere facultatem Aphonitri & Sa-
lis. Aphonitro enim ſola ineſt vis extergendi, Sali vero etiam adſtringendi mul-
to magis, quã extergendi.

Gypſus. Gypſum.

Gypſum & ipſum ad cõmunem omnium terrenorũ lapidoſorúmq; corporum
facultatem, qua deſiccare dicta ſunt, inſuper hoc adiunctum habet, quod eſt facul-
tatis emplaſticæ. Vnitur enim ipſa ad ſeſe & cogitur lapideſcitq; macerata. Quã-
obrem ſiccis medicamentis quæ ad ſanguinis accommodantur eruptionem, vtili-
ter commiſcetur. Nam ipſa per ſeſe lapidoſa fit coacta ac cõgelata. proinde rigare
diluereq; illam excogitaui tenui albocq; oui liquore, quod ad ophthalmias vtile eſt
admiſto quod in farina triticea eſt pollinis tenuiſſimi qui in parietibus molarum
reſidet. Excipere vero quod ſic maceratum eſt, tenellis leporis pilis, aut qui perin-
de ſunt molles, expedit.

Gypſum κεκαυμένον, hoc eſt deuſtum.

Gypſum cõbuſtum non æque emplaſticam vim habet, cæterũ tenuiorũ eſt par-
tiũ, & valẽtius deſiccat. Quin & repercuſſoriũ eſt, maxime ſi macereturoxycrato.

Diphriges.

Diphriges miſtam habet tum qualitatem, tum facultatem. Habet enim in ſeſe
quiddam & mediocriter adſtringẽs, & mediocriter acre. quamobrem vlcerum re-
bellium optimum medicamen eſt. Conuexi autem & huius medicamenti vim in-
gẽtem ex Cypro Solis, vbi metallum ab vrbe abeſt quaſi triginta ſtadijs. Proiectũ

©BIUM

enim erat in medio ſpatio ædium quæ ante metallum extructæ erant, & vici qui ei ſubiacet. Cæterũ præfectus ac procurator metalli, id quod poſt Cadmiam reperiretur, eſſe dicebat inutile, itaq; abijci non ſecus atq; vſtorũ in foco lignorum cinerẽ. Verùm hoc mihi multo vtiliſſimum factũ eſt medicamentum, tum ad putreſcẽtia oris vlcera, ſiue per ſe, ſiue cum melle cui detracta ſit ſpuma: tum ad anginam, videlicet vbi iam per adſtringentiũ medicaminum auxiliũ conſtitit quod influebat. Præterea columellam vbi præſecuiſſem, ipſo ſolo & ſtatim & vſque ad cicatricem ſum vſus: ac frequenter exacte occluſam effecit cicatricẽ tum huius particulæ, tum omnium adeò exulceratorũ. Sic in vlceribus omnibus pudẽdorum, atq; ani. Vſus autem ſimilis eſt vt in oris vlceribus. ſiquidem eæ partes eiſdem fere medicamẽtis gaudẽt, nimirum calidæ ſimiliter ac humidæ. Verum hæc oratio iam tractatum de componendis medicamentis attingit. Ea itaq; omiſſa, ad id quod propoſitum eſt pergamus, vniuerſalem medicamẽti cuiuſq; facultatem exponentes, ſicut ſanè diphrigis diximus. Adijciam vero huic qui de illo habetur ſermoni, rem non modo de diphrige ſcitu vtilem, ſed & de lemnia ſphragide, & pompholyge, & opobalſamo, & lycio indico. Nam etiamnum adoleſcens didici hæc ita præparare, vt à veris natiuiſq; nihil differre viderentur. Nam qui me docebat, ingenti mercede, homo curioſiſſimus erat, non in his tantum, ſed & alijs ſimilibus. Itaq; in Lemnũ, in Cyprum, in Paleſtinã Syriam eo ſtudio nauigaui, vt medicamẽtorum iſtorũ cuiuſq; vim magnam, quæ in omnem vitam meam ſatis forent, reponerem. Sed & Lycium indicum cum Aloẽ indica id temporis cõmodum accipere contigit, quum à Paleſtina iter reflecterẽ: cum perſuaſum haberem, eo ipſo quòd à camelis cum tota ſarcina aduectum eſſet, proculdubio eſſe indicum: quòdq; adulteratũ haud noſci ab ijs qui portaſſent poſſet, propterea quòd materia ex qua id præparatur atq; adulteratur, illis in locis haud naſceretur. Porrò ſatius viſum eſt mihi, quibus rationibus ea adulterãtur, haudquaquam adſcribere, vtpote cum homines ſcelerati in lucro ponant talia poſſe diſcere. Nec enim neceſſarium eſt cum verorum ac germanorum notis ac indicijs, adulterãdorum noſſe cõpoſitiones, cum nihil ad ea diſcernenda conferant: imò optem, ſi queam, quæ à maioribus me perperam confici-endorum atq; adulterãdorum medicaminum proditæ ſunt compoſitiones omnes prorſum delere atq; extirpare.

Theon. Sulfur.

Sulfur omne trahendi vim poſſidet, eſtq; temperamẽti calidi, atq; eſſentiæ tenuis, adeò vt ad multa venenatorum animalium reſiſtat. Siquidem ego aduerſus turturem marinum & draconem ſæpenumero eo ſum vſus: & cum id piſcatores quoſdam docuiſſem, reuerſo poſt aliquantum temporis magnifice medicamentũ hoc commendarunt. Vſus eius eſt vt & ſiccum ictui inſpergatur, & cum ſaliua miſtum. nam cum & hoc excogitaſſem, ab experientia cõprobari reperi. Sed & vrina maceratum idem effecturum excogitaui. Docebam enim piſcatores medicamẽta maxime parabilia: dixiq; pulchre illos & cũ oleo veteri & melle & reſina terebinthina vſuros. Et ſanè horum omniũ experientia iudiciũ præſtitit. Quin & ploras & lichenas & lepras non raro hoc medicamento cum reſina terebinthina ſanaui. Extergit enim omnes id genus affectus, abſq; vt in profundum repellat: cum alia multa medicamenta quæ illos curent, miſtam habeant potentiam, nempe vt digerant pariter & repercutiant.

Ios. Aerugo.

Aerugo guſtantibus acrem qualitatem offert, digerens, detrahens, & liquans non teneram modo, ſed & duram carnem. Porro ſupra dictum eſt, nonnullos eius generis medicamenta, epulotica, hoceſt quæ cicatricem inducant, appellare, quum ijs in tenuiſſimum pollinem tritis per ſpecilli cuſpidem cõtigerint vlcera excreſcẽtia, ac poſtridie cõtracta reperiant: tametſi illos haud lateat, ſi paulo plus impoſitũ foret, ſeſe vlcus non cõtractum, ſed erolum inuenturos. Siquidem colliquat & digerit carnem, cum medicamenta epulotica cõtrahant, conſtipent, conſtringant, & calli in morem illam indurẽt. Quin & guſtum mordicat ærugo, non tantum ipſa vlcera. Quod ſi pauculum eius cerato non pauco admiſceas, id quod ex ambobus miſtum eſt, citra morſum exterget. Dictum vero ſupra eſt de talium medicamẽtorum natura: tum vt ſeſe quidam fallunt, ex talibus compoſitionibus aut ſarcoticam aut epuloticam adſcribentes facultatẽ medicamentis quibus minime oportet, vtpote cum ipſa id præſtare nequeant, verum ea quæ ex ipſis compoſita ſunt.

Cadmia.

Cadmia fit vbi in fornacibus æs paratur, nẽpe tota terra ex qua æs generatur, in fornacibus in altũ egerente velut fuliginem quampiã & fauillam, ſiue vtcunq; appellare libebit. At ſi non terrã, ſed lapidem nũcupare velis, ex quo in fornacibus ſecernẽdo, partim fit æs, partim cadmia, partim diphriges, nihil ſane retulerit. Sed & in argẽteis metallis efficitur ſimili ſecretione ſiue generatione, aut quomodocunq; vocare voles. Quin & ex Pyrite lapide in fornacibus vſto fit cadmia. Cæterũ abſq; fornace in Cypro cadmia inuenitur: ac iure quiſpiã illam lapidem nuncupet. Itaq; in Solis, quo tempore ego in inſula peregrinabar, pauciſſimum etiã reliquum erat Cadmiæ quæ in fornacibus prouenit. Verum lapidibus qui in montibus & riuis reperiebãtur, a metallis præfecto acceptis, eos in Aſiam Italiamq; portaui ad amicos: a quibus ſummam inibam gratiam, quod ſe vel maximum munus accepiſſe dicerent, vt quæ alia omni Cadmia multo eſſet præſtantior. Et talem certe merito quis lapidoſam vocet Cadmiam. At eius quæ cõbuſta eſt, aliam Botryitin, aliam Placitin medici nuncupant. Botryitin quidem, quæ in editioribus domorũ in quibus fornaces extructæ ſunt, partibus colligitur. Placitin vero, quæ in inferioribus. Acliquet ſane Botryitin partiũ eſſe tenuiorũ, craſſiorũ vero Placitin, vtranq; autẽ vi deſiccãdi, ceu alia metallica omnia, & lapidoſa terrenaq;. Porro præter deſiccãdi facultatẽ mediocriter item extergit. Attamẽ quę in fornacibus colligitur, igneæ facultatis aliquid habeat neceſſe eſt. Merito itaq; lauãtes eam, medicamentũ efficiũt mediocriter tum deſiccãs, tum extergens abſq; mordicatione, vtile ad vlcera carnis impletionem poſcentia, & in oculis, & in toto corpore. Porro vlcera magnopere humida aut putreſcentia in corporibus impendio mollibus, qualia ſunt eunuchorum, puerorum, ac mulierum, eiuſmodi cadmia adiuuat. At in durioribus & compactioribus, quæ valentius deſiccant requiruntur. Itaq; illud ſemper memoria tenendum, ſermonem ad temperatam & mediam exceſſuum naturam in ijs quæ ita ſimpliciter efferũtur, referendũ: puta quum dicimus medicamentũ aut vlcera carne implere, aut cicatrice claudere, aut aliud quiduis eius generis præſtare. ad quã vtiq; & nos reſpicientes, leuiter deſiccatoriam abſterſoriamq; Cadmiæ ineſſe facultatẽ dicimus. In caliditatis autem & frigiditatis differentia, temperata quodammodo exiſtit Cadmia, nempe neutrum inſigniter efficiens.

Cinnabari.

Cinnabari modice acrẽ facultatẽ obtinet. Habet vero & adſtrictionis quippiã.

Ciſerijs. Pumex.

Pumicem ſi inter metallica recenſeas, calumniabuntur quibus animus prurit accuſandi libidine: & ſi inter lapides ponas, lapidem eſſe negabũt: ac multo minus terram eſſe cõcedent: nec marinorũ haberi quodpiam volent. Atqui alicubi tamẽ de illo dicẽdum eſt: quippe qui in ſarcõtica indatur medicamenta, & ea quæ dentes extergunt, partim vſtionem non expertus, partim etiam vſtus, quando videlicet, alijs omnibus combuſtis ſimiliter, ſubſtantiæ efficitur tenuioris. Cæterum vſtione quiddam acquirit acrimoniæ, quam rurſum lotione exuit. Videri autem poterit ſplendorem conciliare non tantum facultate, ſed etiam aſperitate: velut etiam ſi ſmirin, aut teſtam, aut hoc genus quippiam tritum admoueas. Quæ certe & ipſa ſplendorẽ afferunt, forte vtroq; tum quia detergendi habeant facultatẽ, tum quia aſperitatem. Eundem in modum cornua deuſta dentes ſplendidos efficiunt.

Conia. Lixiuium ex cinere.

Lixiuium. Abluto cinere fit lixiuium. Cinerem autẽ, vſtorum corporum reliquias latini nũcupant, ſiue natura ſint lapidea, ſiue arborũ animaliũmve particulæ. Fit ergo lixiuiũ pro eius quod eluitur natura: eius quidem quod empyreuma ſiue igneam naturã habet acerrimã, ipſum quoq; acerrimũ eſt: eius quod tale nõ eſt, etiã moderatius. Quare & ſepticis vocatis facultatibus cõmiſcetur, vtpote cauſticam caliditatem poſſidens, ſed propter ſubſtantiæ tenuitatem citra dolorem adurens.

Cyanos. Ceruleus.

Cyanos ſiue maſculino ſiue fœminino genere pronũciare velis, hoc medicamẽ acri facultate eſt tum detrahendi, quam καθαρτικὴν vocãt, tum digerendi, potẽtiore quam Cinnabari. Ineſt quoq; ei nonnulla adſtrictio.

Lepis, id eſt ſquamma æris & ferri.

Squamma alia eſt æris, medicamen, multo vtiliſſimũ: alia ferri & ſtomomatis. Quidam vero nominant & helitin lepida ſiue ſquammã. Omnes ſanè vehemẽter deſiccãt. At inter ſeſe diuerſæ ſunt, tum quod alia magis, alia minus exiccat: tum quod alia craſſioris, alia tenuioris ſit eſſentiæ: quodq; plus minuſve adſtrictionis ſint participes. Helitis certe principem in deſiccando locum obtinet. Nam & ſubtiliſſimæ omnium ſubſtantiæ eſt, nimirum quæ & æruginis nonnihil aſſumpſerit. Maiorem obtinet adſtrictionem ſquãma ferri, & hac etiã maiorem ſtomomatis: quamobrem ad contumacia vlcera meliores ſunt quam ſquãma æris. Detrahit & liquat carnem potentius ſquãma æris, & hac etiam valentius helitis. Omnes autẽ ſquãmæ non inſtrenue mordaces ſunt. Ex quo clarum eſt ꝙ eſſentiæ ipſarum cõſiſtẽtia nõ admodũ tenuis eſt, ſed potius craſſa. Siquidem inter ea quæ eandẽ vim obtinẽt, minus eſt mordax quod eſt tenuius: ceu ſuperioribus libris oſtẽdimus.

Lithargyros. ſpuma argẽti.

Lithargyrus deſiccat quidem velut alia omnia metallica, lapidea, terrenaq; medicamenta, verum omnium id efficit moderatiſſime: & ſecundum alias tum qualitates tum facultates quodammodo in medio eſt, neq; manifeſto excalfaciens, neq; refrigerans. modica tamen adſtringendi abſtergendiq; facultas ei ineſt: quamobrẽ inferior eſt & ſarcoticis medicamentis, quæ mediocriter extergentia oſtendimus, & contrahentibus atq; adſtringẽtibus. Cæterum ad intertrigines femorum vtilis

medela est: quandoquidem vtriusq; iam dictæ facultatis leuiter est particeps. Iure itaq; medij ordinis in metallicis habebitur. Proinde ea frequenter vtimur ceu materia ijs miscentes quæ valentem facultatem obtinent siue mordicantem, siue adstringentem: sicut in liquescentibus ad pleraq; medicamenta ceram adhibemus tãquam materiam, quia scilicet & ipsa quodammodo medium tenet eorum quæ valentem facultatem possident.

Nitrum.

Nitrum dictum est supra in medio esse aphronitri & salis virium. cæterum vstũ propius ad aphronitrum accedit, vtpote ex vstione tenuius redditũ. desiccat itaq; ac digerit: & si intro in corpus sumatur, secat & extenuat crassos lẽtosq; succos potentius multo quàm sal. Aphronitrum vero, nisi grauis vrgeat necessitas, deuorandum non est, nimirum inimicum stomacho: quandoquidem plus etiam litro incidit. Sanè ad fungos suffocantes rusticus quidam eo vti assolet: & semper profuisse probatum est. Cæterum nitro vsto simul & non vsto, & multo etiam magis eius spuma in talibus vti consueuimus.

Melanteria.

Melanteria ex medicamẽtis est multum adstringentibus, cum hoc quod omnia propemodum adstringentia tenuitate exuperet.

Melan graphicum. Atramentum scriptorium.

Atramentum quo scribimus, admodum & ipsum desiccat aqua solutum. vlcera autem igni ambusta protinus illitum iuuat: at si acetũ quoq; habeat, multo magis.

Misy.

In metallo Cypri, cuius modo mentionem feci, in montibus Solorum domus erat ingens, cuius ad parietem dextrum, sed ad nos vtiq; qui ingrediebamur, sinistrum, descensus erat in ipsum metallum, in quo quasdam conspexi in longissimũ porrectas veluti zonas alias super alias, numero tres. infima erat ipsius Soreos, super quam erat altera Chalcitεos, suprema Misyos. Cæterum id temporis præfectus metalli, his commonstratis, Sicut, inquit, nunc aduenis in Cadmiæ fornacariæ inopia, ita horum trium admirandas has vides diuitias. Itaq; ego ingenti eius accepto pondere, primũ quidem in Asiam, deinde Romã attuli, & vsq; modo habui, elapsis iam annis plus minus triginta. Et forte quadam absolutum fuit hoc opus aduscq; octauum librum ante annos viginti, nec adiectus fuit nonus, partim quòd lapides quosdam nondum conspexissem, partim ob alia negotia quæ mihi interea temporis obuenere. Nunc autem quum nonum hunc librum cæteris addere pararem, interea forte fortuna mihi accidit res spectatu longe pulcherrima, ac si quispiam eam studio ac industria magno cum artificio effecisset. Nam cum misy opus haberem ad medicamẽ quodpiam præparandum, bolum eius accepi, quã fere plena manu teneas, qualem sanè consistentiam misy non admodum solet habere, cum in parua frustula diuidatur. Miratus itaq; insolitã eius cõdensationem, bolo fracta, extimũ quidem misy circumquaque reperi eius quod intus erat velut efflorescentiam. Porrò sub eo, inter chalcitin videlicet & misy quiddam erat medium vergẽs ex chalcite ad misy, ex dimidio iam commutatum. principio enim bolus fuerat chalciteos: cæterum quod in alto erat, perfecta erat Chalcitis, nullam dum alterationem experta. Hoc igitur vbi vidissem, cogitatione repetens & in metallo ita super chalcitin nasci ipsum misy, vt ærugo super æs: in mentem subijt inspicere

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 233 sur 277

quod ſeruabatur adhuc apud me reliquum ipſius ſoreos, nunquid & ipſum vllam accepiſſet mutationē in chalcitin. & quædam certe apparuit ſuſpicio vt videretur & ipſum forte longo tempore mutationem in Chalcitin poſſe accipere. Itaq; mirū non eſt tria hæc medicamina eiuſdem genere facultatis eſſe, Sori dico, & Chalcitin, & Miſy, tenuitate & craſſitudine inter ſe diuerſa. Craſſiſſimū enim eſt inter ipſa Sori, tenuiſſimum Miſy, mediam vtriuſq; facultatē habet Chalcitis. Adurūt vniuerſa hæc tria, & eſcharas quas vocant efficiunt. Attamen etiamſi vrant, nonnihil quoq; adſtringūt. Cæterum Miſy admotū corporibus duris minus Chalcite mordicat, tametſi ea non minus ſit calidū. verum id habet beneficio tenuitatis. Porrò quum vtraq; hæc in decoctionibus fundantur, & magis Chalcitis quàm miſy, Sori tamen non liqueſcit, nimirum quòd lapidoſius ſit ac vehementius cōpactum, ſicut rurſum Miſy quia à congenito calore elaboratius eſt, ac proinde ſiccius Chalcite, idcirco merito quoq; ægrius liqueſcit.

Molibdæna. Plumbago.

Molibdæna ſimilem lithargyro vim poſſidet, tantum à media temperie ad frigidius paulum quid recedens. Sed nec abſtergentis facultatis eſt particeps. Vtraq; autem hæc medicamina liquari poſſunt, ac non vt lapides & Cadmia & arena liquationem reſpuunt, ſed celerrime liquantur vbi oleo additum nonnihil aceti eſt. liquantur tamen etiam admiſta aqua, ſed diutiſſima coctione. Porrò ceu in Cypro Cadmiam quæ in montibus & riuis naſcitur accipiebā, quæ & ipſa lapidis, vt dixi, ſpecies eſt: ad eundem modum Molibdęnam cum multis alijs proiectam cōſpexi in via quę ad Ergaſteria ducit à Pergamo. Vocatur autem Ergaſteria pagus quidā in quo & metalla ſunt, inter Cyzicum & Pergamū, quadringentis & quadraginta ſtadijs diſtans à Pergamo.

Molibdos. Plumbum.

Plumbum facultatis eſt refrigeratoriæ. Siquidem non modo multā habet ſubſtantiā humidam à frigore cōgelatam coactamq;, ſed & aëriam, paucam autē terream. Igitur q; plurimū habet eſſentię humidæ à frigore coactæ, indicium tibi eſto quòd vbi admotū eſt igni, celeriter fundatur fluatq;. Quòd vero & aëriæ ſit particeps, hoc habeto ſignum. Omnium quę nouimus, vnicū plumbum tum mole ipſa tum pondere augetur ſi cōdatur in ædibus ſubterraneis aërem habentibus turbidum, ita vt quęcunq; illic ponantur, celeriter ſitum colligant. Tum etiam plumbea ſtatuarū vincula quibus earū pedes annectuntur, ſępenumero creuiſſe viſum eſt, & quædā adeò intumuiſſe, vt ex lapidibus dependerent cryſtalli modo verrucę. Atq; hæ probabiles quidē ſunt humiditatis eius frigiditatiſq; notæ, prius q̄ experiaris: cæterū ſcientificę & certæ per experientiam cognoſcuntur. Præparato igitur mortario, ſimulq; piſtillo, vtriſq; ex plumbo, infunde quemlibet liquorem, itaq; terito vt & piſtillus & plumbeum mortarium ſuccū quendam reddat. id quod ex vtroq; conſtabit, multo erit frigidius quàm liquor ipſe fuerat. Licet autē & aquam & vinum tenue aqueum & oleum injcere, aut quiduis eiuſmodi. At ſi etiam plus efficere ſuccum voles refrigeratorium, oleum omphacinum ſit, aut roſaceum, aut melinum, aut myrtinum. Porrò ſi ſucco qui proueniet, vti voles, optimum habebis remedium & ad phlegmonas in ſede cum vlcere aut rugis, & ad eas quæ in pudendis, teſtibuſque & vberibus conſiſtunt, ſimiliter aduerſus cæteras omnes fluxiones incipientes, quæ aut in inguina, aut in pedes, aut in alium quemuis articu-

lum decumbunt. Sed & vlceribus rebellibus vtile est. Nam ad cancros eo vtens virtutem medicamenti mirabere. Quòd si celeriter multum succi plumbei voles colligere, conare in sole terere, aut quocũq; certe modo aëre excalfacto. Multo autẽ vtilissimum habebis medicamentũ si adfuso refrigerantium succorũ quopiam teras, ceu Semperuiui, Cotyledonis, Intybi, Lactucæ, Chondriles, Psillij, Omphacis, Portulacæ. Porrò siqua horũ non facilè in succũ soluuntur, velut Portulaca, misceto illis aliorum succorũ quempiam, velut Omphacis: qui & ipse per sese prædicto mortario inditus medicamẽtum efficit refrigeratoriũ longe pulcherrimum. Quin & in laminam diductum plumbũ ipsum per sese Athletarum sese exercitantium lumbis insternitur, vbi Veneris somnijs vexantur scilicet: nimirum haud obscure eos refrigerans. Sed & bractea tenuis probe ganglio illigata planè ipsum dissipat. Illigabit autem probe quisquis ab Hippocrate didicerit in ipsam noxam potius firmandum, quàm hinc vel inde. Mirum ergo non est si plumbum crematum, ac rursus ablutum, refrigerantis efficiatur facultatis, cum ante lotionem mistæ fuerit. Et hoc ipsum medicamen, nempe plumbum combustum, bonum est ad vlcera rebellia. Vbi vero lotum fuerit, multo optimum medicamẽ est & ad vlcerum impletionem, & ad eadem cicatrice obducẽda. Conuenit & Chironeis quæ vocant vlceribus, & cancrosis omnibus, tum ipsum per sese, tum medicaminum ad cicatricẽ perducentium quibusdam commistum, quale est quod ex Cadmia cõficitur. Cæterũ soluendũ est principio, si copiosa sit sanies, quotidie: si minus, tertio aut quarto quoq; die. Verum foris spongiam imponito aquæ frigidæ: quę si desiccetur, rursum mergatur. Sed hæc fusius quàm pro instituto diximus, plusculũ sermonis affinitate prouecti. At tempus iam est sequentia deinceps persequi.

Ostracon. Testa.

Testa desiccandi vim possidet, atq; abstergendi, maxime quæ ex fornacibus est, quòd videlicet tosta sit. Quocirca Emplastrus quam vocant Hephestiada, ex hac præparata videlicet, optimum est medicamen inducendæ cicatrici.

Pompholyx. Spodium.

Pompholyx fit & in æris fornace, velut & Cadmia, fitq; & dum in fornacibus Cadmia vritur, vt in Cypro. Cum enim præfectus ad æris fornacem instructas res non haberet, præcepit ex ipsa Cadmia præparari (præsentibus atq; inspectantibus nobis) pompholyga, videlicet minutis Cadmiæ fragmentis in ignem cõiectis qui ante ærarium iacebat follem. Camera erat incurua, nusquam pertusa, sed integra, quę egestam ab vsta Cadmia fauillam excipiebat. quam vbi collegissent, habebant pompholyga. At quod reflectens in pauimentum recidebat, spodos est quam vocant: quæ plurima vbi æs in fornacibus vritur, colligi assolet. Quidam eam spodiũ neutro genere pronunciant. Cui videtur simílem habere facultatem quod vocant Antispodium. At ego illo vsus sum nũquam, cum large mihi semper pompholyx suppeteret. Nec enim quisquam vbi hęc adsit, spodio vti velit, nedum antispodio. Est autem pompholyx medicamentum propè omniũ quæ citra morsum desiccãt, si elota fuerit, præstantissimum. quamobrem ad vlcera cancrosa idonea est, & ad alia omnia maligna. Itaq; inditur collyrijs quæ ad oculorũ imponuntur fluxiones, quæq; bullas siue pustulas in eis natas curant. Præterea ad pudendorum ac sedis vlcera optimum est medicamen, nimirum sine morsu desiccans. Sed non est huius negotij in istis diutius immorari.

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 235 sur 277

Sandarace.

Sandarace vrentis est facultatis, ceu Arsenicum quod vocant. Merito itaque eam digerentibus facultatibus commiscent, atq; extergentibus.

Sandix.

Sandix qua sit facultate prædita, in sermone de psimythio explicabitur.

Scoria.

Scoria omnis resiccatorium medicamen est, potissimum autem ferri. Siquidem ad lævorem redigens ipsam in aceto quam acerrimo, posteaq; decoquens, ad aures quæ longo iam tempore pure fluxerunt, ea vtor pro medicamento maxime exsiccatorio, adeo vt mirẽtur qui præparantẽ me vident, & ante rei periculum fidẽ non habeant aures tale posse ferre medicamen. Porro argenti scoriam proprie helcysma appellãt. Verum emplastris quibusdã resiccatoriæ facultatis cõmiscetur.

Stimmi.

Stimmi ad facultatem desiccantem adiunctam habet hoc medicamen adstrictionem: quamobrem & ocularibus medicinis cõmiscetur, & illis scilicet quę conformantur in collyria quæ vocant, & siccis, quæ vtiq; sicca collyria cognominant.

Stypteria schiste, & strongyle, & hygra. Alumen fissile, rotundum, & humidum.

Stypteria huius medicamenti nomen ab adstrictione deductum est. nam adest illi vehementissima. Cæterum quum sit crassarum partiũ, tenuior quodammodo est quæ vocatur schiste, hoc est fissilis. proxima est strongyle, & astragalote. Admodum autem crassa est tum liquida, tum placites, & plinthites appellata.

Titanos. Calx.

Calx, viua quidem, quæ ἀσβεστος græce dicitur, vehementer vrit, adeo vt crustas efficiat: extincta vero protinus etiam crustam molitur & ipsa: at post diem vnum aut alterum minus vrit, minusq; inducere crustam potest. At vero temporis progressu prorsum ne crustam quidem gignere queat, tametsi etiamnũ calfaciat, carnémq; liquet. Porro si lauetur in aqua, suam mordacitatem exuit, efficitq; nuncupatam græce κονίαν, latine lixiuium. At ipsa absq; morsu resiccat: ac si bis terq; aut amplius abluta fuerit, plane mordacitatis expers constituitur, ac strenue absque mordacitate exsiccat.

Hydrargyros.

Hydrargyrus non est ex sponte nascentibus medicamentis, sed ex ijs quæ præparantur, velut psimythium, ærugo, psoricum, lithargyros. Nullum autẽ eius periculum, neq; quod interimat si deuoretur, neq; vbi foris admota sit.

Phycos.

Phycos cuiusnam sit facultatis, vbi de psimythio agetur, exponam.

Chalcanthos. Atramentum sutorium

Chalcanthos. Forte fortuna & Chalcanthum in Chalcitin transire conspexi. Asportaui enim ex Cypro & huius medicamenti ingentem copiam. Extimum eius omne post annos plus minus viginti Chalcitis effectum est, intima eius parte Chalcanthi speciem seruãte. Quamobrem & vsq; in hunc diem quod sic mutatur asseruo, obseruans dum ad imum vsque voluentibus annis procedat mutatio, ceu Chalcitidis quoq; in Misy: vt est ante positum. Cæterum mirari subit de hoc medicamento, quo pacto vehementissimæ adstrictioni admista est caliditas non in-

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 236 sur 277

ſtrenua. Conſtat ergo quòd omnium maxime condire ſeruareq; carnes humidas poteſt, nimirum caliditate humiditatem abſumens, atque adſtrictione ſubſtantiã contrahens atque conſtipans. Hoc enim opere nonnihil etiam humiditatis ipſius exprimit. Conſtringit vero, deſiccat, atque contrahit in ſeſe totius ſubſtantiam carnis. Porrò quo tempore in Cypro diuerſabar, hunc in modum medicamentũ hoc colligi conſpexi. Domus erat magna quidem, ſed humilis, ingreſſui in metallũ obiecta. Ad parietem autẽ domus ſiniſtrum, qui erat ingredientibus dexter, effoſſus erat ſpecus in continentem collem, ea latitudine, vt tres ſeſe viri in eo cõtingerent: tanta vero altitudine, vt viro ſumme procero recto liceret incedere. Specus hic decliuis quidem erat, ſed nõ planus, verum multis locis pręruptus. Porrò ad finẽ eius quaſi in ſtadium porrecti, lacus erat aquæ viridis & craſſæ, calore tepenti. At in toto deſcẽſu calor ſimilis qualis in primis balneorum ædibus percipitur: quas, quòd in eis corpora pręmolliri ſoleant, promalacteria appellare conſueuerũt. Aqua vero quotidie guttatim ex pertuſo colle deſtillãs, quatuor & viginti horis totius diei ac noctis colligi aſſolet ad amphoras romanas quaſi octo. Eam vincti quidam in piſcinas quaſdam quadratas fictiles in domo ad ingreſſum poſita ſitas efferebant, in quibus paucis diebus concreſcebat fiebatq; chalcanthus. Mihi vero vbi ad terminum effoſſi ſpecus deſcendiſſem, vbi videlicet tepida hæc viridiſq; aqua colligitur, æris odor viſus eſt ſuffocans, & toleratu difficilis, chalcitin æruginemq; redolens. Et aqua quoque guſtu pręferebat qualitatem eiuſmodi. Eapropter & nudi & cum ſumma feſtinatione amphoras vincti exportabãt, nec longiorem illic moram perferre poterant, ſed celeriter recurrebant. Accenſi autem erant mediocribus in ſpecu interuallis lychni, qui nec ipſi longo tempore durabant, ſed celerrime extinguebantur. Hũc ergo ſpecũ pedetentim excauatũ multis annis, ab ijs tunc didici. Hæc enim, inquiebant, aqua viridis quam vides ex colle in lacum manantem, ſenſim ſe ipſa minor effici aſſolet. At vbi prope adeſt vt deſinat, rurſum vincti, quod continens eſt ipſius collis, perfodere pergunt: euenitq; aliquando olim vt ſubito quicquid perfoſſum eſſet cõcideret, omneſq; ad vnũ occideret, ac totam viam corrũperet. Id vbi fit, alio foramini fodiendo eouſque inſiſtũt, quoad rurſum aqua illis adſit. Hæc habui quæ tibi de chalcãtho exponenda cenſerem, & ſanè fortaſſis nõ neceſſaria, cęterum quæ ſcire pręſtaret quàm ignorare. Memineris autem quòd ad ſiniſtram manum ingredientibus conſpectum nobis dixerim metallum ſoreos, chalciteos, & miſyos: vt ex his conijcere liceat aquam pluuiam totius collis terram illã colluere atque abluere: ex qua ſponte quidẽ fiebat ſori, miſy, & chalcitis: & per fornaces æs, cadmia, pompholyx, ſpodium, & diphriges.

Chalcitis.

Chalcitis. dictum de ea eſt in ſermone de Miſy: nunc autem tantum dixiſſe ſufficiat, quòd miſtas habeat adſtringentem acremq; facultates. Cęterum vincit acris, vt quę adeo eſt vehemens, vt carnẽ vrat, vocatãq; eſcharam efficiat. Vſtum hoc medicamen minus quidẽ mordicat, cęterũ non minus deſiccat: ſed & adſtrictionis nõ parum remittit. Itaq; vndequaque melior eſt chalcitis vſta quàm quæ non vſta eſt, nempe partibus tunc quidem tenuioribus, ceu alia omnia combuſta, verum haud aſſumpta acrimonia, velut in alijs multis accidit. Didiciſti porro quòd vſta omnia ſi lauentur, moderatiora reddantur, minuſque mordacia.

Chalcos cecaumenus. Aes vstum. Aes vstum habet & acrimoniam quandã: sed & adstrictionis est particeps. Proinde si lauetur, pulcherrimum est medicamen inducendis cicatricibus: quanquam id ipsum præstare & antequam lauetur possit, potissimum in carne duriore: alioqui in molliore commodius est quod ablutum est.

Chalcu anthos. Flos æris. Flos æris, tenuioris essentiæ est quàm aut æs vstum, aut squama. Merito itaque ex eo factis collyrijs extergunt auferuntq; superciliorum magnas asperitates, quas vocant sycoses.

Chrysocolla. Chrysocolla, & hoc medicamentum ex ijs est quę carnem liquant: non tamẽ valenter mordicat, quanquam sit facultate admodum digerente desiccanteq;. Igitur quidã id modo quod in metallis inuenitur, ita nominant: alij vero id quod in æreo mortario pistilloque æreo ex pueri vrina præparatur: id quod quidã inter æruginũ differentias numerãt. Satius vero est ipsum præparare tẽpore æstiuo, aut certe aëre prorsum calido, vrinam in mortario terentes. Præstat autem æs ex quo mortarium pistillumq; conficias, rubrum sit. Nam quo æs mollius fuerit, eo plus circumagẽdo pistillo deteritur. Hoc medicamentum aptissimum est vlceribus contumacibus, tum per se, tum alijs mistum: vt in opere de componendis medicamẽtis referetur. Nunc autem id nouisse sat est, quòd quanto plus quàm chrysocolla metallica desiccat, minusq; mordicat, tanto etiam ipsam excellit tenuitate. Ipsam tamen chrysocollam illam si vras, multo tenuiorem efficies.

Psimythium. Cerussa. Psimythium. & hoc medicamen testimoniũ præbet modo dictæ facultati. Nã si ex acri aceto soluatur, gustu tamen neque acre erit, neque mordax: sed emplasticũ & refrigeratorium: facultatis æruginis dissimillimæ: tametsi & illa conficiatur aceto æs dissoluente. Porrò cerussa adusta, in sandyca quam vocant transit, medicamentum seipso tenuius, nondum tamen excalfaciens. Phycos autem seruata cerussæ frigiditate tenuitatem assumpsit, vt per eam in profundum altumq; corporum quibus admouetur, vis eius penetrare valeat.

Psoricum. Psoricum. Conficitur hoc medicamen dupla chalcite admista lithargyro, antequam o æstate media diebus quadraginta obrutã sepelies. Hoc medicamen desiccatorium est, simulq; minus chalcite mordax, nimirum cum partibus sit tenuioribus.

Libri noni finis.

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 238 sur 277

GALENI DE SIMPLICIVM MEDICAMENTORVM FACVLTATIbus liber decimus, Theodorico Gerardo Gaudano interprete.

NIhil eorum quę nunc dicēda veniunt, magnopere iuuare poterit eos qui ea quæ principio huius tractationis, primis videlicet quinque libris tradita sunt, ignorant: imò quædam fortassis noxæ occasio erūt illi qui quum scriptis hic medicamentis vti volet, rationem tamen ac methodum nō habeat. Tanquam itaque illa didiceris, ita tecum verba faciam, repetita totius tractatus summa. Ostēsum est medicamēta quæ effectricibus nominatis qualitatibus agunt, nēpe caliditate, frigiditate, humiditate, & siccitate, harum mistione effici acerba, austera, salsa, salsuginosa, amara, acria, dulcia, præterea extergentia, repercutientia, attrahentia, emollientia, vrentia, septica, crustifica, ad hæc secundum alias actiones magis speciales sarcotica, synulotica, glutinatoria tum fistularum, tum vlcerum, aut carnis excrescentiā dētrahentia. Ostensum quoque est quo pacto vniuersalis facultas experientia vnica demonstratorie inueniatur, nec ea vulgari & quauis, sed quæ cum dictis adhibeatur limitationibus. Cæterum inuēta semel facultate vniuersali, nulla insuper experientia opus esse ad particulares actiones, nisi ad confirmationem eorum quæ ratio reperit. Sic ergo nunc quoque iudicium faciamus propositæ materiæ, quæ est ea quæ ab animantibus accipitur. In tribus enim libris qui insequuntur quintum, nempe sexto, septimo, & octauo, materiam ad plantas attinentem exposuimus, nō sanè omnem quæ vniuerso terrarum orbe reperiatur, sed quantum nobis experiri eius datum est. In superiore vero, qui est totius operis nonus, eā quæ versatur in terrosis ac lapidosis, enarrauimus. Reliquū porro nūc est vt eam quæ ab animalibus sumitur materiā, diuidamus. Deinde restant quę in mari, paludibus, aut omnino in aqua nascuntur, quæ quidem neque plantæ, neque terra, neque lapis, neq; animal sunt. Ea plane pauissima sunt, & vltimo loco scribenda, postquam videlicet quæ ad animātium corpora pertinent, absoluero. In quibus is doctrinæ ordo seruabitur, qui in nomenclaturarum primis visitur literis. Porrò sicut in plantarum materia etiam de succis qui ex ipsis fiunt differui, ita nunc quoque nō solum edocebo solidarum in animalibus partium facultatem, sed eorum quoque quæ in ipsis continentur, puta pituitæ, bilis, sanguinis, vrinæ, stercoris, & similiū. Igitur in ijs quæ superius sunt dicta, haud ita multa particularia eorum quæ in materijs cōscripta sunt a medicis, ignota mihi fuere: verum operam dedi vt ipse per experientiā facultates eorum cognoscerem. Quòd si quid ignorabam, planè nec de illo quicquam cōscripsi, haud credē dū alijs cēsens, ne de vno quidē eiusmodi: q̄ certum habeā nonnullos multa mētiri. At in prę̄senti materia nō ita se res habet. Ingenue siquidē fateor cōplura esse tū partium tum liquorū in animantiū corporibus comprehensorum, quorum nullius eiusmodi feci periculum, cuiusmodi quidam scriptū reliquerūt. Siquidem quę-

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 239 sur 277

dam eorum abominanda deteſtandaq; ſunt,quędā etiam legibus vetita: de quibus haud ſcio quo pacto ſcribere licuit Xenocrati, homini non olim nato, ſed proauorum noſtrorum ſeculo, cum imperium Romanum hominibus veſci vetuiſſet. Atque ille ſanè, tanquam ipſemet fuerit expertus, magna profecto fiducia ſcribit quoſnam affectus curare valeat comeſum cerebrum aut carnes aut iecur humanū: quos autem capitis,ſuræ, & digitorum oſſa partim vſta, partim vſtionem non experta:quæ denique & ſanguis. Sed hæc ſanè tametſi contra leges ſunt, non tamen ſunt fœda atque abominanda. At potio ſudoris,aut vrinæ,aut menſium mulieris, abominanda deteſtandaq; eſt: atque horum in primis ſtercus:quod tamen ſcribit Xenocrates ſi oris ac gutturis partibus inungatur, & in ventrem deuoretur, quid præſtare valeat. Scripſit etiam de aurium ſordibus deuorandis. At ego ne has quidem vnquam deuorare ſuſtineam,ne ſi in totū quidem morbo deinceps liber degerē. Atq; his etiam magis abominādum puto ſtercus. Eſtq; probrū grauius homini modeſto audire κοπροφάγον, hoc eſt ſtercoriuorū,quàm fellatorē aut cinædum: & inter fellatores magis execramur qui phœniciſſant,quàm qui leſbiantur. Cui nō diſſimile mihi videtur perpeti qui menſes bibere ſuſtinet. Itaque horum nemo periculum facere non auerſabitur, hominum certe ſecundum naturam habentium: neque inſuper quæ tametſi modeſtiora videantur,tamen etiam fœda ſunt,nempe partē aliquam corporis ſtercore inungi perpeti,ob affectum ſcilicet ſi quem patiatur:aut humano ſemine,id quod γόνος, hoc eſt genitura,appellare ſolet Xenocrates: ſummaq; diligentia diſtinguit, quęnā ipſa genitura ſola illita, quæ vero vbi ex ſinu mulieris poſt coitum viri effluxerit. Nam ingens ſit medicamentorum penuria oportet vbi quis quo chimethla ſiue perniones curet, viri ſemen conquirere cogitur quod in mulieris congreſſu intus non remanſit, verum effluxit, atque effuſum eſt. Atque pleraque ſanè eiuſmodi materię ſpecies eſt in ijs quæ de vtilitate ab animalibus percipienda,ab illo ſunt conſcripta. Siquidem nō quam vim habeat epota vrina,aut deuoratum illitumve oris partibus ſtercus duntaxat hominis enarrat, verum etiam aliorum cuiuſque animalium, atque alia etiam non pauca ratorum & paratu difficilium, puta cum elephanti aut equi Niloi meminit. Nam beſtiam ſeu feram regiam, quam vocant βασιλικὸν θηρίον, ne videre quidem vnquam contigit: & ſi vera ſunt quæ de illa referuntur, periculoſum etiam eſt vel prope accedere ad hoc animal. Non diſſimilia ijs quæ à Xenocrate ſcripta ſunt, & ab alijs prodita ſunt de animalibus, ex quibus & ipſe Xenocrates pleraque exſcripſit. Nam vnde illi tantarum taliumque rerum experiundarum fuiſſet copia? Sanè rex quondam noſter Attalus cum ambitioſiſſime talia ad experientiam cōquireret, tamen pauciora ſcribere cōſpicitur. Porrò quidam Ateuriſti eandem tractationem commēdans,enarrandam mihi tradidit:cęterum iudicio meo nec illa quidem etiam ita ab illo conſcripta eſt, vt omnia ipſe fuerit intuitus, oculiſque ſuis præſens conſpexerit. Proinde nec ego baſiliſcorum aut elephantorum aut equorum Niloorum, neque alterius cuiuſquam cuius ipſe periculum non fecerim, meminero. Porrò φίλτρων,ἀγωγίμων,ὀνειροπομπῶν & μισήτρων (ex induſtria enim ipſa illorū nomina recēſui) plane nec ſi abunde illa forē expertus,mentionem facere in animum inducerem,ſicuti nec letalium medicamentorum, aut vt ipſi vocant παθοποιῶν. Nam illa ſanè ridicula ſunt,conſtringere ac vincire aduerſarios vt in iudicio nihil poſſint eloqui, aut grauidæ aborſum afferre,aut vt ne vnquam deinceps concipiat efficere,& quæ-

cunque eius ſunt generis. Sanè horum pleraq; vel antequam facias periculum, ſcire licet eſſe impoſſibilia, quædam vero poſſibilia, cæterum vitæ mortalium noxia. Itaque ego, per deos, admiror, qua cogitatione, quove conſilio ad ea ſcribenda quidam acceſſerint. Nam quæ viuentibus dedecori atq; ignominiæ ſunt prodita, quo pacto ſibi poſt mortem gloriæ fore ſperarũt? Itaque ſi regia poteſtate prędĭti in hominibus morti condemnatis illa experirentur, nihil graue committerent. At vbi totam vitã degunt priuati, atque eiuſmodi poteſtatis expertes ad ea ſcribenda accedunt, duorum alterũ neceſſe eſt. Aut enim ſi experti non ſunt, ea cõſcribunt quæ ipſi ignorant: aut ſi experti ſunt, hominum omnium ſunt vel impiſſimi, qui experiundi gratia hominibus innoxijs pernicioſa medicamenta exhibent, ac nonnunquã etiam honeſtis ac probis viris. Nam quidam medicis duobus ad vnguẽtariorum officinam cõſpectis, attulit ad eos mel, venditurus ſcilicet. illi vbi guſtaſſent, de pretio diſceptant. at hic tanquam illi parum offerrẽt, propere ſubducit ſeſe. verum medicorum neuter ſeruatus eſt. Itaque non minus qui ſcribunt, quàm qui talia perpetrant, imò magis etiam odio digni ſunt: quanto ſcilicet minor iniuria ac ſcelus eſt quod ſolus facias, quàm quod cum multis. Deinde cum eo qui perpetrauit, moritur & malorum theorematũ experientia: at eorum qui ſcriptis prodidere, immortalis eſt, malitiæ arma prauis hominibus ſuppeditans. Iã igitur nos dicamus de ijs rebus quæ humano generi ſunt vtiles, vtique quarum fecimus periculũ.

Hæma. De ſanguine.

Simplex et qualis bene subtilis

Sanguis omnis

SAnguis: intelligẽdum videlicet eſt animalis ſecundum naturam habentis: nam is re vera ſanguis eſt. At melancholicus aut picrocholus aut pituitoſus aut ſeroſus aut putridus, ſanguis eſt miſtus, ex ſanguine ſcilicet vero, & ſucco aut ſanie illi permiſta. Tum ipſius quoq; ſanguinis naturalis in quoque animali alius eſt liquidior, alius ſiccior: hic magis, ille minus calidus. Nam frigidus ſanguis nullus eſt.

De ſanguine ſuillo.

Sanguis ſuillus humidus eſt, & minus calidus, humano maxime temperie ſimilis. Siquidem & carnes ſuum humanis ſunt ſimiles. Comperti enim ſunt hoſpites & coqui complures qui humanas carnes pro ſuillis venderent: tametſi qui eas ediſſent, nullum omnino diſcrimen percipere potuerint. Quin & ipſe narrantes audiui viros fide dignos ſeſe in diuerſorio publico ius eſitaſſe delicatum cum carnibus ſuauiſſimis: cæterum quum iam penè ſaturi eſſent, inueniſſe digiti partem anteriorem, quæ videlicet ad vnguem eſt. quo perculſi, ac metuentes eos qui agebant in diuerſorio, ne ſcilicet ſe quoque vorarent, ceu ei rei aſſueti, protinus quidem illinc exiere, ac vomitu redditis quæ ederant, ita iter denuo ingreſſi ſunt. Sed & in ipſo facinore homines mactantes deprehenſos nõ ita multò poſt referebant. Itaque iure quiſpiam exiſtimet ſuillum ſanguinem humano eſſe ſimillimum. Ex tali enim ſanguine tum prima conſtat generatio, tum poſtea nutritio carnibus. Itaque quiſquis ſanguinem humanum morbo alicui vtilem eſſe ait, in ſuillo primum id comprobet: ac ſi non eandem, ſaltem ſimilem actionem oſtendat. Nam & ſi aliquatenus inferior ſit humano ſanguine, ſaltem aſſimile quippiam efficiet: quo cognito, ab humano pleniorẽ fore vtilitatem ſperabimus. Nam ſi ne paulum quidem promiſſis reſpondeat, non erit cur in humano experiri oporteat. Quip-

Sanguis ſuillus

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 241 sur 277

pe ſimilia efficere poſſe ſimilia, experti ſumus. Nam columbæ ſanguinem Pergameni noſtri, atque adeò per totam ferè Aſiam qui capitis oſſa confracta perforant, in craſſum cerebri inuolucrum effundere aſſolent. Poſtea quidam quum haberet palumbum, nec eſſet ad manum columba, vſus eſt palumbi ſanguine, & tamen ſeruatus eſt homo ille. Et alius turturem eundem ad vſum applicans, nihil hominem læſit. Siquidem ſimilibus ad eoſdem vti affectus, vbi quæ antea expertus ſis non adſunt, vnum eſt ex confeſſis, & experientia comprobatis. Et humanæ vitæ pleraque hunc in modum peraguntur.

Hæma periſteras. Sanguis columbæ.

Porrò quoniam exempli vice mentionem feci ſanguinis columbini, nihilo deterius fuerit iam ipſum ſermoni proponere. Siquidem eo ad hypoſphagmata in oculis conſiſtentia quidam vtuntur, protinus videlicet ſumentes qui ex animante mactata effluit. Nam calidum in hypoſphagmata affundunt, venis ad alarum exortus inciſis, quòd videlicet ad multos vſus idem animal ſufficiat. Alter pullorum tenerorum extractis pennis, (ſunt autē hæ molles, & fiſtulas humore plenas obtinent) eum ipſum humorem exprimebat, oculis inſtillans. At alijs medicis cōtrouerſia fuit, pulli ne ſanguinem, an colūbæ adultæ meningi affundere oporteret: & an maris, an fœminæ. Ego vero ſexcentos noui eorū quibus Romæ perforata fuere capitis oſſa, nec quicquam ab vſu roſacei citra columbę ſanguinem, offenſos. Verum id calidū ſit æque atque columbæ ſanguis, neceſſe eſt. Ac fortaſſis ipſa tantum caliditatis in contactu moderatione eſt vtilis, haudquaquam eximia & incognita facultate. Adeſt illi quoque bona facultatis tēperatura. Sed quid hoc? Nam & hæc roſaceo ineſt, præterquam quòd leuiter adſtringat. Itaq; melius inuenire nihil poſſis in capite perforato, quàm vt roſaceo probo vtare. Indicaui autem ſuprà quo pacto oporteat roſaceū de quo queri non liceat, præparare. Sed & collyria ſunt plurima quæ medeantur hypoſphagmatis, & maxime quod plurimā recipit myrrham, quale eſt quod à Damocrate compoſitū eſt, quod vocant diaſmyrnon. Secūdo ſunt quæ habent multum thuris: poſt quæ ſunt quæ ex croco conſtant. Quin & fœnigręci ſuccus ſanguine columbino in hoc vtique præſtat. Quid ergo moramur aut columbos, aut palumbos, aut turtures? quum omnium medicamentorum paratu facillimum habeamus fœnumgræcum? tum memorata collyria in promptu ſeruemus? Ad eundem modum nec noctuę ſanguine ad difficulter ſpirantes egebimus: quanquam ſunt qui non ſanguinem bibendum exhibeant, ſed ipſam iubeāt coctam edere ex albo iure. Ac ſanguinē quidem alij aquæ, alij vino inſtillantes exhibent. Et fuit etiam quidam qui immodice hunc ſanguinem apud mulierem aſſidue difficulter ſpirantem extolleret: & cum rogarem qualem ab eo ſciret curatā ſpirandi difficultatem, ne id quidem nouerat quòd plures eſſent. Et ſanè in muliere quidem eſt vſus, verum profuit nihil,

Hæma nycteridos. Sanguis veſpertilionis.

Vide gal. 4° de offic. phar. ſect 1 cor. pag. 126. Sicut nec ſanguis verſpertilionis: quem ſcribunt quidam ſi virginum vberibus illinatur, plurimo ea tempore ab extuberatione tueri. Eſt autem & ipſum falſum: veluti & quòd enaſci ſub alis pilos prohibeat: id quod recte Xenocrates tanquam mendacium calumniatus eſt. Verum ipſe cenſet poſt illius vſum aut chalcanthon inſpergendum, aut ſemen cicutæ. Aitque vbi hoc factum erit, aut prorſum pilos

non prodituros,aut certe lanuginoſos : ceu leue atque exile medicamentum adde-
ret cicutæ ſemen, ac non per ſeſe ſufficiat ſtrenue refrigerare partes quibus fuerit
impoſitum. Alij vero & puerorũ pudendis ſanguinem veſpertilionis illinũt, credẽ
tes ita diutiſſime eas partes à pube ſeruari poſſe immunes. Atqui non oportebat
putare diutiſſime,verũ perpetuo fore tales:velut exiſtimant & alas. Ergo ex refri-
geratione partis vehementi eiuſmodi quippiam poſſe contingere, non eſt à ratio-
ne alienum. Non tamen adeò frigidæ facultatis eſt veſpertilionis ſanguis. Nam in
totum nullus ſanguis frigidus eſt. Sunt tamen non pauci qui pro alimento habent
ſanguinem leporis,gallinarum,& capratum:verum leporis & gallinarum complu
res etiam eorũ qui vrbes incolũt : at agreſtes,ventres ſuos capratũ ſanguine vna cũ
adipe implent,vti Homerus ait ſolitos ſponſos Penelopes. Sed nũc non tractatur
de ijs quę ciborũ loco ſumuntur,ſed quæ adhibẽtur vt medicamenta. Sed quædam
ſunt,vti ſupra poſui, alimenta ſimul & medicamẽta:quorũ hic facienda mentio eſt
quatenus medicamenta, non quatenus alimenta. Etenim qui aqua inter cutẽ labo-
rantibus ſanguinem caprarum cũ melle exhibuerunt,eũ vt medicamen,non vt ali- Sanguis caprarum
mentum obtulere:tum qui ad dyſenteriam toſto eo,& ad ventris fluxum ſunt vſi.
Videturque mihi quiſpiam craſſam eius eſſentiam & terream cum caliditate exic-
catoriam eſſe ſuſpicatus, ad hunc vſum perductus. Porrò galli gallinæq; ſangui-
nem cum ab ipſis ad meningum hæmorrhagiã ſcriptum inueniſſem : nec magnum
quippiam effecturum ſperaui,nec auſus ſum experiri. Simul enim metuebã ne cu-
rioſus & ſtolidus viderer,ſi tantis tamque probatis remedijs ſemel præteritis, con
fiderem ſanguinem gallinaceum illis plus poſſe præſtare. Simul vero quũ eiuſmo-
di ſanguinis eruptio admodum ſit periculoſa, non eſt mihi viſum fore honeſtum
ſi ad ea quæ inexplorata eſſent, tranſiſſem. Siquidem periculoſa eſt eiuſmodi expe-
rientiã,& quæ ſolis regibus in homines noxios merito vſurpatur. Deſperabam ve
ro etiam de ſanguine agnorum,quem quidam comitiali morbo mederi potũ ſcri- Sanguis agnorum
pſerunt. Itaque nec hunc quidẽ etiam experimento dare ſum auſus. Quod ſi quis
experiri volet,certo ſcio damnabit qui talia ſcripſerunt. Siquidem quæcunque po- Epilepticis potus
tu iuuant epilepticos,ea facultatis ſunt incidentis. At ſanguis agninus omniũ mi-
nime talis eſt. Porrò quod de hœdorũ ſanguine prodidit Xenocrates, cum exiſti- Hœdorum ſanguis
maſſem non eſſe impoſſibile, ratus ob aceti miſtionẽ poſſe aliquid efficere,perſua-
ſi cuidam in agro degenti,ac rei ruſticæ quidem ſtudioſo, cæterum primis diſcipli-
nis erudito:retulitque ſe in duobus ſanguinem expuentibus vſum, nõnullam vti-
litatem expertum. Cæterum illorum neuter,ex ijs quæ mihi narrabat,neque ex ar-
teria,neque ex larynge aut pulmone expuiſſe viſus eſt. Xenocrates igitur in pri-
mo libro de percipienda ab animantibus vtilitate, vbi de hœdis diſſerit, ſcribit in
hæc verba. Ad hæmoptoïcos,hoc eſt ſanguinem ſpuentes,admodum vtile. Opor- «
tet autem [hœdorum ſanguini] nondum concreto plus minus menſura ſemicoty- «
læ tantundem admiſcere aceti acris, idq; feruefactũ trifariam partiri,& in ſingulos «
dies ſingulas partes exorbẽdas præbere. Itaque liceat tibi forte fortuna in agro de- «
prehenſo vbi reliquorũ fuerit inopia,hoc vti,cum citra periculũ id experiri poſſis.
Vrſorũ vero ſanguis ſi abſceſſibus imponatur,fieri poteſt vt concoquat. Adijciam Vrſorum ſanguis
vero etiam Caprinum,Hircinum,Taurinum:licetq; tibi,ſi voles,præteritis decem
milibus medicaminũ paratu promptorũ,quibus coquũtur abſceſſus,vrſos,tauros,
ac hircos mactare,quolibet ſcilicet vſu. nec enim quiſpiã ſemel impoſito in partem

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 243 sur 277

medicamento promiſſum eius exiget, nec etiam ſi refrixerit vt iam cogatur.

De ſanguine viridium ranarum.

Vide gal. 4. de rat. hyer. ſect. 3. hor. pag. 126.

Porrò quum aſſereret quidam ſanguinem viridium ranarum, paruarum ſcilicet, quas quidam brexantes nuncupant, ſi euulſis ex palpebris pilis inungeretur, vt in poſterum ne recreſcerẽt prohibiturum, falſum id comperi facto periculo. Poſtea vero ſcriptum à quibuſdam reperi illud ipſum, ſicut etiam crotonum, quos potius veteres appellitant Cynoraiſtas. Verum nec hic facto periculo promiſſa præſtitit.

De ſanguine Crocodili, & reliquorum.

Cęterum an Crocodili terreſtris ſanguis viſum acuat, ne id quidem experiri voluí, quum haberẽ probata aciei exacuendæ medicamina, quæ græci vocant ὀξυδερκῆ. Neq; an admiſſariorũ equorum ſanguis cruſtam moliatur, & ſepticus ſit: neq; an muriũ domeſticorũ ſanguis verrucas quas vocãt ἀκροχορδόνας, decidere faciat. Nam aliorũ fuit mihi magna ſemper copia & ad hoc pathema, & quod ægrius illo medicabile eſt, nempe ad vocatam myrmeciam: & cauebam ne præſtigiaturæ opinionem merito referrem, cum iam etiam improbi quidam medici ex diuinandi quapiã arte, non ex ſpeculatione medica me in morbis ſolere prædicere calũniarentur.

γάλα. Lac.

Lac bifariam hoc vtimur, partim vt cibo, partim vt medicamento. Sed quid valeat vt cibus, in curãdi methodo alibiq; expoſitum eſt: at facultatem eius ceu medicamenti, eam nunc explicabimus: ac primum illud commonebo, quod paulo ante de ſanguine, quòd non de morbido lacte, ſed de naturali cuiuſq; animantis, ea quæ dicenda ſunt intelligere oporteat. Igitur lac ſaniſſimum, velut etiam ſanguis, purũ ſyncerũq; eſt, nec amaritudinis nec acrimoniæ aut aciditatis aut ſalſedinis aut fœtoris particeps: ſed vt dixerit quiſpiam, bono odore præditum, aut odoris expers, aut certe exiguum odorem bonum referens. Clarum etiam eſt id eſſe debere guſtu ſuaue, pauculam habens dulcedinem, ſicut & ſanguis integræ ſanitatis, ex quo & lacti conſtat generatio. Tale lac ad acres & mordaces fluxiones eſt vtiliſſimum, non abluens tãtummodo eas à partibus afflictis (eſt enim id illi cum aqua commune) ſed & corpora illinens, vt non in nuda cadat quod defluit. Nec in hoc dũtaxat aquę præſtat, verum etiam quia colluit, vtpote extergentem in ſeſe humiditatem continens, quã vocant ſerũ: id quod colluit, diluitq; corpora: reliquo autẽ quod craſſum pingueq; eſt collinitur, non aliter quàm pinguedo, adeps, atque oui albumen, & ceratum ex eloto oleo ceraque confectum. Nam & hæc ab acribus humoribus natas mordicationes mitigant, corpora videlicet oblinẽdo, ipſa naturæ minime mordacis. Porrò cũ lac omnium facillime alteretur, præſertim ſi ambiens fuerit calidus, multũ à dicta facultate amittit, niſi protinus quis ab vberibus effuſo calido etiamnum vtatur. Maxime igitur mulieris bene habitæ, & bonam victus rationem ſeruantis, lacte vtendum, (nam id humano corpori eſt familiariſſimum) deinde aliorũ animalium, quæ quidem ab humana natura non longiſſime abſunt: id quod ſcies ex carnium odore. nam faſtidioſus eſt & iniucundus eorũ quæ multũ diuerſam habent temperiem, ceu canis, lupi, leonis, pardalis, vulpis, hyænæ, vrſi, & ſimiliũ. non iniucundus autẽ eſt eorum quæ non porro abſunt: vt ſuis, capræ, equæ, bouis, ouis, aſini. Quocirca etiam homines docti experientia, caprino, ouillo, bubulo, aſininoque vtuntur lacte, & caſeos ex eis conficiunt, excepto aſinino. Nam id plane

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 244 sur 277

tenue eſt,& plenum humoris ſeroſi,velut bubulum craſſum.cæterum conſiſtentia medium caprinũ eſt. At ſus crudum aqueúmq; lac obtinet. Porrò lac omne ex tribus cõſtat eſſentijs,caſeoſa,ſeroſa,pingui.hanc plurimã habere cõſpicitur bubulũ: ex quo conficitur & id quod butyrum nominant, concoquentis & laxantis facultatis: quamobrem maxime illo vtuntur ad parótidas & bubonas.

Butyrum

Serum lactis.

At ſerum, vt dictum eſt,extergendi potentiã poſſidet, adhibetúrq; ſubducẽdi ventris gratia, ac per clyſteres injicitur,extergens & abluens ſine mordacitate inteſtinorũ acrimoniam. Præterea ſi quis vlcera quæ ſanie infeſtantur acri,vice aquæ ſero colluat,optime ſanè fecerit. Præterea quæcunq; medicamenta digerere ſolent ecchymomata & atra, ea præſtat ſero quàm aqua diluere. Sic etiam eo vtimur ad ſuggillata & hypoſphagmata, peculiaribus ad hæc medicamentis cõmiſcentes. At caſeoſum illud & craſſum ipſius lactis magis illitum adhæret, & eo nomine acrimoniam retundit. Porrò vbi aliam quampiam deſiccantem facultatem habuerit adiunctam, optimum eſt remedium dyſenteriæ,& omnium vẽtris acrium fluxionum. Eam accipit à lapidibus qui prædecocto ipſi injciuntur igniti. Porrò eos eſſe oportet quos vocãt κάχληκας. Et lac eouſq; decoqui debet,dum pleraq; ſeroſi in eo humoris abſumpta pars fuerit. At nos iniectis ferreis in ipſum cylindris candẽtibus,eandẽ aut etiam meliorẽ facultatẽ efficimus. Nam ferrũ adſtringentis quoq; (vt eſt dictũ) facultatis eſt particeps: ac proinde cylindros ego cõplures effeci huius gratia, ad fines veruum propendentes, quò videlicet quis manubrio ignitum ferrum facilè igni eximat.& ſicut cauteriorum, ita horum manubria pannis inuoluo. Porrò lac totum ad acres oculorum fluxiones tum per ſe tum cum mollium collyriorũ quopiam eſt vtile,prẽterea ad hypopia,& hypoſphagmata. Quinetiam palpebris extrinſecus,vbi qui ophthalmia laborant,ſomno ſeſe dabũt,impoſitum ſimul cum roſaceo & ouo, phlegmonas eorum concoquet. Sed hoc eſto lac mulieris recens ex mamillis expreſſum. Infundimus ipſum & vtero vlcerato tum per ſeſe,tum ijs medicamentis cõmiſcentes quibus miſceri poteſt, vtiq; citra morſum curãtibus,& vbi in ſede vlcera mitigamus præ ſaniei acrimonia dolentia,aut phlegmonas aut ſtolidas perpetientia. Sic & ad vlcera pudendorum vtimur,& omnia quę leniri poſtulant ſiue ob phlegmonen,ſiue ob morſum, ſiue ob malignitatẽ. Eapropter & cancroſis applicatur vlceribus, medicamentis anodynis commiſtum, qualia ſunt quæ conſtant ex pompholyge. Et quid attinet cõmemorare quòd ore contentum & collutum gargarizatúmq; vel maxime phlegmonas eius mitigat? Sed & tõſillas & columellam & antiadas phlegmone affectas admodum mitigat, & proinde & ſynanchen ſiue anginam. Atq;, vt ſemel dicam, medicamentum eſt leniens (græci vocant περικοπικὸν) totam quidem ſubſtantiam habens mordacitatis expertem, ſed multo magis vbi concoctione moderata potiſſima pars ſeroſi humoris abſumpta eſt. Sic mihi videntur etiam medici ad venena quæ eroſione interimunt, lac dari ſuadere, velut ſunt lepus marinus,& cantharis. Sed & ſunt qui exhibent ijs qui aconitum & thapſiam ſumpſerint. Sed hæc ex ratione fecerunt. Alia vero palã mentiti ſunt, vt de lacte canino quòd in palpebris pilos renaſci prohibeat,ſi prioribus euulſis ei loco foret illitũ vnde pilorum radices extractę eſſent. Ad eundem modum qui ſcripſerũt quòd celerem pilorum in pudendis exortum reprimat,ſi quidem foret ante pubertatem illitum, quiq; quòd fœtus emortuos

Lac Gſtulatum ad dyſenteriam

Gargariſma ex lacte

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 245 sur 277

eijceret potum, verum non protulere. Sed & alia quędam præstigiaturis contaminata, tum de horũ tum de aliorum quorundam animalium lacte conscribunt, quæ me ab initio dicturum negaui, etiamsi experientia didicissem vera dixisse.

Caseus.

Caseus. Sermoni qui habetur de lacte, annectendũ est de caseo, propterea quod lac sit coagulatum ac glaciatũ: non tamen vniuersa lactis essentia in caseos cogitur, sed quod crassum est dũtaxat, scilicet tenui seroso secreto ac separato. Porrò dictũ est habere lac in se naturam quandam pinguem & oleosam: eámq; plurimam esse posui in bubulo: ac vbi à reliquo lacte seiunctum fuerit, solúmq; per se constiterit id pingue, butyrum appellari. At vbi cum toto lacte coagulatum fuerit, seroso dũtaxat humore per coagulationẽ separato, pinguem caseum effici. Fiúntq; hoc pacto casei bubuli quidam adeò pingues, vt ex ijs effluat quiddam ad speciem olei. Porrò tum hi tum reliqui omnes temporis spatio acriores tibi apparebunt, siue gustes, siue olfacias. Itaq; cum mihi olim caseus allatus esset bubulus, quẽ ex odore acrem esse conijciebam, abieci: & iam à famulis absumptum putabam: cæterũ illi talia seruare soliti, longo pòst tempore ex promptuario proferentes, quidnã de illo fieri iuberẽ rogant. Cum igitur edendo non esset propter acrimoniã, ludicrũ nobis problema extitit, proponentibus cui rei quis illum vtiliter posset accommodare. Interea cum ad me arthriticus quispiam in curru cõuectus esset, tophos quos græci τοφους nuncupant, in articulis habens: subijt mihi crure suillo salso decocto, caseum eo decocto macerare, ac probe in mortario subigendo vnitum, tophis imponere. Et sanè arthriticus ab hoc medicamine magnifice adiutus est. Nam rupta sponte sua cute, absq; incisione videlicet, effluxere quotidie citra dolorem tophorũ particulæ. Vbi autem totus qui apud me erat caseus fuisset absumptus, talem sibi alium cõparans arthriticus in posterũ seruauit, & postea rursum vsus est inueterato. atq; vbi tunc quoq; idem percepit commodum, sæpius deinceps vti perseuerabat: & quosdam amicorũ similiter affectorũ docuit. Atq; id quidem nos excogitauimus, cæterum comprobauit atq; confirmauit experientia. Porrò recentem, qui inueterato contrarij est temperamenti, quandoq; homini in agro degenti moderatæ magnitudinis vulnus habenti imposui, antea videlicet ad læuorẽ tritum. Extrinsecus autẽ illi imponebam folia lapathi. Possint vero etiam, si hæc nõ adsint, folia superponi vitis, aut platani, aut betæ, aut lactucæ. At ipse quidem caseus vulnus glutinauit, eratq; etiamnum mollis. Alius vero qui vocatur & in patria mea Pergamo & per superiacentẽ Asiã oxygalactinus, magnũ rustici vulnus cõglutinauit impositus. Nam recẽs coagulatus ac mollis repercutiẽdi vim obtinet, nimirũ leuiter refrigerans. At oxygalactiuus præter hæc, digerendi insuper leuem quandam vim possidet.

Butyrum.

Butyrus, aut butyrum, vtcunq; nominare voles, siue masculino siue neutro genere, fit quidem, vt supra dictum est, ex eo quod in lacte pinguissimum est. Miror autem quo pacto Dioscorides ex ouillo & caprino cõfici referat. Ego nanq; ex bubulo fieri noui, ac proinde nuncupatum esse butyrum existimo. Facultatis est cõcoquentis, paulum habens etiam digerendi potentiæ, in medijs nimirum corporibus secundum duritiem ac mollitiem. Nam id semper memoria tenere oportet, quicquid simpliciter ac sine addito profertur, de medijs temperatura corporibus intelligi. Nam corporũ planè durorum tumores præter naturam hoc nequit me-

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 246 sur 277

dicamen digerere. At quæ in mollibus ſunt phlegmonæ, eas & cõcoquit & digerit perfacilè. Nam parotidas & bubonas, & oris phlegmonas, aliaq; innumera prorſum illo ſolo curauimus, nimirũ puerilibus corporibus ac muliebribus perpetientibus. Sed & gingiuis puerorum dentientium aſſidue illitum, nihilo imbecillius melle gingiuas extenuat, per quas exitus eſt dentibus: & alios omnes in ore affectus phlegmonoſos, poſteaq; fluxio reſtiterit, digerit pariter & cõcoquit. Proinde cataplaſmatis inditur quæ extrinſecus imponuntur parotidibus, hypochondrijs, & bubonibus. Sed & in ventrem deuoratum, & ex eo diſtributum, magnifice cõfert expuitionibus ex pulmone, idq; in pleuriticis & peripneumonicis affectibus, cum hoc q; eos etiam cõcoquat. Atq; ſi ſolũ lingatur, magis quidem cõcoquit, verũ minus educit. ſin cum melle & amygdalis amaris, plus educit, ſed minus cõcoquit.

Pytia. Coagulum.

Coagulum omne acris ac digerentis potentiæ eſt, ac nimirum etiã exſiccatoriæ. nam neceſſario id ſuperiora comitatur. Ac leporis quidem coagulum comitialem morbum, ſi cum aceto ebibatur, præterea profluuium muliebre ſanare proditum eſt: ſed & lac in vẽtre coagulatum diſſoluere: quod certe & nos experti ſumus, non ſolum in leporino, ſed etiam in aliorum animalium omniũ coagulo. Attamen leporinum omnium eſt preſtantiſſimum. Sed & ſanguinem in ventre concretum ſimili modo epotum diſſoluit, ac efficacius quidem cæteris, verum non ſolum, quod quibuſdam ſcriptum legitur: ſed & hoc cõmune eſt omni coagulo. Quidam autẽ ſanguinis ex thorace reiectiones leporinum coagulum epotum ſupprimere prodiderunt: cæterum nec alium quenquam eo vſum noui, nec ipſe ſum auſus acri vti remedio ad affectum adſtrictionem poſcẽtem. Porrò coagulum equinum ad dyſentericos & cœliacos peculiariter accommodari ſcripſerunt nonnulli.

Coagulum phocæ.

At phocæ coagulum eximie aptum eſſe quidam prædicant, tanquam vires obtineat caſtorij. Verum quæcunq; proditum eſt quodq; coagulum ſecundum eſſentiæ ſuæ præſtare proprietatem, non eſt nunc tempus exponere.

Chole. Fel.

Hic ſuccus omniũ quæ in quoq; ſunt animalium, calidiſſimus eſſe demõſtratus eſt. Itaq; ſicuti ſanguinẽ & carnes diſſimiliter temperata obtinẽt animalia, eadem ratione & fel. Quocirca calidiſſimorum fel, aliorum quoq; animalium fel excellere neceſſe eſt: & quæ illis minus ſunt calida, proportione & hunc humorem illis ineſſe minus calidum, quãto ſcilicet & in alijs ſunt inferiora. Didiciſti enim quatuor eſſe vniuerſos in vnoquoq; animali ſanguineo humores, ſanguinẽ, pituitam, & bilem tum flauam, tum atram. Didiciſti porrò ex more non tãtum medicis ſed & latinis omnibus bilem flauam abſolute efferri bilem, tanquam ſubaudituris qui audiũt, coloris cognominationem. Atram vero non ſimpliciter nuncupari bilem, ſed cum addito, nempe hoc totũ, atram bilem. Sed & quòd flauam bilem nonnunquã pallidam cognominant, noſti: & quòd in veſica iecoris interdum pallidam, interdum flauam in confectionibus animaliũ conſpicimus. Audiſti porrò flauam tanto eſſe pallida calidiorẽ, quanto & craſſiorem. Nam ſeroſo recremento flauæ bili cõmiſto pallidam conſtitui contingit: ſicut & flauam pluſculum excalfactam conſiſtentia reddi craſſam, colore autem flauam. Quin & in animalibus apparet flaua quidem ijs quæ magis ſunt calida: quæ vero minus, pallida. Et vbi calida animalia aut fame

aut ſiti torquẽtur,ad atrum colorem vergit,interim illum habens æruginoſum,interim cœruleũ,interim Iſatidis,qui quidem magis eſt colore braſſicæ fuſcus. Itaq; & tu bilis colori diligenter intendito cum medicamentum præparabis cui admiſcẽda eſt bilis. Miſcent autem cycliſcis vocatis & trochiſcis,qualis eſt Andronis & Polyidæ & Paſionis,& Bitinus, qui tauri recipiunt bilem. nam vbi ea medicamẽta præparant quæ ſunt vtilia ad oculos,hyænæ,galli,perdicis,& aliorum quorundã animalium bilem adhibent. Porrò taurorum bilis calidior eſt & ſiccior quàm boũ caſtratorum. Nam caſtratũ animal ſemper ſimile redditur fœminæ,& ijs quæ ſunt ætatis minoris. Itaq; ſicut hæc humore ſuperant adulta & perfecta,vincunturq; ab ijſdem caliditate: ad eũdem modum bos caſtratus à tauris. Et quorũdam ego taurorum bilem vidi cœruleam,flaua nimirum ſuperaſſata: quam ſanè in præparandum injci medicamẽtum vetui,ſumpto illius loco alterius tauri bile mediocriter flaua. Nam ille vinculis violenter tractus,ſupra modum fuerat defatigatus. itaq; eo labore cum excanduiſſet, clarum eſt temperaturam eius fuiſſe calidiorem: probabileq; eſt ſic violenter pertractum tum ſitiſſe,tum etiam eſuriuiſſe. atq;,vt ſummatim dicam,velut vrina à modica potione modice pallere,& ſitim famémq; & multum laborem perpeſſis flaua eſſe cõſpicitur, impletis vero atq; inebriatis albida: ita & bilis colores variat, ad flauius quidem per exercitia, inediam,& ſitim: ad candidius vero in contrarijs. Scito ergo ſi præparando medicamini bilem impenſe flauam injcias,calidius te id effecturum. ſi pallidam,mediocriter calidum. ſin exolutam & aqueam,tanto imbecillius temperie conuenienti, quanto & bilis ad candidius fuerit verſa. Sic qui occluſas hæmorrhoidas taurino felle aperiunt, ijs interdum imbecillum,interdum vero ſupra quàm conueniebat acre apparuit. Quãquam nonnulla quoq; diuerſitas exiſtit pro corpore cui adhibetur, prout ſcilicet promptiore ſenſu aut hebetiore fuerit, tum perfacilè patiens,aut difficulter. Verum in ipſa bile non parua viſitur (vt dixi) varietas. Nam idem homo à pallida minus,à flaua bile plus mordicatur. Liquet itaque vel ex eo quòd hæmorrhoidas aperit,quàm ſit hic humor acris. ſed & illis ipſis qui vtũtur, mordicare percipitur. Ac proinde cauemus ne ad alium morbũ aut ſymptoma bilem vſurpemus ſolam ac per ſe. Nam propoſiti cycliſci pauculum bilis accipiunt. Ac quæ ad oculorũ acutiem componuntur medicamẽta,partim hyænæ,partim perdicis,partim galli,partim alterius cuiuſpiam bilem accipiẽtia,admiſtum habent tum mel, tum fœniculi ſuccum,tum opobalſamum. Porrò animalium quorũdam ſingulariter bilis à medicis extollitur, tanquam aciem exacuat oculorum; & ſuffuſionum initia digerat, velut piſcis quem vocant callionymon,hyænæ, & ſcorpij marini,tum galli, & perdicis. At ſuilla adeo omnium imbecillima eſt,vt ne vlceribus quidem toleratu ſit grauis: & apparet omnium bilium maxime aquea,exceptis ſylueſtribus ſuibus,& ijs quæ degunt in montibus. Nam vt harũ caro & calidior & ſiccior eſt, ita & bilis. Porrò domeſticarum ſuum bile vtuntur quidam ad vlcera aurium,medicamento vtiq; non reprobo. & tu quoq; vbi compoſitorum nihil adfuerit,vtitor. ſunt enim innumera. Sed & pro affectus magnitudine alia etiã atq; alia alterius animalis bilis poteſt congruere. Nam vbi vlcus diuturnum fuerit,multámq; ſaniem puſq; contineat,etiã ſicciorem bilem perferet,puta ouium, quæ paulo eſt acrior ſuilla: hac etiã magis caprarum: cui adſimilis quodammodo eſt vrſorum,& boum. At taurorum his valentior eſt, inferior tamen bile hyænarum. & hæc quoq; inferior bile callio-

nymi,& ſcorpij marini,& marinæ teſtudinis. Porrò hirci agreſtis bilem ſcripſere quidam prodeſſe luſcioſis, ſiue nyctalope vexatis. Cæterum volatilium animaliũ biles omnes tum acriores ſunt tum ſicciores quàm quadrupedum: & inter ipſas quoq; volucres gallinarũ & perdicum biles ad medicinæ vſum probatiores habentur. Miluiorum vero & aquilarũ, impendio acres ſunt: ſed & erodũt: quamobrem colore viſuntur ærugineo, ac nõnunquam atro. His itaq; earũ cognitis differentijs, atq; affectibus qui plus quiq; minus deſiccari poſtulant cognitis, ſi vnã modo quãpiam opere fueris expertus, inde ad alias tranſire poteris per methodum: vt ſemper quæ commoda ſit adhibeatur. Nam cum velut in coniectura ſita ſit cuiuſq; facultatis vehementia, à definito quopiam principio ad materiam inexploratam tranſire oportet: ac à prius explorato, exceſſus qui in illis conſiſtunt diſcere. Sed & notas quaſdam luculẽtas ego expoſui tum à bilis colore, tum ab animaliũ tẽperie.

Hidr⁹s. Sudor.

Sudor. Vnus hic eſt humorum in animantis corpore prouenientium, & eãdem habens materiam quam vrina, & eundem generationis modum. Siquidem vtriq; ex bibito humore conſtat generatio, excalfacto ſimul in corpore, & bilioſæ nõnihil ſubſtãtiæ adepto. Verum ſudor plus eſt elaboratus, vtpote qui ad cutem vſq; permeatis omnibus quæ interſunt partibus, peruenit. Attamen ſudores inter ſeſe & vrinas differre neceſſe eſt, tum pro animalium temperaturis, quæ & natura & per ætates non parum à ſeſe inuicem ſunt diuerſæ, & pro ambiẽtis nos aëris temperie. Clarum autem eſt, etiamſi aliquando in ſermone omiſſum fuerit, pro tempore anni, & præſenti conſtitutione, præterea pro regionibus diuerſitatẽ effici in animantium corporibus non paruam. Nam compẽdij gratia vno capite cõplecti eiuſmodi omnia ſoleo, nempe pro cingentis nos aëris temperie ea mutari dicens. Etenim diuerſitatem regionum quæ eſt in caliditate & frigiditate, hic cõprehendit, vt tempus anni, & præſentem præteritamq; conſtitutionem. Quum ergo ſermo fuerit de vrinis, aut ſudoribus, aut ſanguine, aut pinguedine, aut adipe, aut quopiam in corpore nato, diuidentibus videlicet nobis eas quę in animalibus viſuntur differẽtias, de ſanis corporibus ſermo intelligẽdus eſt mediam proprię ipſorum temperaturæ cõſtitutionẽ habentibus. Sic ergo & ſudor ſalſæ & ſalſuginoſæ vocatę qualitatis eſt particeps, guſtus teſtimonio probatur. Nam ſæpenumero nolentibus in os defluens, dictam qualitatem indicat. Sæpe vero etiam non obſcuram præfert amaritudinem. Attamen & color eius naturam deſignat. Nam ſicut vrina naturalis modice eſt pallida, ſic & ſudor. Verum id facilè cognoſces in ijs qui lauantur, quũ abſq; oleo ſtrigili radũtur. Nam ſudor in cauo ſtrigilis colligitur, colorẽ quem dixi ſimul & guſtũ præferens, ac euidenter ſalſedinẽ habens, ſed obſcure amaritudinem. Verũ de vrina plus etiam quàm cõueniat medici ſcripſerunt, propterea nimirum quòd large ea in omnibus hominibus tum priuatim tum publice quotidie colligatur. At de ſudoribus aut nihil, aut quæ curioſa ſint potius, & pręſtigiaturæ obnoxia: & inſuper ſcripſerunt alij ſuperuacanea, quæ per aliã fieri poſſent materiã. Porrò ſudor etiã in palæſtris miſcetur exercẽtium ſordibus, quẽ quidam curioſe Atticam ſectãtes linguam, Coniſalon vocãt: cõfertq; tenuibus ſordibus ac ſimplicibus vt tumores præter naturam per halitum digerant. Nam illæ plus repercutiũt, minus autem digerunt: at poſt adiunctum exercentium ſudorem acquirunt multum facultatis digerentis. Ergo in phlegmonas vberum ſolæ hæ ſordes impoſitæ, efficaciori ſunt

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 249 sur 277

©BIUM

remedio. Sin ſicciores videbũtur, cyprinũ ſuperũgito: & ſi valde etiã ſiccę, cyprino item ſubigito. Præſtat autẽ non ſiccas ſed molles accipere. Porrò ſi non adſit cyprinum, roſaceum bonum miſcuiſſe ſufficit. Hoc medicamentum admodum eſt vtile ijs quibus à partu reſtinguere lac conſilium eſt, eo nomine, quòd in mammis coaguletur in morem caſei. Hinc orſo, ad alios affectus ſimiles vti licebit. Atque ego ſanè ad bubonem eo vſus, celeriter diſparuiſſe tumorem conſpexi.

Vrina.

Dictum quidem eſt de tota eius natura in ſermone de ſudore, diceturq; & nunc quòd quanta eſt in animalibus bilis diuerſitas, tanta item ſit in vrinis. Atq; omnes quidem facultate ſunt calidæ, ſed plus tamẽ animalium calidiorum, minus autem frigidorum.

Vrina humana.

Vide de ijs eius ἐγκεφαλικὰς ac ſimul auriculæ 2. methodorum cap. 3.

At vrina hominis, omnium propè aliarum vrinarum eſt imbecillima, exceptis porcis domeſticis, quibus execti ſunt teſtes. Nam illorum ſimilis eſt totius corporis temperatura, tẽperiei hominum, & vrina ſimiliter debilis. Verum montanorũ aprorum valida eſt, vt etiã ex odore apparet, qui vtiq; acerrimus eſt. Sed & in alijs animalibus ex odore vim eius cõijcere liceat. Nam vrinas illas deguſtare planè eſt abominandum, quum ne pueri quidem vrinam vir quidam honeſtus vita pariter ac moribus ebibere ſuſtinuerit cum peſtifere ægrotaret in Syria, vbi cum multi vrinam puerorũ ſimul & virorum hauſiſſent, ſeſe hinc ſeruatos credebant. Cæterũ vrina hominum, vt ſi quid aliud, extergẽdi vim obtinet: quod cum alij multi ſatis indicant, tum maxime fullones, qui ſordida veſtium expurgant ea atq; extergunt. Hanc eius vim cum & medici conſpexiſſent, pſoras & lepras ea detergunt, perfunduntq; vlcera tum multa humiditate, tum ſordibus & impuritate ſcatentia, ac multo magis vbi putridum quiddam obtinent. Sed & pudendis vbi ſic afficiũtur, vrinã infundunt, & auribus pure fluẽtibus. Quin & achoras & furfures ea curant, capiti identidem perfundentes. At nos hæc facere odimus potius, cum ad manum ſint quæ illis cõducant alia medicamina. At vlcera digitorũ pedis, maxime quæ ex illiſione atq; offenſione eſſent inflicta, ſæpenumero, vbi nimirũ phlegmone careret, & ipſe curaui, eaq; in ſeruis, & hominibus ruſticis, quos iter ingredi abſq; medicis erat neceſſe. Siquidem linamento (μῶτον græci vocant) vlceri impoſito, ac inſuper linteo circũuoluto, quoties meiendi inceſſeret cupiditas, in digitũ digerere vrinam præcepi, nec ante ſoluere, quàm bene eſſet curatus. Nam & ſi quem alium ruri ſine medico agentem vrinam vlceribus perfundentem audiſſem, non vetui, vbi ſcilicet in partibus thorace inferioribus vſq; ad imos pedes vlcus cõſtitiſſet. Siquidem vlcera aut capitis aut faciei vrina perfundi ſinerẽ auerſabar. Attamen medicamentũ quod ex vrina pueri conficitur, quod quidam vocant chryſocollan, quia eo ad auri glutinationem vtuntur, ad vlcera difficilia ſanatu optimum eſſe aſſero. Fit autem id figura phiali, cõfecto mortario ex ære rubro, habẽte piſtillum eiuſdem materiæ, in quod meiẽte puero piſtillum circumages identidem, vt non tantum à mortario quid deradat, ſed etiam à ſeſe nonnihil deterat: id quod pluribus deinceps diebus peragitur, donec vrina craſſitudinem aſſequatur mellis. Faciendum vero id in ſole. Nam facilius in aëre eiuſmodi à mortario quid deteritur. Aut ſi ſol abſit, calidas eſſe ædes ſaltem conuenit. Hoc medicamento miſto ijs quæ curandis vlceribus rebellibus ſunt idonea, vtimur, vt dixi, ceu optimo. Nihil enim habet abominandũ

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 250 sur 277

perinde vt vrina capiti alterive parti infusa. Nam quid cõmemorem vrinæ potũ? Scripsere tamen medicorum quidam de subsidente in vrina, crasso illo videlicet & albo, dicẽtes id mederi erysipelatis. Sané ea erysipelata quæ ignea etiamnum sunt, & re vera erysipelata, calidorũ & acrium medicamẽtorum omnino nullum iuuare potest. Quæ vero per refrigerantia refrixere, tum hoc tum alia multa medicamina digerentia adiuuare valent. Atq; hoc quidem vti licebit vbi non in facie aut propé erysipelas cõstiterit, verum in artuum quopiam, aut dorso, aut ventre. At vrinam pueri orthopnœæ gratia ebibere necessarium non est, cum sint & alia medicamina quæ huic medeãtur affectui. Quin cum bibisset quidam, affectu liberatus non est: vt non eximium quid præter alia possideat.

Sielon. Saliua.

Sielon, siue Sialon, siue Ptyelon appellare libet, nihil interest. Verum id sciẽdum est, vim eius esse differẽtem tum in animalium speciebus, tum in eorum vnoquoq; sano & ægroto, ieiuno & sitibundo, aut cibo potuq; sumpto. Etenim vt vrina & bilis, sic etiã saliua sumpto quidem cibo imbecilla est: valida & acris eorum qui ingenti aut inedia aut siti premuntur. In medio vtriusq; est eorũ qui probe cõcoxere quidem, nondum tamẽ cibum potumve hausere. Hac ergo saliua nutrices pueris lichenas curant, paruum videlicet digitum rigantes, ac deinde cutem affectam confricantes. Idq; faciunt subinde, tanto scilicet interuallo, dum saliuæ vires in lichene perdurent, ac nondum sint extinctæ. Sed & triticum mandentes rustici non pauci furunculis imponunt. Nam celeriter eos & digerit, & concoquit: cum si macerarẽt aqua, non æque prodesset. Ex quo liquet saliuã iuuandi robur adferre. Atq; corporibus mollibus, aut puerorũ, panem, nõ triticum, imponunt, ore cõmansum. Porrò omnia sic commansa digerunt & suggillata, cæteraq; ecchymomata, maxime vbi panis simul cum pauco radiculæ fuerit commansus. Porrò tota substantia vel maxime aduersa est saliua bestijs hominẽ interficientibus, ceu alicubi etiam Nicander poëta refert. Pollicitus autem mihi quidam incantationem sese ostensurum quæ scorpios interficeret: vbi illam semel dixisset, in scorpium expuit: inde rursum eam obmurmurans, iterũ scorpium cõspuit: ac vbi tertio dixisset, atq; expuisset, mortuus est scorpius. At postea ego absq; incantatione à sola saliua occisum vidi scorpium, idq; celeriter à saliua esurientium aut sitientium, tarde autem ab illis qui cibo potuq; fuerant impleti: in alijs autem proportione.

De ijs quæ in corpore proueniunt.

Nascuntur in corpore cum alia præter naturam, quorum non est satis honestũ meminisse, tum etiam lapis in vesica: de quo scripsere quidam quòd lapides vesicæ comminuat. Atq; hoc quidem falsum est experientia iudicatum. Cæterum an renum lapides frangat, omnino experti non sumus, cum suppeterẽt alia ad hoc symptoma probata medicamina. De pure autem & id genus dicere supersedeo, id illis concedens qui his in rebus mirifici sunt, scilicet quibusdam cum præstigijs. Cæterũ stercus, vnum est inter ea quæ in corpore proueniunt secundum naturam affecto animali, veluti & aurium sordes. De vtroq; itaq; deinceps differam.

Copros. Stercus.

Copros, siue copron, siue apopatema appellari velis, perinde est. Scito autem hanc substantiam vim habere vel maxime digerentem. Verum stercus humanum ob fœtorem abominandum est. At bubulum, caprinum, crocodilorũ terrestrium,

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 251 sur 277

& canum vbi ossibus duntaxat vescuntur, neq; grauiter olet, & multa experientia non tantum nobis sed & alijs medicis me natu maioribus cõprobatum est. Siquidem Asclepiades, cui cognomentum erat pharmaceõn, & alia omnia medicamẽta collegit, vt multos impleret libros, & stercore ad multos sæpe affectus vtitur, non modo medicamentis quæ foris imponuntur commiscens, sed ijs quoq; quæ intro in os sumuntur.

Stercus caninum.

Sanè ego memini me admirandam tum humani tum canini stercoris expertũ facultatem. Sed prius differam de canino, quo vti assidue consueuit præceptorum nostrorũ quidam, sola ossa cani edenda exhibens duobus cõtinuo diebus, ex quibus durum candidum ac minime fœtens stercus proueniebat. Hoc igitur acceptũ desiccabat, vt cum postea vsus esset, facilè ad læuorem posset redigi. Vtebatur eo ad anginam, & dysenteriam, & summe inueterata vlcera. Ad anginam quidem, ijs admiscens quæ alioqui huic affectui cõgruebant. Ad dysenteriam, lacti illi immiscẽs cui decocto calculos vocatos κάχλικας ignitos inijci ante posuimus: aut, vt ego postea ob parabilitatẽ ad ferrum confugi, id candens lacti probe decocto inijciens. Vocant autem medici nonnulli lac eiusmodi, nescio quo pacto, schistum. Verum oportebat non hoc sic appellare, sed in quo segregamus ac scindimus (quod σχίζειν græce dicitur) serũ à caseo. Cęterum medicus ille stercus caninũ lacti in quo extincti erant calculi marini, clàm inijciebat, & id solũ generosissimos quosq; discipulos docebat. In his ergo duobus multũ expertus sum stercus caninum ceu medicamẽtum mirabile, sicut & in vlceribus extreme malignis. Miscui ergo & ad illa paulũ quiddam stercoris canini medicamentis probatis: & manifestò seipso valentius redditum est medicamem. Et siquando digerere aut desiccare quid opus esset, illis etiam medicamentis admiscui.

Stercus humanum.

Cęterum humani stercoris hoc habeo experimentum. Assidue quidam à phlegmonis ad guttur existentibus vexabatur, adeò vehementer, vt suffocationis subiret periculum. & sanè ob hoc periculum sanguinem mittere cogebatur. In hunc quum forte quis incidisset, pollicitus est se præbiturum medicamẽti experimentũ: & se vocari siquando rursus aliqua in parte gutturis emicuisset phlegmone, ante sanguinis missionem præcepit. Itaq; vocatus, medicamẽto illito statim hominem curauit. Vt autem iterum profecit, non in ipso tantũ, sed & in alijs qui similiter erãt affecti: rogabat is qui assiduò periclitabatur, data mercede, vt se medicamentũ illud doceret. Erat enim ille & locuples, & in pecuniæ sumptu liberalis. Porrò vbi conuentum esset de pretio, is qui vendebat, Hoc medicamentum, inquit, per antipathean quãdam vtilitatem obtinet. Esse autem eam antipathean, vt qui curatur, nesciat vnde cõficiatur. Iussit itaq; alium daret qui pro ipso disceret, quiq; iureiurãdo reciperet sese nulli eius facturum copiam prius quàm ipse qui dedisset foret defunctus. Itaq; à morte eius qui indicarat, non tantum ille suum hominẽ, sed & alios sanabat: & mihi ne petenti quidem medicamẽti exemplum volens ac lubens obtulit. Erat autem stercus pueri siccum cum melle attico ad læuorem tritum. Victitabat autem puer cuius stercus accepturus erat, vti ipse qui medicamentũ dederat ostendit, lupinis, illis videlicet qui ex more edi solent cum pane bene cocto in clibano, modicum salem & fermentum habente. Præbebat autem bibendum vinum

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 252 sur 277

vetus: atque hæc omnia mediocri in quãtitate, modo vt perfecte ea puer posset cõcoquere. Itaque quum primo die eo victu esset vsus, postero tamen die nondum stercus capiebat, sed in eo quoq; die rursum eodem alebat victu, ac tertio demum sumebat, ac postea arefacto vtebatur, similiter vt stercore canino: vt ante dictum est. Dicebat autem illum qui docuerat, fugitantem alios cibos ob fœtorem, prętulisse lupinos: sese vero, experimẽti gratia, carnes gallinaceas aut perdicum ex aqua aut tenui iure bene coctas persæpe exhibuisse, & medicamentũ nihilo minus operatum. Atque ego sanè hæc tibi de canino humanoque stercore narrare possum.

Stercus lupinum.

At lupinum stercus quidam colicis potandum dabat, non tantum in ipsis paroxysmis, sed etiam in interuallis, si quidem phlegmone vacarent. Quorum ego quosdam vidi nõ amplius inuadi: & qui erant inuasi, non amplius id grauiter passos, sed nec post paucum tẽporis. Accipiebat autẽ ille albidius potius stercus, quale vbi ossa ederint solent excernere. Verùm illud etiam in eo mirabar, quòd vel sus pensum euidenter aliquoties iuuisset. Itaque hic stercus capiebat quod non decidisset in terram: id quod non erat inuẽtu difficile. Ea enim est luporum natura, quę canum, vt suspenso altero posteriorũ crurum & meiant & cacent in eminenti quopiam ex terra. Itaque in spinis sępe æstate stercus lupinum reperitur, & fruticibus, vepribus, herbisque procerioribus. Inuenitur porro in stercore illorum & nõnihil ossium deuorati animalis: quod vt effugit commansionẽ, ita & concoctionẽ: quod & ipsum contundens ac conterens, bibendum præbuit colicis: ac si homo esset puritatis amans, miscebat & salis quippiam, aut piperis, aut quippiam eiusmodi. Vt plurimum autem ex vino albo consistentiæ tenuis bibẽdum prębebat: interim vero etiã ex aqua. Hoc ergo stercoris quod patientis inguinibus, λαγῶνας græci vocãt, applicandum esset, præcepit suspendi ex vinculo confecto ex lana, sed nõ qualibet, verum multo præstabat eam esse ouis a lupo laniatæ, vnde quod ad hunc vsum accommodaretur, esset conficiendum. Quòd si talis non adesset lana, ex pelle ceruina & lorum quod cingeret inguina, & in quo stercus contineretur, parari præcipiebat. At nos ollulam ad magnitudinem maximæ fabæ cõfecimus, quam experiundi gratia indito stercore quibusdam suspendimus, nec potuimus non mirari cum plurimos ipsorum videremus adiutos: cæterum ad ollulam duas ceu aures affiximus, per quas lorum transmitti posset. Sed hoc quidem obiter dictum esto, si quis inuenietur qui sic suspensis fidem habere dignabitur. Dico autem sic, nam substãtia est quæ suspenditur, non voces barbaræ, vt quidam facere præstigiatorum assolent: quando & alias expertus sum substantias quę in alijs affectibus similiter operarentur. Sed de his non est nunc dicendi tempus. Ad propositum itaque reuertamur.

Stercus caprinum.

Nam humanum, caninum, lupinumque stercus recensui, alia vero nondum: quorũ etiam maior est q̃ dictorũ numerus: & quædã assiduo habẽtur in vsu, quædã rariore. Omnium creberrime vtimur caprino stercore (græci τραγέους proprie nominant) digerentis & acris facultatis: adeo vt & induratis scirrorum in modum tumoribus congruat, nec tantum lienis, ad quos creberrime medici non pauci huiusmodi stercora applicant, sed etiam aliarum partium. Siquidem ego eo vsus sum ad genu tumorem habens inueteratum & ægre solubilem, iusso fieri catapla-

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 253 sur 277

ſmate ex farina hordeacea per oxycratum indito videlicet hoc ſtercore: & mirum
eſt quàm homo ille fuerit adiutus. Erat autem ruſticus in quo id factũ eſt. Et iam
etiam alius ruſticus cum ſic vſus eſſet non tantũ in genu, ſed etiam alijs in partibus
ad tumores ſimiles, perinde adiutus eſt. Nam acrius eſt medicamentum quàm vt
mulieres vrbanas, aut pueros, aut omnino qui tenera ſunt carne, ſanare poſſit. Sed
de particulari omnium medicamentorum vſu in opere de componendis illis tra-
ctabitur. Quin & ad aquã inter cutẽ & ad ſplenicos varie caprino ſtercore vtimur.
Sed & vſtum tenuioris quidem eſſentiæ, verũ haud manifeſtò redditur acrius: quã-
obrem ſanè ad alopecias congruit, & omnia adeo quæ extergentia medicamenta
deſiderant, vt lepras, pſoras, lichenas, & hoc genus alia. Miſcetur & digerentibus ca-
taplaſmatis, qualia ſunt quę accommodantur ad parotidas & bubonas diuturnio-
res. Eſt enim vis eius tum vſti, tum non vſti, abſterſoria, & digerens: nec eam par-
uam habet digerendi potentiam. Nam medicus quiſpiam ex ijs qui in agris & vi-
cis medicinam exercent, vtebatur eo ex aceto ad viperarum morſus, & multo ſanè
etiam magis aliarum beſtiarum: ac profecto ex ijs complures ſeruauit. Et hic ipſe
quoque medicus ad auriginem potandas ipſas ſpyrathos ex vino præbuit, & ad
profluuium muliebre cũ thure appoſuit. Quæ omnia ſanè optimus medicus igno
rare non debet: cæterum potiora eligere potiſſimum ad vrbanos & honoratos, ali-
cuiuſque exiſtimationis viros: in quibus equidem ego tali nũquam ſum vſus me-
dicamine, cum multo meliorum ſuppeteret copia. Attamen exiſtit nonnũquam
talium vſus aut in itinere, aut venatione, aut ruſticatione, quum ſcilicet meliorum
nihil adfuerit, aut homo ruſticus perinde fuerit carnis duræ ac aſinus. Nã eiuſmo-
di multos in agris reperias dignos qui bibant ſpyrathos. Porrò quod & ſuprà mo
nui de vrinis & bile & ſaliua, id nũc memoria repete, nempe vniuerſalem & com-
munem facultatem eandem omnibus ineſſe, verum pro animalium temperaturis
variam. Nam eorum quæ ſicciore ſunt temperatura, & ſtercus exiccantius eſt: ſi-
cut & calidiorum magis etiam excalfactorium. Verum nullum omnino ſtercus re-
frigerat, ſicut nec vllum humectat. Sed & pro natura eorum quę edunt, multa item
fuerit diuerſitas. Proinde in hominibus potius quàm alijs animalibus maior eſt:
quandoquidem hoc animal diuerſiſſimis maximeq; varijs cibis vtitur. Nam quid
ſimile habent qui allium ac cepas comedunt, & qui cucurbitam, verbi cauſa? At ca
prarum ſpyrathi pro paſtu vario nonnihil item habuerint differentiæ, non tamen
tantum quantum ſtercus humanum.

Stercus bubulum.

Similiter ſtercus bubulum exiguam habet differentiam: eſtq; & ipſum faculta-
tis exiccatoriæ. Verum attractoriã etiam obtinet, vt monſtrat dum apum veſpa-
rumque morſus iuuat. Atque hæc vt à proprietate ſubſtantiæ totius iuuentur, fie-
ri poteſt. Cæterum medicus quidam medicamentorum peritus, in Myſia quæ in
Helleſponto eſt, aqua inter cutem laborantes bubulo ſtercore oblinens in ſolẽ ex-
ponebat. Atq; hic ipſe impoſuit & partibus ruſticorũ phlegmone obſeſſis humidũ
illud vere collectum, quum herbã boues paſcuntur. Manifeſtum autem eſt hoc eſſe
alio moderatioribus multo viribus. Dico autẽ aliud quũ paleis veſcũtur. Nã hoc
mediũ eſt inter id quod modo diximus, & quod prouenit ab erui paſtu. Liquet er-
go quẽadmodum id quod ex paſcuo herbaceo prouenit, ad phlegmonas accõmo-
datur, ſic iſtud aqua infeſtatis eſſe idoneũ. Scire tamẽ oportet omnia id genus me-

Ad apum veſparumq; morſus

Ad hydropem

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 254 sur 277

dicamenta duris agreſtium hominū corporibus aptari, nēpe foſſoribus & meſſoribus, & qui opus obeunt tam validum: in quibus vtiq; Myſius ille medicus & ad chœradas adhibebat, & ad tumores omnes ſcirroſos ex aceto in cataplaſmatis formam compoſitum illinens.

Stercus ouillum.

Sed & hic ipſe medicus ouium vtebatur ſtercore ad acrochordonas, & myrmecias, & thymos, & furunculos duros, quos clauos nominãt, aceto videlicet diluens. Ad furunculos ſive clauos
Quin & vlcerum ambuſta ad cicatricem illo ducebat, nempe ſtercus hoc cerato roſaceo commiſcens. Sed & per ſtercus caprinum combuſtum ſimiliter curabat: cæterum pauculum eius multis numeris maiori cerati moli admiſcebat. Et in totum ſtudium id illi erat vnicum, omnia curare per ea quæ in agris facillime parantur: inter quæ ſunt & herbę, & frutices, & arborū flagra, & germina, & folia mollia, & fructus, & cortices: ſuper quibus copioſius dicetur in facile parabilibus.

Stercus columbinum.

Porrò ſtercore columbarum nomadum (nam ſic eas quidam cognominant, à domeſticis videlicet diſtinguentes) tanquam medicamento excalfaciente & ipſe ad multa frequenter admodum vtor, nempe cũ ſemine naſturtij contuſum cribratumq; ſiccum vice napyos ad ea quæ rubrificari debent adhibens. Rubrificandi gal,
Manifeſtum autem eſt quòd inueterata omnia dico in talibus affectibus quales ſunt coxendix, hemicrania, ſcotomata, vertigines, & cephalæa, & in lateribus, ſcapulis, ceruice, lũbis dolores inueterati, & ad hæc nephritides, & affectus cœliaci, & podagricæ arthritides: quando videlicet in articulis eorum nondũ conſtiterint tophi ſiue p◦ri. Atque hoc ſtercus planè fœtidum non eſt, & maxime arefactũ. Quocirca & in vrbibus eo varie vtimur, alias alijs miſcentes medicamentis.

Stercus gallinaceum.

Porrò quum conſpexiſſem illum in Myſia medicum gallinaceo vtentem ſtercore in eis qui ab eſu fungorum ſuffocabantur, & ipſe quoq; ſum vſus in quibuſdã vrbem inhabitantibus, qui & ipſi fungos eſitarant, ipſum videlicet ad læuorē contritum tribus quatuorve oxycrati aut oxymelitis inſpergens cyathis: & palam adiuti ſunt, idq; celeriter. Nam qui prę fo cabantur, paulo poſt vomebant pituitoſum humorem omnino craſſiſſimũ, & exinde planè liberati ſunt ſymptomate. Eſt autẽ hoc ſtercus columbino minus calidum. Cæterum Myſius ille medicus dabat etiã bibendũ ſtercus gallinaceum ijs qui diutino coli dolore fuiſſent vexati, ex œnomelite. Quòd ſi hoc non aderat, ex aceto aut vino aqua diluto. Porrò memoria tenere oportet communem de omnibus animantibus rationẽ, nempe, tum in ijs quæ in corporibus ipſorum continentur tã humida quàm ſolida, tũ in ipſis partibus plurimam eſſe diuerſitatem montanorum quæ vocant, & eorum quæ in pratis, paludibus, lacubus, & ædibus verſantur. Semper enim quæ exercẽtur, ijs quæ non exercentur, ſunt ſicciora: & quę cibis vtuntur calidioribus ſiccioribusque, ijs quę humidis frigidiſq;. Nam in columbis (quandoquidem creber nobis earum ſtercoris eſt vſus) multo ſemper inferius ac imbecillius expertus ſum earum ſtercus quę in domibus degebant, quàm earum quæ in montibus, quas nomadas nuncupant. Tum gallinarum quoque inueni multo etiã imbecillius earum quæ concluſæ ſeruantur, & furfuribus aluntur, nonpaulo autem valentius earum quæ in agris atrijs aut foris paſcuntur.

Suffocati mefitide ab eſu fungorum, quo remedio olim ſimul curatur.

Ad tortiones coli dolores

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 255 sur 277

Stercus anſerum, & ciconiarum.

Cæterum ſtercus anſerinum præ nimia acrimonia inutile eſt. Colligo etiam ita eſſe & accipitrum, & aquilarum. Verum fugienda eſt materia omnis eiuſmodi quę difficulter comparari poteſt. Qua occaſione complures validiſſimas vires talibus materijs teſtimonio adſcribunt ſuo, ceu non facile redarguendi: velut qui ciconiarum ſtercus comitiali morbo mederi ſcriptitant. Verum quanquam hoc multis alijs quæ ſcribunt, longe ſit parabilius, curioſum tamẽ eſt, vt taceã falſum eſſe quod de illo eſt proditum. Nam quidam ijs qui talia memorãt credulus, epoto hoc ſtercore nihil adiutus eſt. Nam & antequam experiare, promiſſorũ prauitatem ac falſitatem ipſi qui talia ſcribunt detegunt. Nam cum multis modis difficulter homines ſpirent: nec quod omnibus conferãt adſcribũt, nec quod his, aut huic. Tametſi ſunt inter eos qui talia ſcriptitãt, qui non ſimpliciter dyſpnœæ, hoc eſt difficilis ſpirationis, ſed orthopnœæ talia eſſe remedia dicũt, nempe ciconię ſtercus, noctuæ ſanguinem, vrinam humanam, & alia his abſurdiora: haud ſcientes quòd pituitoſus viſcoſusque ſuccus bronchia obſtruens pulmonis, huius affectus ſit cauſa, & quòd in eo euacuando conſiſtat medela, & quòd euacuatur dum per tuſſim excreatur, & quòd id fieri nequeat abſque crebro epoto medicamento acriore. At hi adeo ſunt nugaces, aut præſtigiatores, aut quo illos digno appellem nomine neſcio, vt dicant abſurdorum iſtorum poculorum vnumquodq; epotum à dyſpnœa liberare: quod fieri non poſſet ne ſi vel ſpecillum fas eſſet alicui in pulmonem demittere, quo infixum humorem tolleret, ſemel duntaxat demiſſo. Præſtabat itaque illis dixiſſe, non ſi epotus ſit hic ſanguis, aut vrina, ſanare dyſpnœan, ſed ſi potetur. Rectiuſque etiam quòd nõ ſemper & omnino ſanabit, ne ſi vel aſſiduò potetur, ſed quòd multos ſanauit, multos verò adiuuit quidem, ſed morbo prorſum non liberauit. Sed hos iam mittamus, & quod deinceps eſt, ad id pergamus. Cuiuſq; enim ſtercoris acrimoniã & digerendi vim poſſidentis prout aliud alio plus minusve eius ſortitũ eſt facultatis, ita particulares in ipſis proueniunt differentiæ: ac proinde aliud hoc pathema potius, aliud illud magis curare valet.

Stercus murium.

Sic enim murium ſtercus alopecias curare proditum eſt: & inuentus eſt quidã medicus qui ad hoc pathema vtebatur compoſito medicamento ex murium ſtercore confecto. Et alius quidam glandem puero familiaribus rogantibus vt apponeret, præcepit vt ex ſtercore conficeretur muriũ. Quo dicto omnes qui audierant in riſum ſoluti ſunt, quòd cum tot eſſent quæ appoſita ſedi ad excretionem excitarent inteſtinum, ille omnibus præteritis ad murium confugiſſet ſtercus. Nam re vera pudendum eſt talia etiam experiri velle, cum omnes ceu curioſum & præſtigiatorem condemnent eum qui talia aut faciat, aut dicat. Itaque de murium ſtercore hæc quoque ſufficiunt.

Stercus crocodilorum terreſtrium.

Cæterum terreſtrium crocodilorum, horum inquam exiguorum, & humi ſerpẽtium ſtercus pretioſum effecere mulieres delicioſę, quibus nõ eſt ſatis q̃ alia ſint medicamenta tam multa quibus faciei cutis & tenſa & ſplẽdens efficitur, quin etiam adiungant ſtercus crocodilorum. Similis illi eſt & ſturnorũ quum ſolam oryzã ederint. Clarum itaque eſt quòd abſtergendi deſiccandique facultatem vtranque moderatam habent ſtercora eiuſmodi, & multo moderatiorẽ & hebetiorem ſter-

cus sturnorum. At stercus crocodilorum sicut à facie ephelen tollit, ita & vitiliginẽ, & lichenas.

Rhypos, hoc est sordes, hominum.

Sordes nascitur non tantũ per totam corporis cutem, sed & in auribus. sed ob paucitatem paratu difficilis est. Proinde de illa nihil scribũt, nisi quòd paronychijs congruat sordes aurium: quam sanè etiam solam per se licet accipere. Nam quæ in tota cute prouenit: & in balneis & in palæstris deraditur, conferens nõnihil & ipsa ad patum quem vocãt: de quo suprà disserui. Sed & generatio eius naturã indicat. Nam si sordes est crassum illud ac terrestre quod reliquum est eorum quę per latẽtem transpirationem euacuantur, sequitur vt desiccandi vim habeat cum nonnulla caliditate iunctam. Ea tamen sordes quæ lanis ouium inheret, & adnascitur, ex qua œsypon quod vocant conficitur, coquendi vim habet similem butyro: paulũ vero etiam digerentis facultatis obtinens.

Libri decimi finis.

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 257 sur 277

GALENI DE SIMPLICIVM MEDICAMENTORVM FACVLTATIbus liber vndecimus, Theodorico Gerardo Gaudano interprete.

PLeræque animantium partes communes inter ſe omnium ſunt, nulla tamen eſt æque communis vt caro. Hanc enim habet omne animal, Sanguine quidem præditum, vt homo, & omnes quadrupedes, tum aues, ſerpentes, lacerti, quos ſauros vocãt, teſtudines, & quę ſunt eius generis. Sanguine carentia, tũ oſtrea omnia, tũ non pauca eorum quæ in aquis degunt, ſicut & nonnulla quę in terris. Et quod ex animantibus maxime editur, caro eſt. Nam & viſcerum plurima moles ex carnibus ipſis inhærentibus conſtat. Verum nonnulli medicorum carnem viſcerum parenchyma vocãdam cenſent, propterea quòd ex venis effuſus ſanguis circum vaſa omnia concreſcat, vt ipſi arbitrantur. Sed eam quæ viſitur in muſculis, ſolam carnis appellatione dignãtur. Verum de nominibus, vt ſemper monemus, contendendum non eſt: ſed exercenda potius rerum ſcientia: cuius nos quoque ſtudio vſq; dediti, quæcunq; tum de cuiuſq; animantis partibus, tũ de cõmunibus cognouimus, eaq; partim experientia, partim ratione docti, omnia deinceps exponemus, orſi à carne proprie dicta.

Caro viperæ.

Non omnes animalium carnes hominem nutriunt, ſed quorundam etiam letales ſunt, non ſecus atque venena quæ vocant deleteria. Tum inter eas carnes quæ hominem nutriunt, quædam hoc ipſum tantum ſunt, nempe nutrimentum. Quędam vero ſupra quàm quòd nutriunt, habent & facultatem ceu medicamẽti: quãdoquidem deſiccando humectando excalfaciendo ac refrigerando corpus alterant. Nam viperarum carnes palam videre eſt excalfacientes & deſiccantes vbi condiuntur ceu anguillæ, nempe oleo, ſale, anetho, porro, & aqua, ſeruato nimirum modo. Quòd autem totum corpus per cutim euacuent, diſcere tibi liceat vel ex ijs quę ego iuuenis etiamnum in Aſia noſtra ſum expertus: quæ ſingulatim deinceps narrabo. Homo quidam morbo quem elephanta cognominant, laborans, aliquouſq; cum ſodalibus conuerſabatur, donec ex ipſius conſuetudine conuerſationeq; quidam noſtrum morbi inficerentur contagione, & ille iam odoratu grauis, ac fœdus redderetur aſpectu. Conſtructo igitur illi tugurio proxime vicũ in iugo collis propter fontem, illic hominem collocant, tantum illi quotidie ciborum ferentes, quod vitæ ſuſtinẽdę ſatis foret. Cęterum ad Canis exortum cum forte meſſoribus haud procul inde metẽtibus vinum eſſet allatum in fictili ſanequam fragrans: is quidem qui attulerat, depoſito illo prope meſſores, abijt: verum vbi eius bibendi aduenisſet tempus, ſublato fictili adoleſcẽs vt pro more impleto cratere, competente aqua vinum temperaret, in cratera vinum effundit, & vnà excidit vipera mortua. Quare attoniti meſſores, veriti ne quod, ſi ebibiſſent, inde ſibi malum eueniret, ſuam quidem ſitim aquæ potione ſedare maluerunt: cæterum quum illinc diſcederent, præ humanitate videlicet ac miſericordia homini illi elephanti obnoxio vinum largiuntur, rati expedire illi potius mori, quàm viuere in ea miſeria. At ille

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 258 sur 277

vbi bibisset, admirandum in modum sanitati restitutus est. Nam tuberosum illud omne cutis totius non aliter quàm animaliũ à testis mollitie nũcupatorũ malacostracon tegmẽ decidit. Quod autem reliquum erat, molle admodum apparuit, instar cutis cancrorum & locustarum (carabos græci vocant) vbi extima testa fuerit detracta. Alterum quoq; eiusmodi non dissimili casu in Mysia Asiæ non procul ab vrbe nostra accidit. Vir quidam elephãto laborans profectus est ad aquarum spontè nascentium vsum, sperans inde nonnihil se commodi adepturum. Erat illi scortum mancipium iuuencula sanè formosa, compluribus amatoribus ambita. Profectis igitur illis, in ædibus, quibus vicinus erat locus squalidus, & viperarum plenus, forte fortuna ex illis vna in vrceum vini incidit negligentius positum: extinctaque est. Ac scortum quidem in lucro id reputans quod fors euenisset, hero id vini propinat, atque ille ebibit: cæterum exinde ad eum modum quo ille qui degebat in tugurio, persanatus est. Porrò tertium quoq; annectam quod ex nostra profectũ est imitatione. Quum quidam hoc morbo ægrotaret, animo magis quàm vulgus philosophico, & contemptore mortis, oppidoquam grauiter ferebat, satiusque dicebat mortem semel perpeti, quàm vitam viuere tam miserabilem. Itaq; illi quæ superioribus duobus accidissent indico. Erat autẽ & ipse auguriorum peritus, & amico vtebatur mirifice hanc disciplinam tractãte. Itaq; vbi ad augurium cum illo consedisset, persuasus est vt quæ per experientiam essent cognita, ipse imitaretur: atque epoto vino quod sic erat veneno infectum, leprosus factus est: ac postea lepram eius nos cõsuetis remedijs sanauimus. Quartus præterea viuas capere viperas arte instituit. Sed illius in illo morbi tantum erant principia: itaque cura studiumque nobis fuit vt illum quàm celerrime sanitati redderemus. quocirca misso sanguine, atraque bile medicamento detracta, viperis quas capiebat vti iussimus, præparatis in olla anguillarum in modum. Atq; hic ita sanatus est, euaporato per cutem affectu. Postremo & alius vir quidam opulentus, nõ nostras ille quidem, sed ex media Thracia, Pergamum aduenit, admonitus somnio: vbi iubẽte deo per insomnium vt quotidie medicamentum biberet quod confectum est ex viperis, forisq; corpus inungeret, non multos post dies morbus in lepram abijt: rursumq; & hoc pathos quibus deus præcipiebat medicamentis curatum est. Sanè viperarum caro adeò ingentem obtinet desiccãdi facultatem, vt quidam qui eam edêre, vehementissima cruciati sint siti: ac proinde illas dipsadas cognominãt. Sunt autem qui dicant demorsos à viperis satiari non posse potando, sed dirumpi citius, quàm siti liberari. Quocirca eos qui Romæ viperas venãtur, quos Marsos nũcupant, percõtatus sum ecquid haberent signi quo genus vtrunq; viperarum discernerent. At illi prorsum negabant vllum esse genus viperarum dipsadum, verum eas quæ iuxta mare atque in locis degunt salsedinem multam habentibus, carnem obtinere salsam: ac proinde in Libya talium ingẽtem esse prouẽtum: in Italia vero propter regionis humiditatem non inueniri. Atque hæc quidem narrantes audiui Marsos: non tamen certo dicere queam an in totum verum dixerint, an partim etiam falsum. Nam quasdam esse viperas in ijs quas memorabant regionibus, quibus salsa sit caro, vel maxime mihi videtur esse probabile. Scio enim cum cibis, animaliũ mutari carnes. Non tamen nullũ esse genus viperarum dipsadum pronunciare valeam. Cæterum tutissimum est cauere ne in eiusmodi regionibus viperas venemur seu ad esum, seu ad medicamenti præparationem, quale est & hoc præclarum quod

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 259 sur 277

medici propè omnes Theriacam appellitant. Porrò quoniam ex more quum ar-
tiſcos theriacos, quos vocant, præparamus, nõ tantum caput, ſed & caudam earum
abijcimus: ſubijt mihi frequẽter rationabile fortaſſis eſſe caput quidem totũ abij-
ci, ob venenum quod ore continent, verum à ratione alienum eſſe adimere & cau-
dam. Nec enim dicere liceat quòd id faciendum ſit ob recremẽta tum liquida, tum
ſicca. Nam interfectis atque excoriatis apertiſq; exempta interanea omnia abijci-
mus, vt ſola ſit carnium ſubſtantia reliqua vnà cum arterijs veniſq; per ipſas inna-
tis, quarum minima moles eſt vt ad totam carnem, ac ne apparens quidẽ, niſi quis
multũ diligenter intentis oculis conſideret. Atque artiſcos quos & Theriacos vo-
cant, hunc in modũ præparamus. Purgatas illas in aqua lixamus, quoad exacte no-
bis videantur coctæ. Indimus autem ab initio ſtatim aquæ anethũ, & poſt coctio-
nem ſpinas à carne ſeparamus: mox pani ad lęuorem trito carnem commiſcemus.
Verum non quemlibet panem citra delectum accipimus, ſed quàm fieri poſſit pu
riſſimum, ſimul & probe in clibãno coctum, & ſalis ſimulque fermenti quod ſa-
tis ſit habẽtem. Eum autem antea deſiccamus in ædibus ſiccis, minimeque hume-
ctis, donec adeò ſiccus efficiatur, vt in mortario contundi poſſit. Non tamen tun-
dentes miſcemus, verum aqua in qua decoctæ fuerant viperæ, maceramus, & car-
nem ipſam prius quàm commiſceatur pani, in mortario coquorum eatenus cõte-
rimus, donec exacte reddatur læuis. Poſtea paruos artiſcos fingentes, atque in ædi-
bus calidis ſicciſq; deſiccantes, deinde quoque in talibus repoſitos ſeruamus. Hos
ergo ineunte æſtate conficimus, quo potiſſimum tempore optima eſt viperarum
caro. Porrò vtimur eis poſtea contuſis denuo & cribratis, & rurſus ad læuorem re-
dactis, ſalis nonnihil adijcientes ad ſuauitatem compoſiti: cuius etiam aliquid i-
pſi theriacæ inijcimus. Cæterum eodem quoque tempore ex viperis deuſtis ſalem
conficimus, viuis illis in ollam nouam iniectis vnà cum ijs medicamentis quæ illis
& ſubſterni & apponi aſſolent: quæ omnia nunc commemorare non eſt præſentis
negotij. Nã inuenientur fortaſſis etiam qui me non iniuria reprehendent, ob non
ſtratam hoc in loco Artiſcorum præparationem, tanquam alieno tempore expoſi-
tam. Verum hæc poſteaquam dicta nunc ſunt, ſeruentur tamen ac maneant etiam
ſi non admodum videantur huic inſtituto propria. At quæ ſequuntur, conuenien-
ti dicantur modo. Cõueniens autem eſt generalis facultatis meminiſſe, carnem vi-
perinam dicendo exiccatoriam, & valenter digerentem, mediocriter vero excalfa-
cientem. Properat autem, vt videtur, vis eius ad cutem, per eam videlicet quæ in
corpore ſunt recremẽta exigens. Quibus ergo affatim eſt mali ſucci in corpore, ijs
ingẽs prouenit pediculorum numerus, & à cute ceu ſquama abſcedit ac decidit ex-
tima cutis, quam græci vocant ἐπιδερμίδα, ad quam ſiſtuntur ac retinentur craſſi ter-
roſique humores ad cutem protruſi, à quibus quidem pſoræ, leprę & elphantes na-
ſcuntur. Et hæc quidem habui quæ de viperarum carne dicenda putarem. Rur-
ſum ergo ſermonem repetã. Calidiorum natura animalium carnes non ſolum nos
alunt, ſed etiam calfaciunt: frigidiorum autem refrigerant. Sic etiam ſicciorum
carnes deſiccãt: humidiorum humectant. Memoria itaq; repete, quemadmodum
didiciſti in libris de temperamẽtis, quòd vbi conieceris animal quoduis tempera-
tura eſſe ſiccius, velut exempli gratia ſuem ſilueſtrẽ domeſtico, huius & carnẽ eſſe
magis exſiccatoriam: & ſecundum alias temperaturarũ differentias ſimiliter: puta
ſue ſicciorem ouem, & hac capram, qua bouem, quo denicq; leonem. ſic in caliditate

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 260 sur 277

leo calidior eſt cane, canis tauro, taurus boue execto. Itaque pro portione quà cætera animalia in temperatura excedunt,& carnes quoq; eorum differunt atq; exuperant. Proinde vbi conſilium fuerit corpus exſiccare, ſicciorum temperie animalium carnem exhibeto: calfacere autē volens, calidiorum: & frigidiorum, ſi coneris refrigerare: deniq; ſi humidius reddere, humidiorum. Nec parua exiſtit carnium differentia, quum quaſdam ſale condimus. Nam prorſum diuerſæ atq; aliæ euadunt, adeò vt ſæpenumero animalis temperatura humidiſſimi caro ſalita longe euaſerit exſiccātior, q̄ ea quæ natura fuerat ſicca. Porrò inter eas quę ſalitæ nō ſunt, ſiccior eſt quæ aſſa eſt, q̄ quæ in aqua elixa. Scripſerunt autē & aliorum animalium carnes quidam prodeſſe tum comeſas, tum in partes affectas impoſitas, vt erinacei terreſtris deſiccatam, ſi bibēda prębeatur elephanto obnoxijs, cachectis, hoc eſt qui mali ſunt habitus, tum cōuulſionem ſæpenumero patientibus, nephriticiſq;, & ijs qui laborant aqua inter cutē, quam anaſarca vocāt. Ac ſi ea efficere poteſt, facultatē habuerit valenter ſimul digerentē deſiccantémq;, ſicut & caro Muſtelæ (græci galen vocant) arefacta: quæ vtiq; comitiali morbo afflictos iuuat epota. Sed & ſalitorū Hælurorum carnē ad læuorem contritam palos & ſpicula educere aiunt, impoſitā videlicet, tanquam trahendi vim habeat. Porrò Mutulorum, quos Myacas græci vocant, carnem vlceribus à mordēte cane inflictis competere. Ego vero nullam inſignem inuenio facultatem quam requirant id genus vlcera, tanquam ea quæ à rabido cane mordēte ſunt illata. At coclearū caro prius in mortario cōtuſa, ac poſtea ad læuorem redacta, omnium valentiſſime deſiccat partes ſuperfluo humore grauatas, adeo vt & hydericis conueniat. Ipſe autem humor ſolus per ſe citra carnem acceptus, (vocatur autem is à vulgo cochliu myxa; hoc eſt mucus limacis) thuri miſtus, aut aloë aut myrrhæ, aut horum quibuſdam, aut omnibus, quoad accipiat cerati craſſitiem, medicamentum fit tenax, deſiccatq; purulentos mucos aurium. ſed & fronti impoſitum inhæret, oculorum fluxiones reſiccans. Quidam etiam ad palos eximendos vtuntur totis vnà cum teſtis ad læuorem tritis. ſed & quidam ad ſiſtendos mēſes. Equidem ego aliquando in agro carnes ipſas ſolas in vulnus cum nerui vulneratione & contuſione factum tritas impoſui, ipſumq; vulnus pulchre glutinatum eſt, & neruus phlegmonen haud perpeſſus. Erat autē homo durus & agreſtis. miſcui tamen illis cōtritis pollinem farinæ acceptum à pariete molæ proximo. Scripſere autem maiores me nonnulli medici ad eiuſmodi vſum miſcendū thus aut myrrham. Verum horum habebam tum neutrum, vt qui tunc ab vrbe abeſſem in agro. Poſſis autem & reſinæ frictæ contritæ admiſcere, ſi adſit, quippiā. Porrò vbi multi muci coclearū accipere voles ſeorſum, ſtylo carnem earū pungito. Sed non ante multos dies venatas eſſe expedit: alioqui enim tempore deſiccātur. Nam recentes plurimum habent viſcoſæ illius humiditatis, quam ſtylo cōpunctæ effundunt. Humiditas hęc pilorum in ſupercilijs præter naturam gluten eſt.

Pinguedo, & adeps.

Pinguedo, & adeps. & hæc quoq; communiſſimæ ſunt inter animalium partes. Nam quæcunq; bene nutriuntur, ea omnia aut pinguedinem aut adipem obtinēt. Quæ vero macilenta ſunt, maleq; nutriūtur, ſæpe omnino nē habere quidem, ſæpe vero pauculum, idq; ſiccum, vt ægre vti poſſis, apparēt. Porrò differt à pinguedine adeps, quòd craſſior ſit, ac propterea animantibus totam naturam terroſiorem habentibus adeps prouenit, velut humidioribus pinguedo. Proinde pinguedo cele-

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 261 sur 277

riter in ignem posita liquescit: nec facilè vbi liquata fuerit, rursum concrescit ac cogitur. At adeps nec facilè funditur liquescitve, & fusus celerrime coit ac cõglaciatur, multoq; apparet pinguedine durior. Sus enim bene habitus pastusq; multam habet pinguedinẽ, ob naturalem temperamenti humiditatem. At boues & capræ, & quæcunq; id genus cornigera, ob siccitatem adipem plurimum generant. At tu si voles, oleosam & pinguem in animalibus substãtiam omnem adipem appellato, vt plerique medici. Sed & pinguedinem appellare totum hoc genus licet. Non tamẽ licet citra mendacium adipem caprinum humidiorẽ esse dicere quàm suum. Nam hic omnium ferme aliorum est humidissimus, ac proinde actione sua vicinam oleo vim possidens: quanquam oleo magis tum emolliat, tum concoquat: ac proinde cataplasmatis quæ ad phlegmonas accommodantur, commiscerì solet. Qui vero mordicationes perpetiuntur aut in recto intestino, aut in colo, ijs potius caprinum adipem quàm suillum inijcimus, non quòd acrimonias plus obtũdat, (nam ex natura sua suillus obtundit magis, ac proinde miscetur medicamentis vlcera curantibus, cuiusmodi est quod vocant parygrum) sed quòd caprinus ob crassitiem citius cõcrescat, suillus autem instar olei defluat. proinde ipsum potius dysentericis & tinesmosis inijcimus, quando morsum eorum mitigare consilium est. Porrò ob tenuitatem essentiæ nonnulla acrimonias magis retundunt, vbi nimirum in alto mordicatorum corporum quod molestum est hæserit. Nam quod crassiorum est partium, minus, magis autem quod subtilium, tota corpora penetrat, & omnibus ipsum saniebus mordicantibus permiscetur. Hac ratione adeps anserinus quæ in alto corpore mordicant magis obtundit. Sed & suillo calidior est. Horum tamen in medio est gallinaceorum adeps. Porrò calidior semper ac siccior est masculorũ animalium, & horum ipsorum exectorum minus tum calidus, tum siccus. Quippe mas castratus eiusdem semper generis fœminę assimilatur. Hoc autẽ sermonis caput cõmune est, cuius meminisse oportet, Pro animalium temperatura semper existere differẽtias eius quæ in illis est pinguedinis, aut adipis, aut quocunq; modo appellare libebit totum hoc genus corporis in animãtibus oleosi & pinguis. Igitur quum sus omnibus propè quadrupedibus animalibus in caliditate ac siccitate inferior sit, proinde pinguedinem quoq; minus habet calidam, magisq; humidam. Omnis igitur pinguedinis facultas est humectatoria & excalfactoria humanorum corporum. (Huius enim meminisse perpetuò oportet in principijs huius operis dicti) At differẽtiæ quę sunt cuiusq; singulatim, in maioris minorisq; ratione sunt. Nam pinguedo suis vt ad nos quidem largius humectare potest, sed nõ æque excalfacere vt oleum: verũ pinguedinis suũ talis est caliditas, qualis spectatur in nobis. Porrò taurorum adeps suillo multo calidior est & siccior. Rursum id memoria repetentibus nobis, marem fœmina esse tum calidiorem, tum siccioremmarem autem castratum adsimilari fœminæ, velut quicquid iuuenilis est ætatis. Et inter iuuenilia, fœmina mare humidior est, & minus calida. Sic & adeps vitulinus tauri no minus tum calidus est, tum siccus, & hœdorum q̃ caprarum. Sed & caprarum minus quàm hircorum. Et rursum taurorum minus quàm leonum. Nam horum adeps, omniũ prope quadrupedum adipe potẽtius digerit. Nam & caliditate exuperat, & partium tenuitate. Itaq; si ipsum medicamentis ad vlcera & phlegmonas conuenientibus commiscẽas, non modo nihil adiuueris, verum etiam lęseris, nimirum addita maiori quàm conueniat acrimonia. Inueteratis tamẽ tumoribus atq;

ſcirri in morem induratis,tum neruorum curuaturis(ἀγκύλας græci vocant)& in ſumma quæcũq; ſcirroſa ſunt,ijs aptiſſimus eſt:in quibus ſanè minime apparet efficax ſuillus. Taurinus autẽ ab vtroq; ex æquo diſtat:vt quãto calidior ſiccioríq; ſuillo eſt,tanto ſuperetur á leonino. Itaq; tanquã in medio cõſiſtens,merito vtriq; medicamentorũ miſcetur generi,& ei ſcilicet quod ſcirroſis medetur,& ei quod phlegmonas cõcoquit, cuiuſmodi eſt tetrapharmacũ quod vocãt,ex cera,reſina,pice & adipe cõſtans. Nam ſiue in hoc taurinũ,ſiue vitulinum,ſiue hircinum,ſiue caprinũ, ſiue ſuillum indideris, ſemper puri mouendo aptum,& concoctorium medicamẽ effeceris. Sed ſuillus ſi addatur in pueris,& fœminis,& vt breuiter dicam,omnibus quibus caro eſt mollior,cõpetit. Sin taurinum adieceris, foſſoribus & meſſoribus & omnibus carnem duram habentibus ſiue ob naturalem temperiẽ,ſiue ex ratione ac forma vitæ,conueniens effeceris. Cæterum adeps dum inueteraſcit,ſeipſo & calidior & tenuior efficitur,ac proinde quoq; valentius deſiccans. Verum id omnibus inueteraſcẽtibus accidit,quę quidem non putreſcere anticipent. Nam vinum,mel, acetum,frumentũ,butyrum,hyſſopum, oleum omne,ſiue lentiſcinum,ſiue cicinũ, ſiue rhaphaninum,ſiue ipſum quod ex oliuis cõficitur, vetuſtate & calidiora,& tenuioris eſſentiæ efficiuntur,ac proinde guſtantibus apparent acriora,& ad induratos ægreq; ſolubiles affectus adhibentibus potentius digerentia. Atq; ego ſanè guſtantibus acriora videri dixi. At quidam quibus ſtudium eſt nominum ſignificatus corrumpere, non acria ſed adſtringentia vocant id genus omnia,aduſq; piper: tanquam interſit nihil adſtringens an acre dixeris. Et ſi denuo illos roges de galla, myrtho,meſpilis,mali punici putaminibus,quę ſidia vocant,rhoo & omphacio,& hæc dicunt adſtringere: tametſi aduerſiſſimum ex illis ſenſum percipiamus ei qui á pipere, pyrethro,napy,euphorbio, cepa,allio, adarce percipitur. Igitur ſi quemadmodum adſtrictionis vocabulum de vtroq; affectu quem guſtu percipimus,cõmuniter efferunt,ſic ipſos quoq; affectus vnam habere naturam exiſtimãt:quiduis aliud potius habendi ſunt q̃ homines,vt qui ſoli proprios ſenſus obtineant. At ſi omphaca, rhoon,gallam,balauſtium,hypocyſtida cõtrahere cõſtringereq; noſtram fateãtur ſubſtantiã,ſecernere vero mordicare ac penetrare piper,napy,pyrethrum: improprie adſtringentia nuncupant quæ mordicant & excalfaciũt,cæterum in cognoſcendis ipſis medicamẽtis non peccant. Verum ſi oportet coniectantẽ dicere in vocabulis an in rebus hallucinentur,equidem in vocabulis potius falſos viros illos dixerim,& maxime quibus græca lingua infueta eſt,qualis eſt Dioſcorides Anazarbẽſis,qui profecto multa bene dixit eorum quæ de materia memoriæ prodidit, cæterum ſignificata græcanicarũ vocum nõ ſatis pernouit. Hic ergo quum ait magis eſſe adſtrictorium adipem caprinum ſuillo: ſi quidem acriorẽ ſignificare velit per magis adſtrictorium,accipimus ſermonem ceu verum. At ſi illud,talem habẽtem qualitatem,qualem rhus,rheon, hypocyſtis, balauſtium, haud verum eſſe ſermonẽ dicemus. Porrò quoniam viperarũ adipem vbi radicitus pilos ſub alis euulſeris,prohibere illos recreſcere illitum referunt,viſum eſt mihi eius facere periculũ eſſe ſatius. at vbi prout iubent feciſſem, mentitos comperi, ſicut etiam quòd initia ſuffuſionum ſanet. Verum vrſorum adipem alopecias curare vere eſt proditũ: cum tamen probatiora habeamus ad eum affectum remedia. Porro cum dicant tamen vulpinũ adipem dolores aurium ſanare, abſq; vt dicant quos aurium dolores: ceu non noſcentibus ipſos diſtinguere,attendendum non eſt. Alij piſcium adipem

laudant,tãquam ad ſuffuſiones, aut quẽcunq; alium affectum nominare velint,cõgruat. Alij non ſimiliter piſcium dicunt, ſed addunt fluuiatilium: alij vero potius marinorum:quòd videlicet aliquid plus ſcire videantur quàm vulgus.

Myelos. Medulla.

Medulla vim habet indurata & ſcirroſa corpora emolliendi,ſiue muſculis ſiue tendonibus ſiue ligamẽtis id accidat,ſiue etiã viſceribus. Optimam ſemper expertus ſum ceruinam,deinde iuniorum boum, quos vitulos etiam nominant,ac proinde medullam eorum vitulinam appellitant. At hircorum & taurorũ tum acrior eſt, tum ſiccior. Itaque durities ſcirroſas emollire nequit, ſiqua etiam memoria manet eorũ quæ in quinto libro de his ſunt prodita. Ex vitulina igitur & ceruina medulla peſſi cõponuntur vteros emollientes. Et extrinſecus vteris medicamẽta imponuntur quæ ex medulla præparãtur, vim habentia emolliẽdi. Accipitur autẽ non ſolum medulla ex oſſibus,quę ſanè reuera eſt medulla,ſed & ex ſpina,quam & ipſam medullam nominant, ſpinalem videlicet:quæ tum durior tum ſiccior eſt q̃ alia. Illa enim mollior eſt & pinguior:ac proinde ego ſpinalem ſeorſum per ſeſe abſq; illa repono. Sed ea mihi vtriuſq; cura eſt,ne aut putreſcant,aut ſitum colligãt. Itaq; in hyeme primũ eas capio, velut & adipem, deinde in ædibus ſiccis atq; editis planè humoris expertibus cũ folijs lauri ſiccis repono. Nam quæ recentia ſunt & humida,multum etiam qualitatis ſuæ illis impartiũt, vt acriores fiant medullæ. At ſiquando ambiẽte calido & auſtrino medullas aut adipem voles reponere, paratum ſit in hoc cubiculum neq; calidum, qualia ferè ſunt quæ meridiem ſpectant, (putreſcunt enim in talibus)nec humo proximum,atq; humidum(nam in talibus ſitum cõtrahunt)ſed ſupernũ atq; excelſum,& ad Aquilonem obuerſum, paruas habẽs apertas feneſtras,vt tam noctu q̃ interdiu ab Arcto ſpirãtes vẽtos accipiat.

Caput mænidum.

Capitibus mænidum ſale inueteratarũ ad ſedis fiſſuras vtebatur quidam,& is ipſe ad columellam diu induratam. Videtur ergo vis illarũ eſſe deſiccatoria,nõ admodũ acris. nã id aduſtarũ quæpiam obtinẽt,ſicut omnes cõmuniter deſiccationẽ.

Caput leporum.

Alius caput leporis comburens vtebatur ad alopecias cum adipe vrſino.

Caput ſaurarum.

Porrò ſauræ caput contritum quidam palos & ſpicula extrahere memoriæ reliquerunt,tum myrmecias, acrochordonas, & clauos.

Cerebrum leporis.

Vide galen. lib. 5. de Aphor. phar. Tom. Comm. pag. 149.

Cerebrum leporis attritum & eſum vtile eſſe didicimus pueris dentientibus, capite videlicet toto elixo,vt ego facere ſoleo. Non tamen eximia vis eius eſt,ſed ſimilis melli & butyro,& alijs quæ ad dentientes pueros cõueniunt. Quidam etiã aduerſus metum vtiliter edi cerebrum hoc prodidere.

Cornua cerui & capræ.

Cornibus cerui & caprę vſtis maxime vtuntur,vt & nos ſæpe vſi ſumus,tum ad candorem dentiũ, tum ad contrahendas mollitie fluidas gingiuas. Cæterum ceruinum maxime commendatur ab ijs qui talia ſcribunt, quòd ſi ab vſtione lauetur, dyſenteriam & ſanguinis excreationẽ,præterea cœliacos affectus ſanat:& aurigini vtile eſſe dicunt. Porrò duo exhiberi cochlearia ad omnia iſta præcipiũt. Miſcuerunt autẽ ipſum nonnulli vt dictum eſt vſtum & elotũ collyrijs etiam deſiccãtibus ocu-

lorũ fluxiones. Est enim scilicet omniũ talium vis exsiccatoria: velut & dictũ est.

Pulmo agninus, & porcinus.

Pulmo agninus pariter & porcinus intertrigines à calceamentis curare creditur. At vulpinus si bibatur resiccatus, asthmaticos iuuat.

Iecur canis rabidi.

Iecur canis rabientis si assum edatur, remedium existere ijs qui ab ipso fuerint morsi, quibusdam est proditum: ac scio certe quosdam qui sumpsere, mansisse superstites, verum non illo duntaxat vsos. Siquidem alia præterea remedia, quorũ fecimus periculum, in rabiẽtibus tunc adhibuimus. Audiui vero quosdam quum illi soli fidem habuissent, postea mortuos.

Iecur caprinum.

Porrò caprinum iecur quidam assantes, saniémq; effluentem excipientes, ea vtuntur ad nyctalopas. Vaporem autem eius dum lixatur, oculis apertis excipiendum præcipiunt. Quin & assum si edatur, & ad eosdem affectus accõmodari aiunt: & eos qui comitiali morbo sunt obnoxij, arguere; conuulsionémq; illis accersere. Idem potest hircinum.

Iecur lacertæ.

Iecur autem lacertæ erosis impositum dẽtibus, eos dolore liberare nonnulli scriptum reliquere.

Venter mergi.

Ventrem mergi quidam commendant tanquam medicamen concoquens, & pepticum, idque siue protinus lixum siue arefactum comedas. At nos id experti, vanam esse promissionem comperimus: sicut sanè etiã quod de interna tunica gallinarum memorię est proditum. Aiunt enim quidam si ea arefacta bibatur, iuuare stomachicos.

Iecur lupinum.

Iecur lupinum sæpenumero in medicamentum indidi hepaticum, quod ex eupatorio cõficitur, nec tamen quod mentione dignum sit amplius præstare comperi, ad illud videlicet cõparans quod sine ipso componitur.

Castorium.

Testiculos castoris nuncupant castorium, medicamentum & celebre, & multi vsus, adeò vt Archigenes de castorij vsu totum conscripserit librum. Atq; ille sanè particulares eius facultates exposuit, nos vero velut in alijs medicamẽtis fecimus, ita & in hoc quoq; generalem modo facultatem dicemus. Quam si præ oculis habeas, ipse per te particulares inuenire possis. Itaq; quòd excalfaciat, manifestũ est. Nam si voles ipsum ad vnguem læuigatum oleo maceratum parti cuipiam infricare, euidenter illam incalescere percipies. Porrò calfacientia omnia vbi contactæ substãtiæ quippiam digerunt, cõtinuo etiã illam desiccant, nisi si quid natura fuerit humidum, ceu oleum & aqua, atq; aduentitiam qualitatem calidam, non facultatẽ assumpserit: sicut certe hæc ipsa igni solive æstiuo admota. Itaq; quum castorij cõsistentia quoq; sit sicca, & calfaciendi potẽtiam habeat adiunctam, merito desiccat. Atq; hoc illi cum multis alijs medicamẽtis cõmune existit. Porrò quoniam impẽse subtilium est partium, ob id plus valet quàm alia quę similiter vt ipsum & calfaciunt & desiccant. Nam quæ tenuium sunt partium medicamẽta, ijs quæ sunt crassarum, plus sunt efficacia, etiamsi parem sortita fuerint facultatem, nimirum quia

Forsena fumus Vesperuelæ gallinæ dissoluit. Id ostat, quod Eugalenus refert. lib. 2. cap. 41.

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 265 sur 277

penetrẽt & in altũ ſubeant quibus admouentur corporũ, potiſſimũ ſi ea denſa fuerint, velut neruacea. Palã igit talia ob cauſam poſitã magnifice iuuãtur à caſtorio. Cæterum falluntur medicorum plerique in vſu caſtorij, cum id modo conſiderant, partem quampiam aut tremere, aut cõuelli, aut ſenſu motúve priuatam, aut ægre ſentire: haud ſcientes id genus ſymptomata ad diſſimiles ſequi corporis affectus. At tu ab Hippocrate doctus ex plenitudine pariter & inanitione conuulſionem conſequi: vbi quidem quæ in neruis cõtinentur præter naturam, euacuare conſiliũ eſt, ibi & bibẽdum exhibe, & foris cuti caſtorium impone. Vbi vero ex ſiccitate nimia obuenerit conuulſio, ſcito hoc medicamen illic eſſe aduerſiſſimũ. Ad eundem modum ijs qui præ plenitudine tremunt, vtiliſſimum: aduerſiſſimum vero ijs quibus id accidit ab inanitione. Ad portionẽ modo dictorum affectuum, vbi ſingultus euenerit ſtomachi, perſcrutato prius inuentóque illius affectu, ac diſcreto, ſi quidem à plenitudine ipſum ægroti perpetiãtur, ad caſtorij vſum accedito. Sin autem ab euacuatione, aut acrium humorum morſu prouenerit: medicamen hoc fugito. Sanè ſi odori guſtuique aduertas animum, ſuſpicaberis humano corpori aduerſiſſimam habere ſubſtantiam: tametſi in natura nihil efficere cõperiatur eorum quæ talia facere aſſolent. Siquidem alia ſtomachum vitiant, alia vẽtrem, alia caput, alia aliam quamuis partem lædunt. At hoc medicamen ſiue corpori humido applices reſiccationẽ poſcenti, ſiue frigido excalfactionẽ, ſiue humido ſimul frigidóque excalfactionem pariter & reſiccationem requirenti, magnam vtique experiere cõmoditatem: nec vllam parti cuiquam noxam afferet, potiſſimum ſi febri vacet, aut non admodũ calidam perpetiatur homo febrim, ſed vt ſic dicam tepidã, qualis accidit in cataphoris maxime & lethargis. Aç multis ſanè caſtorium exhibuimus vnà cum pipere albo, vtrunque menſura cochlearij ex melicrato bibendum præbẽtes: nec quiſquam vllam ſenſit noxam. Sed & menſibus retẽtis, vbi per venam quæ in talo eſt, modice euacuaſſem, oblato caſtorio vnà cum pulegio aut calamintho, ſemper medicamen hoc expertus ſum purgationem ciere abſque hoc vt hominem læderet. Præterea locos morantes eijcit. Eaque omnia ex melicrato potum efficit. At quibus ita venter flatu diſtenditur, vt ægre curationẽ admittat, itaque torminibus vexatur atque ſingultu, idque ob frigidos craſſóſque humores, aut craſſos flatulẽtóſque ſpiritus, eos ex oxycrato potum adiuuat. Quæ porrò iuuat in corpus intro ſumptum, ijs prodeſt quoque cuti impoſitũ cũ ſicyonio aut veteri oleo. Quæ vero ampliori caliditate indigẽt, ijs etiã per ſeſe infricari debet. Iuuat etiã ſi quis ſuffitũ eius in prunis impoſiti inſpiratione hauriat, maxime affectus in pulmone aut capite conſiſtentes. Attamen lethargicos & cataphoricos affectus, qui quidem adiunctam habent febrẽ, præſtat non dictorum oleorum quopiam macerantes curare, ſed potius ex roſaceo capiti colloque imponere.

Renes ſcincorum.

Renes ſcincorum bibunt quidam tanquam pudenda intendentes: quorum cõtrarium accidere videtur ſemini lactucæ poto ex aqua. Sed & quidam lẽticularum decoctum cum melle bibitum intenſiones ſedare referunt.

Vngues caprarum, & aſinorum.

Quidam vngues caprarũ deuſtos moxque aceto perfuſos alopecijs illinunt. Itaque fuerit & talis cinis facultatis extenuatoriæ. Sunt autem qui combuſtos aſinorum vngues comitialem morbum curare dicant, ſi ſcilicet aſſiduò bibantur. ſi vero oleo

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 266 sur 277

macerentur,chœradas digerere. Sed & ipſum cinerem ſi ſiccus inſperſus fuerit, ſanare perniones ſiue chimethla.

Oſſa.

Oſſa cõbuſta admodum digerentẽ exſiccantẽmq; vim obtinent,& id maxime, vt quidam ferunt,humana. Certe talum ſuillum cõbuſtum,ac deinde bibitũ inflationes & tormina ſanare dixerũt. Noui autẽ noſtratium quoſdam oſſa potui exhibuiſſe, haud ſcientibus qui biberent, quidnam ebibiſſent, ne ſcilicet auerſarentur: ac multorum tum epilepſiam tum arthritin curaſſe.

Epilepſia et doſſeris oſſa Emmaris potui exhibita ſanare.

Senecta ſerpentis.

Senectam ſerpentis ſcripſere quidã in aceto bullitam dentiũ mederi doloribus.

Pellis ouina.

Pellis ouina recẽs detracta circumpoſita ijs qui quocunq; modo fuerint verberati,omnium luculentiſſime adiuuat,adeo vt die ac nocte vna illos curet. cõcoquit enim & digerit quæ ſub cute ſanguinem habent.

Equorum lichenes.

Equorum lichenas cum aceto tritas comitiales curare ſcriptum quibuſdam eſt. Alij vero & ad cuiuſuis feræ morſum adhiberi conſulunt.

Tela aranei.

Aranei telam ſcribunt quidam à phlegmone tueri ſummæ cutis vlcera.

Coria vetera.

Coria vetera,quæ videlicet veteramentorum ſunt, vſta,ad attritiones commodari calceamentorum ſcriptum à quibuſdam eſt, tanquam ſcilicet hoc faciant ex antipathia quadam. Certe quæ phlegmone obſidentur,haudquaquam iuuantur: verũ vbi extincta fuerit phlegmone,non iniuria iuuantur,nempe quia reſiccantur. Eſt enim talis cinis reſiccatorius. Ac nos ſanè quandoq; in agro ad vlcus eiuſmodi ex attritione ſumus vſi. Curat autem talis cinis nõ abs re vlcerum ambuſta,& quæ vocantur intertrigines in fœminibus exiſtentes.

Oſtrea.

Oſtrea quidam nuncupant omnia oſtracoderma,hoc eſt teſtacea, ab Ariſtotele appellata. At quod à pleriſq; vocatur oſtreon,ſecunda ſyllaba abſcꝑ ſcripta,vnam eſſe oſtreorum ſpeciem conſtituunt, in toto genere comprehendentes & buccina, & purpuras,& chamas,& pinas,& ſimilia omnia.

Buccina,& purpuræ.

Buccinorum purpurarúmq; teſta,quãdoquidem duriſſima eſt, nunquam abſq; vſtione vtor. Atq; vſta quidem deſiccãdi vim poſſidet,cęterũ ad vnguem eam lęuigare planęq; pollinis in modũ neceſſe eſt,tundendo ſcilicet & cribrãdo. Quod tibi cõmune ſit in omnibus lapidoſis teſtaceiſq; ſubſtantijs præceptum. Nam niſi exacte læuia ſint reddita,arenis ſimilia ſunt. per ſe autem illarum tritarum farina vlceribus malignis competit. Id quod ipſum quoq; commune eſt omnium quæ citra inſignem morſum deſiccant vehementer: quippe quum alioqui fluxionum cauſa exiſtant. Sed & aliud eſt omnium id genus cõmune,nempe vt cum aceto aut oxycrato aut œnomelite aut oxymelite idonea ſint vlceribus putreſcẽtibus. Idcirco lapides omnes vbi ad eum vſum applicantur,alij magis,alij minus,certe omnes conferunt.

Oſtrea.

Oſtreorum teſta vſta ſimilis eſt facultatis buccinorum teſtis,tametſi plus etiã

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 267 sur 277

ſubtilis,imò vt certius veriuſq; dicam,minus craſſæ. Nam terroſam duramq; corporis ſortita conſiſtentiam concretionemq;, impendio omnia craſſarum ſunt partiũ. Itaq; accurate ea læuigare neceſſe eſt. Quamobrem quum dicimus horũ aliud alio eſſe tenuius,ita inaudiẽda dictio eſt, tanquã ſi Vlyſſem Therſite dicamus maiorẽ,cum vterq; tamen fuerit paruus.aut Aiacem Achille minorẽ,cum ambo itidẽ fuerint magni. Cæterum omnia id genus(vt & antea eſt dictum)cogendi quandã in ſe facultatem obtinent,per quam cõdenſata eorum eſſentia, dura terroſaq; ſunt reddita: quam vbi per vſtionem depoſuerint, contrariam adſciſcunt facultatem, quam vocant digerentem. Porrò ſi laueris ea vſſeriſq;, ignea in aquam natura depoſita, ipſam efficiunt cum tenuitate excalfacientem, adeò vt & putrefaciat: ſed nõnunquam reliquum illud terrenum eſt,morſus expers:id quod maxime implẽdis cicatriceq; claudendis vlceribus humidis eſt vtile. Igitur teſta eorum quæ peculiariter vocantur oſtrea, combuſta vtor ad diuturnas ex fluxione, ægreq; carne implebiles cauitates, nempe quæ fiſtuloſæ ſunt atque profundæ, eam foris cum ſuillo adipe veterato circumponens. Id vulgo axungiam nuncupant. At in ſinum ipſum aliquid eorum quæ talia carne implent, immitto, quale eſt vſtũ diaphanes, quod Specarium nominãt. Parem in genere facultatem habẽt & cæterorum oſtracodermorum teſtæ deuſtæ,maxime vero(vt dixi)oſtreorum,deinde buccinorum, & purpurarum. Itaq; cinis eius generis emplaſticis miſcetur facultatibus digerẽtibus:& cum quouis adipe digerit. Verum quoniam inueteratus efficacius digerit, illi magis miſceri ſolet. Porrò potentius hoc medicamen digeret ſi acrem illi adipẽ quempiam miſcueris. de quibus ſuperius determinatum eſt. Quin & dentes ſplẽdidiores talium omnium cinis efficit,non tãtum extergendi potentia,ſed & aſperitate ſubſtantiæ,velut & pumex,& teſta clibani. Verũ in vſu eiuſmodi non eſt neceſſe quæ ſic vſta ſunt admodum læuigare. At in vlceribus rebellibus præ omnibus diligenter ſunt læuiganda. Porrò excreſcentiã mediocriter exterunt cõprimúntq;. Ad hæc cum ſale omnia id genus vſta dentiũ ſmegma reddũt efficacius,adeò vt nõ modo laxitatem mollitiẽmq; gingiuarum deſiccet, verum etiã vlcera putreſcentia adiuuet.

Sepia.

Sepiarum teſta admodũ laxa eſt,non vt oſtreorum lapidoſa. Itaq; abſterſio quidem illi cum alijs oſtracodermorum teſtis cõmunis eſt, velut etiam deſiccatio: cæterum partium tenuitas eximia illi præ cæteris ineſt. Quocirca vſta ea vtimur ad vitiligines,ephelin, lentes, pſoras. Quin & foſſili ſali miſta, in oculis exiſtentes vngues eliquat. Et antequam vratur, dentibus ſplendorem adfert, vlceraq; deſiccat. Porrò hoc nomine, quòd mediocrem obtinet aſperitatem, adhibemus eam & ad ingentes oculorum aſperitates, quas ſycoſes appellare conſueuimus. Nam exſcalpentes ex ea quiddam ipſa figura ſimile collyrio, eo illas confricamus donec ſanguinem reddere incipiant:quo facto collyria cathæretica ſiue detrahentia præſtantius effectum ſuum in illas exerunt.

Opercula purpurarum.

Opercula purpurarũ quidam memoriæ prodiderunt lienes turgidos ſanare,& ſuffitu eas quę vteri ſuffocatione periclitãtur,iuuare. præterea retẽtos eijcere locos.

Lana hyſopera, hoc eſt ſuccida.

Lana ſordida,ac proinde à quibuſdam appellata ſuccida,idonee excipit irrigationes quæ adhibentur contuſis,aut quomodocunq; percuſſis,vt quę vtilitatem ex

©BIUM

illis proficiſcẽtem promoueat,idq; propter œſypon. Lota vero, nec amplius œſypum habens apta eſt humoribus qui irrigantur, excipiendis. Porrò vſta vim habet acrem pariter & calidam, vnà cum partium tenuitate. Itaq; molles nimiúmq; humidas vlcerum carnes celerrime eliquat. Inditur & in medicamen deſiccatorium. Vrito eam tanquam alia plurima, ollam implens nouam, quam tegat operculum multis foraminibus pertuſum.

Pili vſti.

Pili vſti ſimiliter vſtæ lanæ excalfaciendi deſiccandique admodum ſunt facultatis.

Ouorum facultas.

Conſequens fuerit ad partium doctrinã de ouis differere. Nam alibi eorũ meminiſſe nõ licet. Sanè oua partes non ſunt animalium, ceu nec arborũ fructus, nec grauidarũ fœtus: verum proportione reſpondent ijs quæ agnaſcuntur. Itaq; eorũ quæ agnaſcũtur, quædã planè familiaria propriaq; cõſpiciuntur tum plantarũ tum animaliũ naturis: quædã non omnino talia, vt viſcũ quod agnaſcitur quercubus: & vt ſemel dicã, ſiqua arboribus, alterius generis generis arbor, frutex, fructus, herba aut germen quodpiã, vt fungi, agnaſcãtur. Ex familiaribus autẽ eſt & ouiũ lana, & aliorũ animaliũ pili: & cornua quæ decidẽtia denuo recreſcũt, vt in maſculis ceruis, ex hoc ſunt genere. Conceptus autẽ ſiue fœtus fructibus pro portione reſpondent, nimirum ad generis propagationem à natura creati. Ex his vnum eſt & ouum, factum ad generis ſucceſſionem perpetuitatémq;. Cæterum vtile eſt & tanquam nutrimentum. Verum de nutrimento non eſt nunc inſtitutum differere. Proinde quę tanquam medicamentum efficere poteſt, ea hoc loco recenſebo, ex pauculis vſibus particularibus vim eius exquirens tum in partibus, tum in tota ſubſtantia. Siquidem quo pacto inuenta rerum cuiuſq; generali facultate, ad multos eam vſus particulares ducere poſſimus, didicimus. Inſuper ſuprà docti iam ſumus quomodo ex vno altero ve experimento de generali facultate liceat colligere. Igitur ouorum album & tenue illud, quo item ad ophthalmias vtimur, ex numero eſt medicamentorum minime mordicantium: nec vnquam effectu fruſtratus ſum ex vlla tali intemperie, qualem habet ſæpe lac, vti ante oſtendimus, in animalibus cruditatem perpetientibus, aut nimiam famem, ſitimve, aut quæ cibis paſta ſunt prauis. Quę ſanè frequentius euenire ſolent mulieribus, ob victus videlicet vitæq; errorẽ. At oua vnam modo prauitatem patiuntur, quam ſcilicet affert vetuſtas. Eamque facillime effugias, ſi vtaris recentibus. Porrò vſitatiſſimum nobis eſt maximéque parabile gallinarum ouum: eapropter illo vtimur, aliorum oua nihil curantes, tametſi eandem illi habeant naturam. Temperatura porrò ſymmetro frigidius eſt. Itaq; vtendum eſt oui albumine non tãtum ad oculos, verum etiam ad alia omnia quæ medicamẽta requirũt ſuauiſſima, minimeq; mordacia, vt ſunt vniuerſa ſedis ac pudendorũ vlcera contumacia. Miſcetur quoque idonee medicamentis profluuium ſanguinis ex cerebri inuolucris ſupprimentibus, quę nimirum citra morſum illinuntur, atque adſtringunt. Sed & ad vlcera rebellia miſcetur ijs quę abſque morſu ea poſſunt deſiccare, cuiuſmodi eſt medicamen pompholyx elota, & metallicorum quædam elota: de quibus priuatim ſupra diſſeruimus. Porrò & ipſe vi-

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 269 sur 277

tellus adſimilis eſt naturæ, ac proinde miſcetur ceratis morſus expertibus, ouis videlicet aut lixis, aut aſſis. Verum id tamen manifeſtum eſt hic leuiculam exiſtere differentiam, quòd paulo plus deſiccent quæ ſunt aſſa: ac quantum huius accipiunt facultatis, tantum deperdant de mitigandi potentia. Miſcetur & cataplaſmatis phlegmonen extinguentibus, vt ijs quæ ex meliloto conſtant, ſedi applicandis. Crudo verò ouo toto vtimur admiſto roſaceo ad palpebrarum aurium mammarumque phlegmonas, quæ ſcilicet aut ictis illis aut alio quouis modo euenerint aut extiterint in neruoſis corporibus, puta cubito, & digitorum tendonibus, aut articulis, idq; in pedibus pariter & manibus. Porrò in aceto, coctum ouum ſi edatur, fluxiones ventris deſiccat. At ſi etiam quippiam eorum quæ ad dyſenteriam aut cœliacum affectum conueniunt adiunxeris, atque in igne modico fumique experte (qualis eſt qui ex prunis conſtat) frixeris, edendumque ita præbeas, non minime ſanè laborantes adiuueris. Aptiſſima talem ad vſum ſunt omphacium, rhus, tum ipſe qui cibis adſpergitur erythros nuncupatus, tum ſuccus ipſius, galla, ſidia, hoc eſt mali granati putamina, cinis cochlearum integrarum vſtarum. Apta quoque & vuarum acini, & myrta, & meſpila, & corna. Magis iſtis medicaminoſa ſunt balauſtium, hypociſtis, cytini, ſiue mali punici flores. Sed & ad ambuſtiones protinus impoſitum eſt vtile, ſiue quis ſeorſum albumen duntaxat ipſum molli lana excipiat, ſiue etiam cum vitello commiſcens confundénſque applicet. Etenim mediocriter refrigerat, & citra morſum deſiccat. Tale cum ſit, & ad anacollemata vocata, quæ fronti videlicet imponuntur, vtimur, & pilos palpebrarum adglutinamus, nimirum admiſto idoneorum quopiam, cuius generis eſt thus, potiſſimum pingue ſi fuerit, ac non inueteratum & ſiccum. Verum in illiuſmodi, ipſius albuminis commoda eſt viſcoſitas, non autem temperies: niſi quis, quatenus nequaquam aduerſatur illi quod adhibetur medicamento, eo nomine vtile commodumque dixerit. Nam viſcoſorum quædam ſunt quæ aduerſantur, velut viſcum, nimirum acre & calidum, ad ea quæ excalfieri non debent: dictumque frequenter ſuperius eſt, ea quæ validam vim nullam obtineant medicamenta, ceu materiam ijs quæ tales vires obtinent, miſceri: proinde quoquæ creberrimi ſunt vſus, vtpote ijs quæ valenter agunt, inſeruientia. Eiuſmodi cum ſit ouum, ſimulque non paruam adipiſcatur in lixationis aſſationiſque qualitate differentiam, fit ſanè multo vtiliſſimum. Nam medicamentis quæ humiditates deſiccant, aut lixum aut aſſum aut frictum miſcetur: ijs vero quæ lentorem humorum in pectore pulmoneque incidunt, ſorbile quod vocant: id quod in aqua eouſque lixari debet, dum incaluerit. Eiuſdem huius naturæ nomine & ad eos quibus gutturis ſupremum aut ex vociferatione aut ex humorum acrimonia exaſperatum eſt, aſſumitur: tum ſcilicet quòd affectis partibus illinitur, atque cataplaſmatis modo inhæret, tum quòd ſubſtantiæ ſuæ leuitate eas mitigat, ſanatque. Eadem ratione, ſtomachi, ventris, inteſtinorum ac veſicæ medetur aſperitatibus.

Echinus, hoc eſt erinaceus, combuſtus.

Erinacei vtriuſque tum marini tum terreſtris corpus vſtum cinerem efficit facultatis tum extergentis, tum digerentis, tum detrahentis. Itaque eo quidam & ad excreſcentia & ad ſordida vſi ſunt vlcera.

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 270 sur 277

Cochleæ, siue limaces.

Cochleæ si totæ cum testis vrantur, admista galla, omphacitide, simulque pipere albo, mirifice prosunt dysenterijs, in quibus vlcera nondum computrescere cœperunt. Conuenit autem vt piperis sit pars vna, gallæ vero duæ, quatuor cochlearum. Hæc vbi ad vnguem læuigaris, cibis inspergito, bibendumque aut ex aqua aut ex vino albo & austero præbeto. Cæterum absque gallæ mistione cinis cochlearum admodum resiccantis est facultatis, obtinens item nonnihil ex vstione calidum. Porro cochleæ quæ vstionem non sunt expertæ, si tritæ vnà cum testis imponantur & toti ventri aqua inter cutem laborantiũ, & in arthriticis articulorum tumoribus, ægre quidem diuelli poterunt, cæterum impense desiccant. Et sanè inhærere sinere oportet quoad sponte decidant. Idemque faciendum in tumoribus ex ictu natis difficilè solubilibus, & ex contusione facta in auribus. Desiccant enim illos magnopere vniuersos, etiamsi viscosus crassusque in alto humor contineatur.

Carcini, hoc est cancri, vsti.

At fluuiatilium cancrorum cinis quanquam similiter prædictis exiccatorius est, substantiæ tamen proprietate mirabilis est eius in ijs qui à rabiente cane sunt morsi, effectus, isque tum solius, tum cum gentiana & thure multo præstantior. Thuris sanè partem esse vnam oportet, quinque autem gentianæ, porro cancrorum decem. Et raro equidem aliter illis vstis nos sumus vsi, cæterum ad eum modum plerunque, quo Aeschrion empiricus ille medicamentorum peritissimus senex, conciuis ac præceptor meus. Patella erat æris rubri, in quam impositis cancris viuentibus, eos hactenus vssit, dum facilè ad læuorem redigi possent. Hic Aeschrion paratum semper in ædibus hoc habebat medicamen, vrens eos post ortum Canis, quando Sol in Leonem transisset, non nisi luna decimaoctaua. Porro bibendum hoc medicamen ijs qui à cane rabido fuissent morsi præbebat quotidie diebus quadraginta mensura cochlearij magni aquæ inspersum. At si non protinus ab initio, verum aliquot post dies curam cepisset demorsi, tunc quotidie duo cochlearia aquæ inspergebat. Ad ipsum vero vulnus emplasticum applicabat medicamentum quod ex pice brutia & opopanace acetoque conficitur, habens picis libram vnam, vnum aceti acerrimi sextarium italicum, opopanacis vero vncias tres. Hæc tametsi à præsenti instituto essent aliena, scribenda tamen censui, quia magnopere medicamento huic ipse confiderem: nimirum quum nullus vnquam eorum qui illo fuerunt vsi, sit mortuus. Cæterum seorsum librum conscribam aliquando de ijs quæ proprietate substantiæ totius quid agunt, è quorum numero sunt id genus omnia. Ignoscendum itaque tum hoc in loco scribendi importunitati, tum sicubi præterea id mihi hoc in opere cõtigit: nempe quia ex ijs summa proueniret vtilitas, quam sanè posteris impertiri volebam, si forsan me prius quàm quæ his deinceps sunt opera perfecissem, mors occupasset, propositum impediens. Cæterum Pelops doctor meus & ipse omnium eiusmodi causas reddere volens, Non abs re, inquit, cancer cum animal sit aquaticum, prodest à cane rabido morsis, quibus videlicet metus est ne corripiantur affectu siccissimo, nempe rabie: quamobrem sanè etiam aquam metuunt. Ac fluuiatiles, non marinos conuenire cancros dictitabat, scilicet quòd animalia marina ob admi-

Aeschrion, Cotinis et præceptor Galeni.

Ad canis rabidi morsum

Pelops Galeni præceptor

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 271 sur 277

ſtionem ſalis natura ſicciſſimi haud æque exactam tuerentur eam quæ eſt aduerſus rabiem contrarietatem. Ac quum quidam ſubieciſſet, Cur non omnia quæ in potabili aqua degunt animalia, perinde vt cancri iuuare aſſolent? quia, inquit, ſimilem cancris præparationem non admittunt. Nam horum vſtorum cinerem, exiccatorius cum ſit, canum rabientium venenum abſumere ſimulque digerere profeſſus videlicet eſt, ambitione magna iactitans omnium ſe talium nouiſſe cauſas. At ego niſi plane me ſcire quippiam perſuaſum habeam, alijs perſuadere non tento. Itaque nec Pelopis rationem vt veram accepi, vt quæ crebras habeat contradictiones: verum cancros opinor ex proprietate totius ſubſtantiæ prodeſſe. Quoniam autem nullum eorum qui fuerant illis vſi, mortuum ſciueram, hæc aperienda recenſendaque à me exiſtimaui: tametſi non eſſet huius inſtituti proprium. Sed corporibus totis, (nam id erat propoſitum) non in ijs tantum animalibus quæ poſui,

Chelidones ſiue hirundines vſtæ.

ſed & hirundinibus vſi ſunt multi, comburẽtes videlicet, & cinerem melli miſcentes, ac deinde ſynanchicos inungentes, & in totum quicunque in gutture ac columella conſiſtunt affectus. Vtuntur & ad acuendum viſum hoc cinere nonnulli. At alij eas arefactas drachmæ pondere bibendas exhibent.

Tettiges, id eſt Cicadæ.

Sed & cicadis quidam vtuntur ad colicos affectus cum paribus numero piperis granis, dantque aut treis, aut quinque, aut ſeptem, per intermiſſionem videlicet, & ipſos etiam paroxyſmos. Porrò alij aſſas edendas offerunt quibus affecta veſica eſt.

Corydos, id eſt Galerita.

Galerita tamen auis illa puſilla ob iter nobis plerunque obuia, in iure elixa colicos adiuuat. Verum aſſidue eam edere ſimul cũ iure neceſſe eſt. Habet vero hoc animal in capite velut galerum ex pilis ſponte enatum, cuius occaſione efficta eſt quæ apud Ariſtophanem comicum legitur fabula. Is enim inquit hũc in modum
» Imperitus es, & curioſus, & nec Aeſopum quidem didiciſti, qui ait Galeritam pri-
» mam volucrum fuiſſe, etiam ante terram: inde patre morbo defuncto, cum humus
» nondum eſſet enata, illum quidem dies quinque iacuiſſe: at hãc præinopia melio-
» ris conſilij, in capite tandem patrem ſuum defodiſſe. Hoc quoque aiunt, obſcure licet, deſignaſſe tamen Theocritum, οὐδ' ἐπὶ τυμβισίδια κορυδαλλίδες, ἢ λάϊνον τὶ. nempe indicare illum eas quæ in capite tymbon hoc eſt ſepulchrum gerant. Annexui autem huic iſta ſermoni, quò plane & clare hoc animal, nempe Galeritam, ſignificarem, quos ferat in capite pilos erectos: quandoquidem expertus ſum eius aduerſus colicos vtilitatem: velimque qui ipſum non norũt, ijs bene aperteque monſtratum. Nam & ipſa corydalis appellata herba colicis conuenit. Et hoc quoque tibi obiter ſit notatum.

Alectorides, id eſt Gallinæ.

At gallinarum ius ſimplex retinendi vim poſſidet, vti gallorum ſubducendi. Coquendi autem ſunt cum ſale prolixiſſime. Sed horum ipſi fecimus periculum.

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 272 sur 277

Gale,id eſt Muſtela.

Muſtelam nunquam combuſſimus, de qua ſcriptum legitur cinerem quidem eius cum aceto illitum podagricos arthriticoſque iuuare, tanquam vehemẽter valeat digerere: ipſam vero arefactam ac potam prodeſſe comitialibus, eadem nimirum illa facultate. Porro quidam etiam planè omnis feræ alexipharmacũ eam eſſe referunt,& maxime eius ventrem.

Ranæ vſtæ.

At ranarum vſtarum cinerem ſanguinis eruptioni mederi referunt inſperſum, cæterum cum liquida pice ſanare alopecias.

Hippocampus.

Et hippocampum animal illud marinum ſi totum vſſeris, alopecijs prodeſſe proditum quibuſdã eſt, ipſumq; videlicet deſiccantis eſſe facultatis, extenuantiſq;, aut certe eius cinerem, quem quidam vnguento amaracino commiſcent, quidam pici liquidæ, alij veteri adipi ſuillo.

Tellinæ ſalſæ.

Et ſalſas tellinas vſtas adeo vrentem efficere cinerẽ aiunt, vt is cum cedria, euulſos radicitus ex palpebris pilos, inſtillatus in locum, renaſci prohibeat.

Inteſtina terræ, ſiue lumbrici.

Porrò citra vſtionem aut lixationem, totorum animaliũ in partes affectas impoſitorum, aut introrsùs in corpus ſumptorum, quidam medicorum fecere periculũ, aut ceu fecerint periculum, ita ſcribunt, terræ quidem inteſtina contrita, neruiſque diuiſis impoſita protinus mirum in modum prodeſſe: atque hæc ipſa quoq; cum mulſo pota, medicamen eſſe mouendæ vrinæ idoneum.

Cimices.

Sed & de cimicibus quibuſdam traditum eſt quòd ſi cum aceto bibantur, hirudines eijciant. at nobis, cum eas perpetuo alliorum eſu eiecerimus, haud opus fuit cimicibus.

Cantharides.

Veruntamen ſufficientẽ habemus de cãtharidibus experientiã, quòd in vngues pſoródis cum idoneis ceratis aut emplaſtris impoſitæ ſic illos educunt, vt toti cadant. Miſcuimus eas etiam facultatibus pſoris & lepris cõgruentibus, necnõ quibuſdam ſeptis, atq; interim etiã ijs quæ clauos quos vocant eijciunt. Porrò præceptorum meorum quidam earum paulum quiddam in medicamenta vrinam mouentia ſolet inijcere. At quidam ſolas alas & pedes inijciunt, quæ aiunt eſſe alexiteria ijs qui corpora ipſorum bibiſſent. Alij contrà. At nos totas indimus. Cæterũ aptiores ſunt ad ea quæ expertum me dixi, eæ cantharidum quę inuentæ in frumẽto, lutea tranſuerſim in alis cingula obtinẽt, potiſſimum ſi inijciantur in vas fictile cuius ori linteum obductum ſit rarum, itaque illud inuertas, vt linteum halitũ ab aceto ſubtus poſito excipiat donec emoriantur ipſæ cantharides.

Bupreſtis.

Sic bupreſtis quoque reponere expedit. Sunt autem & ipſæ animalis quoddã genus cantharidibus tum ſpecie tum viribus adſimile.

Pityocampe.

Quin & erucæ quæ in piceis naſcuntur, merito ſanè nuncupatæ pityocampæ, huius ſunt facultatis.

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 273 sur 277

Salamandra.

Et Salamãdræ combuſtæ cinerem quidam ſepticis & lepricis pſoriciſq; miſcent facultatibus.

Narce. Torpedo.

Sed & torpedinem totam (dico autem animal marinum) capitis dolores ſanare capiti admotam, ſedemque euerſam coërcere, à quibuſdam eſt proditum. Verũ ego cum vtrũque eſſem expertus, neutrum verum comperi. Eam igitur cum cogitaſſem viuam eſſe applicandam cui caput doleret, (poſſe enim fieri vt hoc medicamen anodynon ſit, ac dolore liberet, ſimiliter alijs quæ ſenſum obſtupefaciunt) ita habere comperi. Putoque eum qui primus eſt vſus, tali quapiam motum ratione experiri aggreſſum.

Draco marinus, & trigle, & alia id genus.

Viuas etiamnum haſce animantes apertas, & protinus partibus affectis appoſitas prodeſſe ſcripſerunt, nempe draconem marinum in ſuum ipſius ictum impoſitum, ſimiliter & triglã in draconis, mures domeſticos in ictum ſcorpij, velut & ſauram, mygalen in ſuum ipſius, & ſauram chalcidicam, quam & ex vino bibendam præbent, tanquam ſuum ipſius morſum ſanet. Porrò ſcorpium ſuum ipſius ictum curare ſi tritus imponatur, ſimiliter ſi aſſus edatur. Congruere autem aiunt & ijs qui à vipera ſunt morſi, Aſcalabota vero ijs qui à ſcorpio. Referunt autem & in Aegypti regionibus arefactũ aſeracum quem vocãt, exhiberi ijs qui à ſcorpio percuſſi ſunt: & vocatum cybium vtiliter vulneri à cane inflicto imponi. Multaque eiuſmodi, de quibus copioſius diſſeremus vbi tractabitur de ijs quæ proprietate ſubſtantiæ quid agunt. Cæterum in oleo lixis totis animalibus, ipſo oleo vtebãtur noſtratium medicorum quidã, ſed & ſuperiorum nonnulli, ad depilationẽ, ſeu pilorum nudationem, nempe pityocampis, & vrticis marinis, lepore marino, ſcolopendro marino. Ad aurium vero dolorem ſilphis in oleo coctis, & ijs quos vocant oniſcos græci, latini multipedas. Ea enim animalia in globum ſeſe contrahũt, vocantque ea apud nos quidam cyamos, hoc eſt fabas, quandoquidem eſculentis fabis ſunt perſimilia, vbi ſeſe videlicet in globum conuoluerint, colore fuſco. Porrò in agro complures videre eſt natos ſub ſitulis quibus à fontibus ruſtici aquam comportant, deponuntque eas iuxta focum. Vidique quoſdam ex ijs qui medicinam in agro exercebant, aſſidue oleo ex illis cõpoſito ad vniuerſos aurium dolores vti, non diſcernentes affectum vnde oriretur. Itaq; non ab re euenit vt interim effectum conſequerentur, interim læderent. Et quid mirum? quãdo & inſignes quidam medici de ijs citra diſtinctionem ſcripſere. Tales ſunt Apollonij libri de parabilibus. Atque hic ſanè etiam ſcripſit vermes terræ in oleo coctos aurium dolores mitigare. ſed alij cenſent admiſto adipe anſerino ſic demum vtendum.

Vulpes, & hyænæ.

Cæterum de vulpibus quæ totæ in oleo coquuntur (nam ſic quidam curant arthriticos, partim viuas vulpes in lebetẽ ingẽtem inijcientes, partim etiã mortuas) fuſius dicere mihi neceſſe eſt, quandoquidem pleroſque viſæ ſunt principiò planè morbo hoc liberaſſe, verum poſt multum temporis non ita profuiſſe. Siquidem illos malum repetijt, quãquam non ita vehemens quàm antea. Sanè oleum in quo cocta vulpes eſt, non eſt potentioris in digerendo facultatis, quàm in quo hyænæ: quæ ſi ſimiliter in oleo lixetur, redditur oleum longe potentiſſimæ in digerendo

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 274 sur 277

facultatis. Porrò frequenter dictum eſt talibus medicamẽtis ineſſe potentiã, eorũ quæ in alto continentur corpore, in extimã cutem extrahendi, ac eo nomine quandoq; ſedandi dolores. non enim perpetuò hoc ad ea ſequitur, quum ij dũtaxat dolores ab eiuſmodi medicamentis ſedentur, quorum cauſa eſt humor in alto contẽtus dolorẽ ciens aut ſubſtãtiæ craſſitie, aut refrigeratione, aut vehemẽti acrimonia, aut etiã ſpiritus flatuoſus exitũ non habens. Itaq; qui vtũtur vulpibus, & ipſi oleũ digeſtoriũ efficiũt: atq; inde impletis eo alueolis totos arthriticos in eos imponũt, multo ibi tempore immorari præcipientes. verũ ex hoc fit vt non tãtum qui circa articulos ſunt tumores euacuentur, ſed etiam vniuerſum corpus. Itaq; vbi corpus illis antea plenitudine affectum fuerit, mirum non eſt per euacuationem conſecutum commodum, nempe cum nihil etiam in affectas partes influat, quia corpus vniuerſum iam euacuatum eſt, & qui continebantur humores exhalarunt. Cæterũ quemadmodum antea cum corpus noxa vacaret, praua victus ratio morbum inuexit: eundem in modum aut etiam amplius à ſimili diæta par eſt rurſum illos ſimiliter afficiendos in articulis quibus iam laborauerunt.

De ijs quæ in mari & aquis ſalſis proueniunt.

SOla hæc in toto opere reliqua hoc habẽt nunc tempus opportunũ. Nam quæ in mari & aqua naſcũtur animalia, ſuperiori ſermone expoſita ſunt, vbi videlicet agebatur de animalibus. At quæ in aquis quidem naſcũtur, nec ſunt animalia, ea nunc exponentur.

Adarcion.

Adarcion, quidam vero maſculine efferunt adarcon, alij fœminine adarcen appellitant, eſſentia quidem ſua velut ſpuma eſt aquæ ſalſæ concreta, circum arundines & farragines cõcreſcens. Acerrimum hoc eſt ſimulq; calidiſſimum, proinde & per ſe inutile eſt: verum commiſceri ſolet ijs quæ vim eius retundunt, ſicq; fit multo vtiliſſimum in ijs affectibus qui excalfieri poſtulãt, idq; foris impoſitum. Nam intrò in corpus ipſum ſumere eſt impoſſibile, nimirum ob virium vehemẽtiam.

Alcyonia.

Alcyonia omnia detergunt ac digerunt, qualitatem habentia acrem & calidam: verum aliud alio non parum plus minuſque, & in his ipſis quæ diximus ſecundum partium eſſentiæ tenuitatem. Eſt autem eorum vnum denſum & graue, odoris praui. olet enim piſces putridos. ſpongiæ in ſpecie ſimile. Alterum vero figura longiuſcula, leue & rarum, odorem habens ſimilem phycijs. Aliud tertium vermi ſimile eſt ſpecie, colore purpureo, conſiſtentia molli. vocant id mileſium. Poſt quæ quartum ſecundo quidem iam poſito ſimiliter & leue & rarum, verum lanis ſuccidis ſimile. Deniq; & quintum extima ſuperficie læui, cæterum interna ſubſtantia aſperum, nullius odoris, guſtu tamẽ apparens acre: & ſanè omnium alcyoniorum eſt calidiſſimum, adeò vt & pilos vrere poſſit. Itaq; quum duo prima lichenas, alphos, pſoras lepraſq; adiuuent, præterea cutem ſplendidiorem competentia virium efficiant, idem præſtare non poteſt hoc vltimo loco poſitum. Nec enim perinde vt illa cutem duntaxat ſummam extergit, ſed etiam excoriat, vſq; in profundũ cutis penetrans, vt etiã vlcera moliatur. Porrò quod tertio ordine recenſuimus, omniũ eſt tenuiſſimũ. Itaq; vſtũ alopecias curat illitum cũ vino, colore quidẽ fuluo, tenui tamen eſſentia. Quartum autẽ eiuſdẽ cũ hoc ſpeciei vires obtinet, verum haud parum imbecilliores.

Sal.

Sal eiuſdem genere facultatis eſt, ſiue foſſilis ſit, ſiue marinus: verum hoc

differunt,q̄ ſalis ex terra effoſſi ſubſtantia magis ſit cõpacta,ac proinde in hoc maior eſt & partium craſſities,& adſtringendi potẽtia.Itaq; marinus affuſa aqua protinus liqueſcit:at foſſili hoc non euenit.Porrò eiuſdem ſpeciei cum marino eſt qui in ſtagnis quibuſdam ſalſedinem habentibus naſcitur, æſtate videlicet aquis æſtu ex ijs abſumptis,cuiuſmodi eſt Tragaſius,non procul à Sminthio. Confluit enim illuc ante aquas ſpontaneas, quæ admodum ſunt calidæ, copioſa aqua ſtagnans non amplo in loco:& ea æſtate omnis abſumitur,à Sole videlicet arefacta.Porrò quoniam locus ipſe ſalſedinem continet, quod reliquum eſt omne, ſal eſt, cognominationem à loco pariter & aquis ſortitus. Nam ſpontaneæ & ipſæ illis in locis aquæ Tragaſiæ nuncupantur,potẽtia ſumme exſiccatoria.& ſanè qui in ea regione ſunt medici,ad hoc illas accommodant.Porrò dictum eſt & de Sodominis in mari mortuo prouenientibus,in quarto libro:quem ſi quis librum diligẽter perlegerit, illi tantum refricare memoriam nunc opus eſt, vt expoſita guſtus qualitate, ipſe medicamenti facultatem cognoſcat. Igitur quum qualitas ſalſa digerat ſimul & contrahat contactam ab ipſa ſubſtantiam, Aphrolitron in hoc differt,quòd in ipſo vnũ modò ſaporem exuperantem ſit videre,quem vocãt amarum, vim habentem digerendi,haud etiam contrahendi vti ſal.Nam hic quicquid in corporibus humidum ineſt,id quodãmodo abſumit:& quod reliquum eſt ſubſtantiæ ſolidæ,adſtrictione cõtrahit:ac proinde etiam cõditura ſua carnes ſeruat,& à putredine tuetur. Quippe quæ putreſcunt,excrementitium continent humorem,ſubſtãtiámq; tum diſſolutã,tum minime cõpactam. Quibus ergo corporibus nulla prorſum eſt humiditas ſuperflua, ceu melli optimo,& corpus ſolidum & cõpactum eſt, ceu lapidibus, ea vt putreſcant, eſt impoſſibile: ac proinde in his ſalis non probatur vſus, verũ in ijs in quibus ſuſpecta eſt putredo.

Sal vſtus.

Sal vſtus digerit quidem potentius q̄ vſtionis expers, quanto ſcilicet ſubtilius ipſum corpus accepta ab igne facultate redditur, velut & in alijs quæ cõbuſta ſunt euenire diximus: verum non perinde ei qui non eſt vſtionem expertus, ſolidam ipſam ſubſtantiam contrahere conſtringereq; poteſt.

Litrum. Nitrum.

Litrũ.Oſtenſum eſt & hoc medicamẽ in medio ſalis & aphrolitri vires habere.

Halos anthos, hoc eſt ſalis flos.

Halos anthos. Quidam vt vnum nomen haloſanthos, quidam diuidentes halos anthos nominant.Eſt autem hoc medicamẽ liquidum,tenuius etiam quàm ſal vſtus:tum acris qualitatis,& admodum digerentis facultatis.

Halos achne. Spuma ſalis.

Halos achne,ſpumoſa eſt ſalis effloreſcentia,multo tenuioris naturæ quàm ſal ipſe:quare & extenuare & digerere multo plus ipſo poteſt: verum quod ſubſtãtiæ eſt reliquum,contrahere vt ſal nequit.

Aſphalton. Bitumen.

Bitumen,vnũ & ipſum eſt ex ijs quæ in aqua marina proueniunt,& in alia quapiam q̄ non eſt marinæ diſſimilis,vt in Apollonio Epiri,& per alia id genus loca multa aquis ſponte naſcentibus ceu ſpuma quædã innatans hoc medicamẽ reperitur:& molle quidẽ eſt dum innatat,poſtea verò reſiccatũ pice ſicca durius efficitur.

Bitumen proueniens in mari mortuo.

Optimum vero bitumen in mari quod mortuum vocant,prouenit.eſt autẽ id

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 276 sur 277

ſtagnum ſalſum in Cœle, hoc eſt caua, Syria. Cæterum medicaminis ipſius vis eſt tum reſiccatoria, tum excalfactoria in ſecundo ordine. Merito itaque eo vtuntur & ad glutinationes vulnerũ cruentorũ, & ad alia omnia quæ exſiccari debent cum modica excalfactione.

Spongos, id eſt Spongia.

Spongia vſta acris eſt & digerentis potentiæ. Vtebatur eã præceptorum meorum quidam ad ſanguinis eruptiones quæ manuali opera indigent: in quem vſum ſemper eam paratam habebat ſiccam, & exarefactam: cum vero res poſceret, bitumine in primis imbuebat: ſin eo careret, pice. Porrò admouebat eã partibus ſanguine profluentibus etiamnum ardentem, vt & cruſta parti induceretur, & ipſum ſpongiæ corpus ceu operculum acciperet. Cæterum ſpongia noua, nõ ſicut lana aut linamẽtum (quod μόπυ πλυτὸν, id eſt carpinatum vocant) materia duntaxat eſt quæ humores irrigandos excipiat, ſed etiã manifeſte deſiccat. Id quod ſcies ſi ea vtaris in vulnere cum aqua aut oxycrato aut vino, pro diuerſitate videlicet corporum, vti eſt ante dictum. Glutinabit ſiquidem ea ſimiliter atq; medicamenta quæ vocãt enæma. At ſi non noua ſit, ſed vſui accommodata, palàm cognoſces quantũ à noua ſuperetur, ſi vulneribus eam imponas ſiue cum aqua, ſiue cum oxycrato, ſiue cũ vino. Nec mirum eſt, cum in ſpongia noua ſeruetur etiamnum ea quam à mari accepit facultas modice corpora exſiccandi. Atq; hæc quidem præſtare poteſt quum etiamnum ſeruat maris odorem. Nam temporis ſpatio, etiamſi nunquam vſui accommodata ſit, tamen & odorem maris amittit, nec æque deſiccat.

Garus vel garum.

Garus facultatem habet multum & calidam & ſiccam: ac proinde eo quidam ad vlcera vſi ſunt putreſcentia: tum dyſentericis iſchiadicíſq; inijciunt.

Halme. Salſugo.

Salſugo piſcium ſalſorum ſimiliter garo & ad putredines accommodatur, & ad iſchiadas dyſenteriáſq; infunditur. Et acrimonia quidem humores coxam infeſtantes attrahit, ac proinde per inteſtina euacuat. Putreſcentia vero vlcera in dyſenteria colluit atque deſiccat. Maxime vero ſalſugine ſalſorum ſilurorum & mænidum ad talia vti medici quidam aſſolent, & nos ſanè ad vlcera in corpore putrida accommodauimus.

FINIS VNDECIMI ET VLTIMI LIBRI GALENI DE SIMPLICIVM MEDICAMENTORVM FACVLTATIBVS, THEODORICO GERARDO GAVDANO INTERPRETE, AN. DOMINI M D XXIX, NON. APRIL.

EXCVDEBAT LVTETIAE LODOVICVS CYANIVS GANDAVVS SIMONI COLINAEO, MENSE AVGVSTO 1530

Claudio Galeni Pergameni de simplicium medicamentorum facultatibus libri ... - page 277 sur 277